


constat 2 Abre

Pontang

Hunc ego possideo summo cum jure libellum,
Si mihi sustuleris fur tibi nomen erit.

unc ego possideo

Da Deus ut fiam, Sapiens probus atq; beatus.
Hæc nisi tu dederis munera nemo dabit.

homo homo

[redacted]

O Homo si scires quantum doctrina valeret,
Nunquam dormires dieq; noctiq; studeres.

Mein gegrüsst in
der Höhe undt

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS ET PRUDENTISSIMIS VIRIS, DOMINIS

Coss. & cæteris Senatoribus Reipub. LIPSIENSIS Consultissimis, Dominis Patronis & Fautoribus suis omni observantiâ colendis.

S. D.

LATINAM Linguam, Magnifici, Amplissimi, Clarissimi & Prudentissimi VIRI, omnibus, qui operam Reipub. Christianæ utilem aliquando navare volunt, summè necessariam esse, nemo est, qui ambigit: Non tantùm ideo, quod à Romanis hæc ad nos propagata est, qui terrâ mariq; præclaras olim res gesserunt, totumque orbem terrarum non infeliciter prudentiâ suâ moderati sunt, quorum omnia minima & maxima digna sunt, quæ ab homine ingenuo cognoscantur, sed ideo etiam, quod & bonarũ artium studia & Philosophia non solùm illa naturalis:

 sed

ſed etiam cœleſtis, hoc eſt, omnium humanarum, divinarumq; rerum cognitio, per viros & eloquẽtiâ & ſapientiâ rerumq; Theologicarum ſcientiâ præcellẽtiſſimos, tradita, hac eadem lingua docentur. Et denique, quod quaſi commune quoddam vinculum eſt omnium Europæorum, quâ omnis converſatio, ſocietas & amicitia inter tot gentes, moribus & linguis & religione etiam differentes, continetur, cujus beneficio, qui eâ inſtructus eſt, ultrò citroque in tota Europa, ubicunque vult, commodiſſimè vivere, commeare, peregrinari & negociari poteſt. Quis igitur negare auſit, multum operæ ac ſtudii in ea diſcenda collocandum? Sed quâ ratione potiſſimùm hujus linguæ compotes fieri poſſumus? Olim apud Romanos pueri à matribus & nutricibus ſimul cum lacte latinam linguam etiam imbibebant, quam poſtea in converſationibus & colloquiis cum familia & æqualibus facilimè augebant; & puero hoc modo difficilè non erat, animi ſui

ſenſa,

ſenſa, quotieſcunque opus eſſet, purè verbis latinis efferre. Hodie planè alia ratio eſt, Nihil matres vel nutrices, vel familia & æquales puerulum in hac lingua diſcenda adjuvare poſſunt, tota ejus ratio pendet ab inſtitutione, quæ moleſtiſſimum primùm poſt legendi rationem exhibet laborem præceptionum Grammaticarum diſcendarum. Experiuntur id, qui in ſcholis laborant, quantis moleſtiis non ſolùm diſcipuli: Sed & Præceptores ipſi conflictentur, priuſquam pueri flexiones illas vocabulorum ex primis Grammaticæ elementis; & pauciſſimas præterea & maximè neceſſarias regulas, quæ & ad dignoſcendas ſingulorum vocabulorum proprietates, & ad conjungendarum vocum rationem maximè pertinent, addiſcant. Alter poſt accedit labor, qui tamen ferè cum primo conjungendus eſt, ut pueri etiam flexionum & præceptionum Grammaticarum uſum in Latina lingua cognoſcant. In qua re induſtria & indefeſſum ſtudium præceptoris requiritur,

qui ſingulorum vocabulorum ſignificationem in ſententia aliqua Autoris latini, quam Germanicè interpretatus eſt oſtendat, eandem in variis & diverſis exemplis explicet, & pueris ad locutiones inde ſimpliciſsimas & breviſsimas formandas præeat, tantũ ut numeri, caſus & genera etiam, ſi fieri poteſt, in nominibus; in verbis verò modi & tempora varientur. Hoc modo enim tenera illa ætas vocabula illa vernaculo ſermone reddita & ſæpius repetita, faciliùs retinet, & ad uſum transfert. Cæterùm cùm infinita ſit non ſolum rerum multitudo, ſed & ferè verborum exercitationes quotidianæ aſſumendæ ſunt, & puer, ſi ad quorundam vocabulorum latinorum intelligentiam pervenerit, & ad Grammaticas præceptiones aliquo modo verba connectere, ſententiamq; aliquam formare didicerit, ſtatim eò deducendus eſt, ut quædam, quæ facilima occurrunt, ex autoribus vernaculo ſermone reddere, & contrà, conceptam Germanicè hiſtoriolam vel fabulam vel ſententiam latinè

effari

effari diſcat. In utraque re induſtria præceptoris iterum requiritur, qui primùm, & quæ facilima ſunt, ex autoribus ſeligat, quæ Germanicê reddantur, & quæ ex vernacula lingua latina fieri debent, Germanicè ita concipiat, ut latiniſmum, ut ſic loquar, ſapiant, tàm ratione vocabulorum, quæ inflectuntur, quàm ratione conſtructionis, quâ ſententia conformatur, quo præmanſo quaſi pueri fruantur, donec, quæ auſteriora & concoctu difficiliora ipſis videntur, imbecilior eorum ſtomachus etiam aſſumere diſcat. Deinde ut diſcentibus non ſemper verba & modum rei faciendæ præeat: ſed interdum ipſos etiam jubeat, ſi quid didicerũt olim, aut legerunt, aut etiam ex ſuis libris haurire poſſunt, id proferre, eoque in latinè formanda ſententia uti: Inde enim apparebit, quantum diſcipuli profecerint, & an rectè intellexerint, quæ olim didiciſſe eos præceptor putavit. Hei quoties experitur hoc modo præceptor, ſe omnem operam ſuam fruſtrà ſumſiſſe, & pueros

nihil ferè eorum quæ multo labore & tædio olim inculcata fuerunt vel intellexisse, vel memoriâ proferre posse, sed occasio hinc datur ulterius explicandæ rei & usus demonstrandi. QUO FATA TRAHUNT, RETRAHUNTQ; SEQUAMUR, inquit ille Senior apud Maronem, ita præceptor, quò captus puerorum eum vocat, præstò sit, doceat, explicet, repetat, in memoriam revocet, admoneat, adhortetur, expostulet, increpet, minitetur, verberet etiam, si oscitantia aut negligentia major fuerit, quàm ferri possit, & nullo unquam labore frangatur. Hisce geminæ exercitationis modis, quodcunque ad discendum proponitur, omnium facilimè arripitur. Prior enim quicquid in mutis illis magistris, qui in latina lingua principes sunt, & qui ad imitandum proponuntur, excellit, ostendit: alter verò, quomodò ad idem exemplum simile quippiam efformari possit, plurimum conducit.

Si igitur jam pueri aliquid in latina lingua profecisse videbuntur, admonendi sunt,

di ſunt, ut etiam privatim haſce exercitationes proſequantur, & quouſque in utraque ratione ſuo Marte progredi poſſint, periculum faciant, ubi cum ſuum præceptorem non ſemper conſulere poſſint, mutorum illorum præceptorum, ſuorum ſcilicet libellorum operâ utantur, & ad primam quidem rationem, quâ latina in vernaculum ſermonem transferunt, ſatis videtur, ſi præter præceptiones Grammaticas libellum conſulant, in quo vocabulorum latinorum ſignificatio, non ſolùm propria, ſed & figurata, germanicè explicatur; quo freti, ſignificationes illas cognoſcant & comparatione factâ juxta regulas Grammaticas ex propoſito loco ſenſum eruant. In altera verò ratione geminus ferè requiritur labor. Neſciunt enim plerumque pueri, quibus latinis vocabulis Germanica reddi debeant, ideo anxiè id in ſuis libellis, ut ſunt: Sylva vocabulorum, Phraſes Manutii, Supellex Ulneri, & hujuſmodi aliis, quocunque ſanè nomine appellentur, perſcrutari ſolent. Sed cum

hujusmodi libris ad unum aliquod Germanicum plura ferè addita sint latina vocabula, quæ quidem eandem rem exprimunt, at non simpliciter, sed ferè adhibitâ certâ ratione, & verò pueri eorum dijudicandorum adhuc minimè capaces sint: necessariò, si operâ magistri sui destituantûr, ad priorem illum libellum recurrunt, & quodnam ex inventis latinis maximè proposito vocabulo Germanico accommodatissimum sit, disquirunt. Tædiosa quidem aliquo modo hæc ratio est, & difficilis juventuti, sed admodum fructuosa. Nihil enim magis humanis mentibus insidet, quàm quod hujusmodi quodam labore cognoscitur & dijudicatur. Si præterea ad hasce exercitationes Styli quotidianus etiam usus latini sermonis cum æqualibus accesserit, quantum arbitror facilimè ad latinæ linguæ cognitionem aliquo modo pervenitur, quæ postea diligenti bonorum autorum lectione & imitatione perficitur, de quâ re alibi. Porrò quod ad illos libel-

libellos attinet, in quibus latina vocabula recenſentur & explicantur, extantij diverſi nomine Calepini, Lexicorum item, & Theſaurorum, &c. Alterius verò generis plures quidem ſunt, ſed breves ferè, qui Germanica ſub paucis & certis titulis latinè explicant, in quibus omnibus alius atq; alius diverſam ab alia plerumque ſecutus eſt methodum.

Ego cùm de locis communibus inſtituendis olim à præceptoribus meis rationem accepiſſem, quam contendebant utiliſſimam eſſe ad rerum in vita humana uſum habentium cognitionem, ut & eſt, contuli eandem ad linguam latinam cognoſcendam, & ſecutus eandem rationem in digerendis locis, nō tantùm nomina ſimplicia, ut in Nomenclatoribus ſolet: ſed & conjuncta, quæ phraſium nomine indigitari ſolent, collegi. Multo labore conſtitit mihi hæc opera, fateor; ſed utiliſsimam fore ſpero diſcentibus, cùm non ſolùm ſimplicia vocabula, ſed etiam,

quæ-

quæcunque ferè de eadem re commodè dici poſſunt, latinè explicata eodem in loco exhibeat, id quod non tantùm ad copiam latinitatis, ſed & ad rerum etiam dilatandarum rationem plurimum conducere videtur, de quibus omnib9 ſpero dextrè judicabunt tùm alii, tùm inprimis, qui in ſcholis laborant, & qui aliàs meâ operâ hac uti velint.

Hunc meum laborem publici juris jam facio, & vobis, Magnifici, Ampliſſimi, Clariſſimi & Prudentiſſimi Viri, Dominis & Promotoribus meis colendis dedico, tùm quod ſub veſtro patrocinio alibi quidem affectus, hoc verò in loco tandem confectus & abſolutus eſt: tùm ut oſtendam me omnia, quæ ad informandam juventutem hujus loci faciunt, & à me proficiſci poſſunt, ſedulò curare, hoc enim & veſtra in me merita efflagitant, & gratus animus tot beneficiis excitatus; nunquam recuſat. Magnoperè igitur à veſtra Magn. Amplit. & Prudentia peto & contendo,

ut benevolo vultu hanc meam operam ſuſcipiatis, boni conſulatis, meque favore & benevolentiâ veſtrâ ulterius etiam proſequamini. Valete quàm felicisſimè. Lipſiæ.

V. M. Ampl. & Prud.

D.

SETHUS CALVISIUS.





SETHO CALVISIO VIRO LITERATISS. ET OPTIMO.

Salutem.

PErlegi Theſaurum tuum, magnâ ex parte, CALVISI doctiſſime, quem miſiſti ad me diebus ſuperioribus. Placet labor iſte, non ſolùm quia novus in hoc genere, ſed etiam quia ad juvandos & promovendos ſtudioſorum adoleſcentum in ſcribendo conatus, meo judicio, apprimè accommodatus. Extant quidem in eo genere diverſorum autorum libelli, non inutiles ad dicendi ſcribendiq́; exercitationem, ſed qui eum ſecutus ſit ordinem, quem Tu adhibuiſti in hoc opere, in latina quidem lingua hactenus obſervavi neminẽ. Neglectâ enim literarum ſerie, juxta Naturæ ordinem dipoſuiſti vocabula, & ſic congeſſiſti in unum locum, quæcunque inter ſe cognationem quandam habent, & ſignificatione conveniunt: tàm in dictionibus ſingulis, quàm conjunctis ſeu phraſibus. Quæ ratio τάξεως ſive diſpoſitionis vel hoc nomine magis probanda eſt, quam illa vulgata Alphabeti ſeries, quod nihil videatur in ſcribendo commodius eſſe poſſe, aut ad laborem minuendum opportunius, quàm ejuſmodi varietatem orationis atq; copiam ſimul oculis habere

bere expoſitam, & ex unius inveſtigatione verbi, ad cætera, quæ ſunt ejuſdem generis, eadem opera, pervenire omnia.

Oſtendit hanc commoditatem ordinis utilitatemq́; eximiam ante alios JOH. STURMIUS, ut erat acerrimi vir judicii, & inprimis in eloquẽtiæ ſtudio inſignis artifex, qui latinæ linguæ reſolvendæ rationem omnem ad quatuor hæc primaria rerum totius Univerſitatis capita revocavit, nimirum ad Divina, Naturalia, Artificialia & Humana, quæ Græcis ſunt τὰ θεῖα, φυσικὰ, τεχνικὰ καὶ ἀνθρώπινα. Nihil enim in monimentis ſcriptorum omnium inveniri poteſt, quod non ad horum locorum aliquem reduci poſſit: Ad locum, inquam, Divinitatis, aut Naturæ, aut Artis & Scientiæ, aut Humanitatis. Et hoc ordine JOHAN. BENZIUS Argentinenſis Academ. Profeſſor, annis ſuperioribus, Theſaurum elocutionis Oratoriæ, in lingua potiſſimum Græca, ex opt. Autorum reſolutione, feliciter abſolvit: Niſi quod ſeriem iſtorum locorum, prout inſtitutum ipſius efflagitare videbatur, nonnihil immutavit. Atque utinam ſtudioſa juventus ipſa maturè ad ejuſmodi locos communes ſeſe aſſuefaceret, & hæc quaſi θησαυροφυλάκια in bonorum autorum lectione deſignaret, quorum certè uſus tam ad σύνεσιν quàm ἑρμηνευτικὴν δύναμιν; omnium ſapientum teſtimonio, apprimè neceſſarius eſt. Hoc autem opere tuo, Vir doctiſſime, utrumque præſtitiſti: Tyronibus operam navâſti egregiam, quibus

bus copiam verborum & phrasium latinarum selectissimam in omni rerum genere suppeditas, & simul iisdem, imò & aliis, tàm scientiæ liberalis, quàm eloquentiæ studiosis, viam in hoc genere monstrâsti regiam, quam ingredi & ipsi deinceps, in lectione optimorum utriusque linguæ autorum, cum magno fructu poterunt. Nec dubito, viros bonos & doctos, qui juventutem ingenuã erudiunt in scholis, animis gratis hunc laborem tuum amplexuros esse atque autores fore discipulis suis & hortatores, ut Thesaurum hunc literarum ad utiles in dicendo scribendoq́; progressus, sedulò diligenterq́; evolvant & legant.

Tu (quod facis magnâ cum laude) perge in his & aliis utilissimis laboribus tuis, & si præmia alia defuerint ἰσόῤῥοπα, istud certè Epicharmeum expecta ab ætate postera:

---------- -------- Πολλὰ δὲ - - - - - - - -
ποτ]ὰν ζωὰν τοῖς σ' αυσὶν ἐιπε χρήσιμα,
μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Benè V. ex Phrontisterio ad D. Nicolai, Calend. Septemb. ANNO 1610.

Joh. Fridericus Linguæ utriusq; & Histor. Profess.



THE-

THESAVRVS
LATINI SERMONIS,
EX OPTIMIS QUIBUS-QUE LATINITATIS AUTORIBUS CONGESTUS, ET IN LOCOS communes, secundùm naturalem rerum seriem digestus.

DE DEO. 1

Gott.

DEus, Divinũ numen, Deus triun⁹, præpotens Deus, æternus, sempiternus, immortalis, optimus, maximus, omnium rerum auctor, creator, moderator. Sum̃us hujus universitatis Effector, cœlestis & æterna mẽs, mens omnia sentiens, movens.

Allmächtiger Gott.

Omnipotens, Præpotens, infinitâ potentiâ Deus, â Dei voluntate, nutu, imperio omnia pendent, Dei potestas complectitur omnia, in Dei potestate sunt omnia, Deo parent omnia.

Vnsterblicher Gott.

Deus immortalis, mens segregata ab omni concretione mortali.

Gott ist ein Hertzenkündiger.

Deus omnes omnium intimos sensus videt, abditos sensus perspicit.

Gottheit.

Divinitas, Deitas.

Dreyfaltigkeit.

Trinitas, Trinunitas, unitas in Trinitate perfecta.

Gott der Vater.

Deus pater, genitor, creator, procreator, fabricator, effector, parens omnium rerum.

Gott der Sohn.

Filius Dei, Mediator Christus, Liberator, Salvator, Messias, Im̃anuel, Verbum, filius hominis, Primogenitus Dei filius, genitus ex Deo filius.

Christus hat menschliche Natur an sich genommen.

Christus assumsit, induit humanam naturam, carnem hominis, conceptus est in utero virginis, natus est, missus est, descendit in terram.

Christus reiniget vns von Sünden.

Christus mundat, emundat, purgat nos â peccatis, liberat, redimit â peccati jugo, expiat, tollit,

tollit, aufert, delet, abolet peccatum.

Christus fähret gen Himmel.

Christus ascendit in cœlum, ad Deum Patrem, penetrat ad cœlum, penetrat in cœlum, recipitur in cœlum.

Christus ist allenthalben.

Christus ubiq; locorum est, nusquam non est, cœlum & terram implet, regnat ubique,

Gott der Heilige Geist.

Spiritus sanctus, summi Dei Spiritus, Paracletus.

Einen zum Gott machen.

Dare, tribuere alicui divinitatem, referre aliquem inter Deos,

Ich halte/ich achte jhn für einen Gott.

Ipse tenet apud me numen & vim Deorum.

Er achtet sich selbst vor einē Gott.

Affectat divinitatem, mentitur divinitatem.

Der jüngste Tag/das jüngste Gericht.

Dies novissimus, extremus, judicium extremum, Censorius ille dies.

Das ewige Leben / die ewige Seligkeit.

Vita æterna, sedes beatorum, Paradisus, Beatitudo æterna, perpetua felicitas, confecta & absolutè beata vita, sedes in quibus puri â scelerum contagione animi post obitum versantur.

Er ist selig.

Fruitur ævo sempiterno, cœlo, est in felicitate sempiterna, consecutus est felicitatem perpetuam, cœlo receptus est, in cœlum receptus, cum Deo jungitur, subvolavit in cœlestem locum, translatus est in cœlum, ex hominum genere pervenit ad Deum, assecutus, adeptus, consecutus est im̃ortalitatem, immortalitas ipsi data est, datur ipsi ascensus in cœlum, habet ascensum in cœlum, Locus ejus est in cœlo ubi beati ævo sempiterno fruuntur.

Selig machen/das ewige Leben geben.

Beare, felicem vel beatum reddere, facere, perducere aliquem ad vitam beatam, afferre, dare, tribuere alicui vitam æternam.

Die Helle /Abgrund der Helle.

Infernus, inferna, inferna sedes, inferi, orcus, tartara, gehenna, barathrum, abyssus, locus damnatorum, cruciatuum tormentorum, claustra tartarei barathri, tenebricosum mali Dæmonis ergastulum.

Der ewige Todt.

Mors æterna, perennis mors in æternum sustinenda, mors in omnem æternitatē perferenda.

De Providentia.

Gottes Versehung/Gottes Schickung.

Providentia, solertia divinæ providentię, moderatrix humanarum rerum providentia, fatū anceps, via fatorū, necessitas fatalis,

talis, Cauſæ æternæ. Epith. Occuli tū, miſerum, grave, funeſtū, anile fatum, plenum ſuperſtitionis fati nomen: ſempiterni, fatalis, & im̄utabilis ordinis continuatio, ſeries cauſarum ſempiterna.

Es geſchicht aus Gottes Schickung.

Omnia continentur, gubernantur, accidunt, fiunt, eveniunt fato, divino cōſilio, fati hoc eſt, ſic fatum habet.

Es widerfähret einem jeglichen was jhm beſchehret iſt.

Unumquemq; manet, circūſtat ſuum fatum, unicuique impendet ſuum fatum, fataliter huic datum eſt hoc.

Gott regieret vber alles.

Deus adminiſtrat mundum, regit, gubernat naturam, moderatur cœlum & terram, præſidet orbi, animadvertit omnia, meminit, prævidet, curat, procurat humana, ſive res humanas, Deus intereſt rebus humanis.

Wēns Gottes Wille iſt.

Si Deo placuerit, volente, juvante, favente, aſpirante, annuente Deo, ſi Deus voluerit, ſi cœptis annuerit, ſi ita Deo viſum fuerit.

De Fortuna.

Glück/ Fall/ Zufall.

Fortuna, fors, ſors, caſus, evētus, eventa.

Gut Glück/ Wolfarht.

Fortuna bona, melior, optima, proſpera, ſumma, ampliſſima, magna, excellens, præſtans, præcipua, ſingularis, eximia, egregia, optabilis, apta, integra, incolumis, florentiſſima, divina, præclarus, glorioſus caſus, abundantia fortunæ.

Unglück.

Fortuna adverſa, infeſta, afflicta, durior, indigniſſima, gravis, gravior, graviſſima, funditus everſa, perdita, dura, durior, crudelis, infirma, inclinata ſpoliata, luctuoſiſſima: acerbiſſimus, graviſſimus, miſerabilis, calamitoſus, peſſimus, funeſtus, triſtis, horribilis caſus: mala, incom̄oda fortunæ: Vis impetus, injuria, vitium fortunæ: caſus adverſi tela, tormēta, vulnera, fulmina, incendiū, hyems fortunę.

Unbeſtändig Glück.

Vaga volubiliſq; fortuna, inſtabilis, anceps, volucris, dubia, fragilis, fluxa fortuna: varietas, viciſſitudo, rota, levitas, inſtabilitas, inconſtantia fortunæ: caſus varii & incerti, ancipites, incertus ſtatus fortunæ, ludibria fortunę, fluctus rerum humanarum, varii rerum eventus qui â fortuna pendent.

Zimlich/ mittelmeſſig Glück.

Æquabilis, mediocris fortuna, varia fortuna, communis, mediocris caſus.

Ich hab ein ſonderlich Glück.

Præcipua, propria minimè communis eſt mea fortuna, ſingulari ſum fato, longè alia conditione ſum ac cæteri.

Es trägt sich zu / es widerfähret / geschicht / es begibt sich / es kömpt zu handen.

Accidit, persæpe accidit, evenit, usu venit, usu evenit, obtingit, contingit, fit, casu fit, casus incidit, rarò, perrarò accidit.

Ohngefehr geschehen.

Fortè, fortè fortuna, fortuito, casu accidere.

Vnversehens / vngefehrlich / vnvermeynet / vnverwandter Sach / ohn alle meine Gedancken / anders denn ich vermeynet.

præter opinionem, spem, cogitationem, voluntatem, optatum meum, contra opinionem, spem, contrà acratus fui, improviso, de improviso, ex improviso, celeriùs opinione, cum minimè expectarem, fortè fortuna.

Es stehet auffm Glück / das Glück regieret allhier / wie das Glück wil.

Situm, positum, constitutum hoc est in fortuna. Dominatur, multum, plurimum valet, potest, magnam vim habet fortuna vel casus in hac re. Regitur, administratur, gubernatur hæc res casu vel fortunâ.

Auff das Glück wagen / setzen / hoffen.

Experiri, tentare fortunam, periculum facere fortunæ, committere aliquid potestati fortunæ, committere aliquid fortunæ, Confidere, fidem habere, credere fortunæ, à fortuna pendere, nimium sibi de fortuna polliceri: collocare, ponere aliquid in fortuna, multum ponere in fortuna, spem & rationes sitas ac locatas habere in fortuna.

Dem Glück zuwider etwas thun.

Belligerare cum fortuna, dimicare cum casu, repugnare, resistere fortunæ.

Ich habe kein Glück.

Fortuna mihi non suffragatur; deest, adversatur, obstat adversa, infesta est, noverca est mihi fortuna.

Ich habs durchs Glück erlanget / ich habs dem Glück zudancken.

Comite, duce fortunâ, vel casu hoc consecutus sum, fortuna dedit, largita est, elargita est hoc mihi, prę sidio, beneficio, donis, ornamentis fortunæ hoc factū est.

Ich befürchte das Glück möchte vmbschlagen / das Glück möchte sich wenden / endern / vmbkehren.

Metuo fortunam, timeo, reformido casus adversos, pertimesco, extimesco rotam fortunæ, eventus, ancipites fortunæ casus, &c.

Das Glück ist mir zuwider / das hindert mich.

Fortuna non respondet meis optatis, non consentit cum animo meo, dissentit ab animo meo, plurimum adversi mihi objicit,

objicit, Fortuna undiquaq; repugnat, reſiſtit, obſiſtit, adverſatur, ſeſe opponit, ſuam vim objicit, impedimenta injicit, occurrit, obviam it conatibus meis.

De Mundo.

Die Welt.

Mundus, univerſitas univerſum, natura rerum, orbis terrarum, univerſus orbis, rerum univerſitas, univerſum mundi theatrum.

Die ſchöne/ herꝛliche/ luſtige Welt.

Pulcher, pulchrior, pulcherrimus, ornatiſſimus, aptus, aptiſſimus, perfectus, abſolutus, abſolutiſſimus, varietate diſtinctus mundus. Nihil pulchrius, ornatius mundo.

Die weite groſſe Welt.

Omnes terrarum oræ, omnes univerſi orbis partes, omnis, totus, vaſtus, ſpacioſus orbis, mundus, immenſa orbis fabrica.

Alles was in der Welt iſt.

Quicquid continet, complectitur, comprehendit mundus, quæ mundi ambitu continentur, omnia, cuncta, univerſa, quælibet, quæcunque, univerſus mundi complexus.

Für der Welt Anfang.

Ante mundum conditum, ante conſtitutionem, fabricationem mundi, ſive, orbis terrarum; Antequam hic mundus conderetur.

GOTT hat die Welt erſchaffen.

Mundus procreatus, conſtitutus, conditus, factus, effectus, conſtructus, ædificatus, fabricatus, figuratus eſt à Deo, Deus eſt pater, parens, procreator, effector, opifex, ædificator, artifex, architectus mundi, Deus cuncta creavit, mundum condidit, architectatus, fabricatus eſt, ex nihilo excitavit, formavit, finxit, conformavit, procreavit, compoſuit, figuravit, conflavit mundum.

Gott hat die Menſchen alſo erſchaffen.

Deus aptos fecit, ita fabricatus eſt homines, Deus hominibus hoc conceſſit, largitus eſt.

Die Welt wird vergehen.

Mundus diſſolvetur, deflagrabit, interibit, concidet.

De Natura.

Natur/ Natura.

Gute Natur.

Optima, preſtans, præſtantiſſima, excellens, eximia, perfecta, & ad ſummum perducta natura: benignitas, bonitas naturæ.

Starcke Natur.

Permagna, incredibilis, admiranda vis naturæ.

Schwache gebrechliche Natur.

Imbecilla, fragilis natura, fragilitas, vitia naturæ.

Kluge Natur.

Provida, ſolers, artificioſa natura.

Die Natur wircket dieses / bringet dieses zu wege.

Natura creat, constituit, gignit, format, conformat, ingenerat, parit, movet, machinatur, facit, efficit, perficit, fingit, fabricatur, coagmẽtat, conglutinat, inchoat, moderatur, largitur, donat, parat, concedit, juvat, ad juvat, conciliat has res. Hæc res oritur, exoritur, ducitur, proficiscitur, regitur, gubernatur, administratur â natura.

Die Natur wils also haben / es ist natürlich / es ist von Natur also / es ist von Natur eingebildet / angebohren / eingepflantzet / ins Hertz geschrieben.

Lex, norma, regula, ordo, prescriptio naturæ est. Naturale, nativum, naturâ comparatum est. Aptum, conveniens, accommodatum hoc est naturæ, secũdum naturam fit, est ingeneratum, ingenitum, infixum, insitum, positum est in natura, in ipsa natura infixum est. Natura ita se habet, ita facti, instituti naturâ summus. Natura vult, desiderat, appetit, expedit, postulat, exigit, præscribit, ingenerat, sancit hoc, impressit, insculpsit, inservit, infixit hoc in animis. Natus est ad rem agendam, ex propositione naturæ fit, plus naturæ in hoc est, natura nobis indidit, natura informavit & impressit quasdam virtutũ notiones in animis.

Ich bin von Natur darzu geneigt / Ich hab von Natur Lust dazu.

Proclivis, propensus, compositus, paratus, factus, idoneus, aptus sum ad hoc naturâ. Impellor, cogor, deducor, perducor naturâ. Duce, ducente, adhortãte, magistrâ naturâ hoc facio, munere naturæ ita factus sum, mea natura ita fert.

Der Natur folgen / leben wie die Natur wil.

Obsequi, obedire, parere, servire, indulgere naturæ. Sequi, explere naturam, sequi naturæ propensionem, semina naturæ.

Es ist wider die Natur.

Præter, contra naturam est, fit. Natura repugnat, adversatur, reclamat, reclamitat, respuit, inimicum est naturæ, natura abhorret ab hac re.

Wider die Natur thun / der Natur widerstreben.

Repugnare, adversari, obsistere naturæ, Contendere contra naturam, expellere naturam.

Die Natur vberwinden.

Impedimenta naturæ vincere, superare.

Dieses kompt aus der Natur.

Naturæ munere hoc cõtingit, proficiscitur, contingit, manat â natura, cõceditur naturæ privilegio, debetur hoc naturæ, naturale donum est.

De Spiritibus.

Geist.

Spiritus, Dæmon, Dæmoniũ, Genius, mentes ab omni contagione materiæ separatæ.

Subtile/vnſichtbare Geiſter.

Spiritus tenues, incomprehenſibiles, vagi ab omni ſocietate corporis ſecreti.

Verſchwinden.

Evaneſcere, abire in auras, evaneſcere in auras, nuſquam apparere, abire, diſcedere, abſcedere à conſpectu.

Engel.

Angelus, ſpiritus cœleſtis, æthereus, Genius ſanctus, puriſſimus cœleſtium mentiũ cœtus, puriſſimæ mentes ab omni cõtagione materiæ ſeparatæ, Angeli non maculati, cœleſtis dignitatis, throni, poteſtates, Cherubim & Seraphim.

Ertzengel/ Archangelus.

Der Teuffel.

Diabolus, Dæmon, Cacodæmon, Genius malus, Satanas, Dæmonium, adverſarius Dei, pravus, ſubdolus, injuſtus, impurus, perditiſſimus, nequiſſimus ſpiritus, hoſtis humani generis, Coluber antiquus.

Teuffeliſch/ Diabolicus.

Beſeſſen vom Teuffel.

Obſeſſus, agitatus, exagitatus â Diabolo, à Dæmonio, Dæmoniac⁹.

Teuffel außtreiben.

Fugere, ejicere, expellere Dęmones, Chriſtus domitos & ſubactos coëgit cedere.

Die Seele.

Anima, animus humanus, animus corporeis vinculis exutus & liber, imortalis, ſimplex & cœleſtis animus, mentes â terreſtri labe ſejunctæ.

Die Seel iſt vnſterblich.

Anima non interit, diſſipatur, extinguitur, diſſolvitur cũ corpore. Animus eſt æternus, ſempiternus, immortalis, ſubvolat in cœlum.

Die Seel iſt im Leib.

Anima vel animus eſt, ineſt in corpore, fuſa eſt in corpus, corporis vinculis hebetatur.

Verſtorbene Seelen.

Manes, animus corporeis vinculis exſolutus.

Götter/Heiligen/ Superi, ſancti, cœlicolæ, Divi, cœlites, indigetes, Dii patrii, tutelares, penates, Lares. Dii majorum gentiũ, Dii minorum gentium.

Helliſche Götter.

Furiæ infernales, Eumenides.

Geſpenſt/ Schreckgeiſter/ Poltergeiſter.

Spectrum, terriculamentum, Lamiæ, Striges, illuſiones diaboli, phantaſmata, Lemures.

Wunderthier.

Monſtrum, portentum.

Wunderzeichen.

Miracula, ſigna, opera admiranda, facta ſtupenda, inaudita, res mira, miraculoſa.

Wunderzeichen thun.

Edere, patrare, exhibere ſigna, miracula, &c.

De Cœlo.

Himmel.

Cœlum, cœli, univerſi cœli complexus, æther, nobiliſſima & puriſſima pars ætheris, puriſ-

ſima regio, partes cœli, ætherea mũdi regio, pars. Tractus ætheris, ornatus cœli admirabilis; diſtinctum, ornatum, exornatum ſtellis cœlum, extremum & ultimum mundi, patens & apertum, ſummum cœlum, locus æthereus.

Des Hiñels Circkel / Kreiß / Kugel.

Orbis, globus, Sphæra, circul⁹, cœleſtes orbes, globi, Sphęræ.

Ein Theil des Himmels.

Plaga, regio, ora, clima, Cardo, zona cœli.

Des Hiñels Lauff gehet herumb.

Cœlum movetur, torquetur, vertitur, convertitur, verſatur in orbem.

Auff gen Himmel ſehen.

Intueri, videre, ſuſpicere, cõtemplari, aſpectare cœlum, aſpicere, ſuſpicere, ſpectare cœlum, oculos tollere vel intendere ad cœlum.

De Stellis.

Stern.

Stella, Stellæ fixæ, inerrantes.

Geſtirn / Sidus, aſtrum.

Himliſch Zeichẽ / Signum, imago.

Heller Stern.

Clariſſima, illuſtris, pellucida ſtella, flammæ ſiderum.

Dunckel Stern.

Obſcurior, caliginoſa, nebuloſa ſtella.

Morgenſtern.

Lucifer, Phoſphorus, Venus.

Abendſtern.

Heſperus, Veſperugo, Venus.

Menge der Sternen.

Maxima multitudo ſtellarum, innumerabilia ſidera, frequentes ſtellæ.

Schöne Stern.

Admirabilis ordo, conſtantia, pulchritudo ſtellarum, ſignorum, ſiderum, aureæ ſtellæ.

Planeten.

Planetæ, ſtellæ erraticæ, errantes, vagæ, ut ſunt, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Die Planeten haben jhren Lauff / Fortgang.

Planetæ conficiunt, obſervãt, luſtrant, permetiuntur, peragrant ſuum circulum, curſum, orbes circumeunt, ſunt directi.

Der Planeten Stillſtand.

Inſtitio, ſtatio Planetarum, Planeta eſt ſtationarius.

Der Planeten Vmbwendung / Epyciclus, Anfractus.

Der Planeten Krebsgang.

Retrogradatio, abſceſſus, receſſus planetarum, Planeta eſt retrograd⁹, regreditur, recedit.

Man ſihet den Planeten wiederumb.

Planeta apparet, aperitur, iterum oſtentat ſe, emergit ex radiis ſolaribus, Liber à radiis ſolaribus, oritur heliacè.

Der Planet wird wegen der Sonnenglantz nicht geſehen.

Planeta occultatur radiis ſolaribus, occidit heliacè, ſub radiis eſt, combuſtus eſt.

De Sole.

Die Sonne.

Sol,

Sol, Phœbus, Titan.

Der Sonnen Glantz/die liechte helle Sonne.

Splendor, fulgur, pulchritudo, lux clariſſima, candor radii, ſolis nitidus, aureus Sol.

Der Sonnen Hitze.

Calor, ardor Solis, æſtus, ardor Solis nimius, vehemens, igneus, temperatus.

Die Sonne ſcheinet.

Sol lucet, ſplendet, luſtrat, colluſtrat luce mundum, terras, cõmunicat lumẽ ſuũ hominibus.

Der Sonnen Lauff.

Curriculum, circuitus, circũvectio, curſus Solis, Sol orbem ſuum conficit, peragrat, movetur, fertur, circumvolvitur.

Untergang der Sonnen.

Occaſus Solis, occubitus Solis, Sol occidit, abit, abdit ſe, recedit.

Von der Sonnen ſchwartz/ oder verbrandt werden.

Colorari à Sole, Solis ardor infuſcat faciem ambulantium in Sole, ex Sole nigredinẽ ducere.

De Luna.

Der Mond.

Novilunium, Luna nova, interlunium, conjunctio Solis & Lunæ, naſcens Luna, radiis Solis accenſa Luna.

Erſte Viertel/Zunehmung des Monden.

Luna falcata, creſcens, accreſcens, accretio luminis Lunæ.

Vollmond.

Plenilunium, Luna plena, oppoſitio Solis & Lunæ.

Letzte Viertel/Abnehmung des Monden.

Gibboſa luna, decreſcens luna, diminutio Lunæ.

Der Mond hat ſeinen Schein von der Sonnen.

Luna accenditur, incenditur, lucem accipit à Sole, colluſtratur, illuminatur, lucet Solis lumine.

Finſternis.

Ecclipſis, defectio, defectus, obſcuratio Solis vel Lunæ, Sol vel Luna deficit, obſcuratur, Sol hominibus deficere & extingui videtur.

Influentz/ die Sternen haben jhre Wirckung in den Creaturen.

Corpora cœleſtia efficientiam ſuam declarant in inferiora hæc, Vires ſuas in inferiora hęc exercent, ingeneratum hoc eſt aſtris, commovetur tempeſtas hoc vel illo ſigno oriente.

Element.

Elementum, quatuor elemẽta, initia, principia naturę, rerũ.

Aus den Elementen wird alles gemacht.

Ex quatuor naturis conſtant, efficiuntur, cõcreſcunt, naſcuntur, ſunt, concreta ſunt omnia. Particulæ quædã elementorum ad compoſitionem & coagmẽtationem quaſi cæterorum corporum aſſidue permiſcentur & temperantur. Partes elementorum copulantur & coaleſcunt ad alia corpora quævis progignenda & conſtituenda.

De Igne.

Fewer/ Ignis, Igniculus, flam̃a.
Fewerzeug/ Igniarium.
Fewereisen/ Chalybs.
Fewerstein/ Pyrites, Silex.
Fewerhacke / Hama.
Schwefel / Sulphuratum, fasciculus sulphuratorum.
Zunder/ Fomes, ardentissima & siccissima materia.
Der Zunder fänget / Fomes concipit ignem.

Fewer auffschlagen.

Conflictu lapidum ignem elicere, tritu lapidum ignem elicere, excudere, elicere ignem, flammam ex silice, ignem procudere, excitare.

Fewer machẽ/ schüren / auffblasen/ anlegen/ Fewer anzünden.

Extruere, parare, facere ignẽ, excitare focum, concitare flammam, accendere, excitare ignẽ folle, flatu, flabello. Susternere, substruere ligna. Facere ut foculus luceat.

Das Fewer glimmet.

Ignis gliscit, ignis erumpit.

Ins Fewer werffen.

Mittere, conjicere, injicere, immittere, projicere, ponere, abjicere in ignem, flammam; committere, dare, tradere igni, flammæ, Vulcano dicare.

Das Fewer hält sich/ Ignis alitur.

Das Fewer leschet sich.

Ignis pastu indiget.

Das Fewer verzehrt alles.

Ignis consumit omnia, depascit & absumit suppositam materiã.

Helleuchtend Fewer.

Splendidissimus & aspectu pulcherrimus ignis, candor ignis, focus luculentus.

Lose Fewer/ das nicht brennen wil.

Languidus ignis, facilis delectu, refrigeratu.

Hitze / Wärme.

Ardor, fervor, æstus.

Fewrig/ hitzig/ angezündt.

Igneus, ignitus, fervidus, fervens, æstuosus, æstuans, ferventissima res, ardens, calidus, inflammatus, flammatus, incensus, accensus, succensus.

Gesenget/ sengen.

Ambustus, semiustulatus, adustus, amburere, adurere.

Verbrandt.

Combustus, exustus, crematus, conflagratus, deflagratus.

Das Fewer wieder brennend machen/ Ignem reficere.

Das Fewer hitzet / wärmet.

Ignis impertit reliquis calorem, calefacit, urit.

Ich wärme mich am Fewer.

Accedo ad ignem, calefacio, pando me ad ignem.

Ich werde warm.

Calesco, caleo, inflammor & incitor calore, incalesco.

Das Wasser wird vom Fewer warm.

Subditis ignibus aquæ effervescunt, Ignis calorem impertit aquæ, calefacit aquam.

Glüend werden/ Ignescere.

Verschmeltzen/ Liquari ardore.

Brunst/ Fewer.

Incen-

Incendium, incensio, exustio, deflagratio.

Ein Mordbrenner/ Incendiarius.

Es entstehet eine Brunst / es gehet ein Fewer auff.

Oritur, exoritur incendium, flamma, accidit exustio, extitit flamma, excitatum est incendium, vehemens ignis est accensus, summi periculi flamma exorta est.

Mit Fewer dräwen.

Minitari, minari urbi deflagrationem, ignem, flammam.

Einem sein Haus anstecken / anzünden.

Subjicere, admovere ignem domui alicujus, facere incendium, incendere, accendere, succendere, inflammare ædes, ignē injicere, inferre domibus ignē, excitare, inferre faces tectis, excitare incendium.

Das Haus brennet/verbrennet.

Domus ardet, uritur, flagrat, conflagrat, deflagrat. Uritur flāma, cōflagrat, perit incēdio, ardore non fortuito, sed incendio ardet.

Etwas verbrennen/in die Asche legen.

Cremare aliquid igne, comburere, concremare, absumere, Delere omnia flammis, pervertere incendio, vastare, consumere incendio, vertere, redigere in cineres, ignis depascit & absumis omnia.

Das Fewer leschen/ tilgen.

Incendium aquâ vel ruinâ restinguere. Extinguere, reprimere, depellere flammam, succurrere, opem ferre incendiis, subvenire in flamma & incendio, liberare domum ab incensione, incendio, flammâ; Eripere domum ex flam̄a, vis flammæ extinguitur aquæ multitudine.

Fewereimer/ Situlæ incendiariç.

Fewerhacken/ Hamæ.

Fewersprützen / Siphones incendiarii.

Ein abgebrandt Haus wieder auffbawen.

Ædes ab incendio resuscitare.

De Fumo.

Rauch/ Fumus.

Ruß/ Fuligo.

Fewermawer/Schorstein/Fumarium, fumale, caminus, Capnodochium.

Schorsteinfeger/ repurgator, fumarius.

Rauchen/ fumare, fumigare.

Räucherig/ fumosus.

Räuchern.

Suffumigare, fumigare, ad fumum siccare, exsiccare.

Der Rauch beist mich.

Excrucior fumo, fumus infestat oculos, &c.

Kole/ Carbo, carbunculus.

Glüende Kole / Pruna, candens carbo, carbo vivus.

Köler/ Carbonarius.

Kolenhütte/ Carbonarium.

Steinkolen / Carbones bituminosi.

Meiler / acervus carbonum cumulatus.

Bren-

Brennender Meiler / Strues carbonum accensa.
Außgebrandte Kole/Carbo exco-(ctus.
Fewerzange/Pruniceps,pyragia.
Fewerschauffel/ Batillum.
Pfanne/ Foculus.
Brandt/ Torris.
Geleschter Brandt/ Titio.
Asche/ Cinis, Lix.
Brennend Asche/ Favilla.
Funcke/ Scintilla, Scintillula.

De Aere.

Lufft.

Aër,æther,extrema ora mundi,suprema regio, purissima regio cœli.
Seelufft / Aër finitimus, continuatus, junctus mari.

De Aqua,

Wasser.

Aqua,aquula,unda,lympha, latex.

Fliessend Wasser.

Aqua profluens,perennis,jugis,fluvialis.
Regenwasser/ Aquæ pluviæ,plu-(vialis.
ReinWasser/pura,limpida aqua
Vnrein Wasser / aqua turbida, inquinata,sordida,impura.
Pfulicht Wasser / aqua palustris, reses, stagnans.
Fliessen / Fluere, perfluere, labi, diffluere.

Das Wasser bleibt stehen.

Aqua hospitatur ibi.

Das Wasser verläufft sich.

Aqua diffluit,præterfluit,defluit, dilabitur, effluit.
Zusammen fliessen / confluere.
Wasser leyten/ducere,deducere, derivare aquam ; ductus, deductio aquarum.
Wassergrabe / Aquæ ductus , aquæ ductio, aquagium, fossa, fossula.
Wasserkünstler / Vir aquiliciis & librationibus nobilis.

Giessen/ begiessen / auffgiessen.

Fundere,profundere, affundere,perfundere,circumfundere, effundere aquam.
Eingiessen / Infundere , suffundere, instillare.

Besprengen.

Aspergere, conspergere, respergere, perfundere aquâ.

Ins Wasser sencken.

Mergere aquâ, immergere in aquam,aquæ submergere.

Ins Wasser werffen.

Projicere, abjicere, præcipitare,præcipitem dare, vel agere in aquam, in undas.

Im Wasser ersauffen / ertrincken/ ertrenckt werden / im Wasser vmbkommen.

Suffocari,extingui,interimi, perimi, perire, necari, vitam finire in aquis,in undis. Necari, extingui, suffocari undis, aquis submersum non extare, perire oppressum vi fluminis.
Feuchte/Humor, liquor.
Feuchte/naß/ Humidus, madid⁹.
Naß/feuchte seyn/Madere,madescere, madefieri,commadere.

Wässern/ naß machen.

Humectare, humidum facere, rigare, irrigare, madefacere.

Anspritzen/besprengen.

Aspergere, conspergere, respergere, Fortuita respersio, aspersio.

Sich des Wassers erholen/ in die Trencke führen.

Aquari, aquatum ire.

Schaum/ Spuma.

Schäumen/Spumare,spumesce(re.

Wasserblase/ Bulla.

De Mari.

Meer.

Mare, salum, altum æquor, fretum,põtus, aqua lato & profundo alveo contenta.

Das grosse Meer.

Immensum,profundum, vastissimum, latum mare.

Enge Meer.

Angústum mare, angustum, perangustum fretum.

Stille Meer.

Tranquillum,planum,tutum, tempestivum ad navigandum mare.

Vngestümme Meer.

Inflatum,periculosum,infestũ, ventris agitatum mare, fervor oceani, fremitus murmurantis maris,tempestas maris, Oceani, æstus maritimi, impetus maris.

Das Meer wütet/Vngewitter.

Mare agitatur, turbatur ventis,tumescit,inhorrescit,comovetur,mare fervet,effervescit æstu pelagus: excitantur, comoventur fluctus vel æstus marini.

Das Meer wird stille.

Mare sedatur, componitur, tranquillum fit,

Das Meer läufft zu vnd abe.

Mare accedit & recedit.

Wellen/Wasserwellen/Bülgen.

Fluctus,æstus,fervor maris.

Etliche Meer in specie.

Das hohe Meer/ das weite Meer.

Oceanus,magnum & sine terminis mare;archipelagus.

Das Mittel Meer.

Mare mediterraneum.

Das Venedische Meer.

Mare Adriaticum, vel Adrianum, Superum mare.

Das Genuesische Meer/Mare Lygusticum, inferum mare.

Das schwartze Meer/Pontus Euxinus, Meotispalus.

Das Meer in Meeden/Mare Hircanum, mare Caspium.

Persisch Meer / Sinus Persicus, Mare Persicum.

Spanisch Meer / Oceanus Cantabricus.

Engelländische Meer / Oceanus Britannicus, mare Britannicum, Anglicum.

Pomerisch Meer/ der Beld.

Mare Balthicum, arctoum mare

De Insulis.

Fürnehme Inseln.

Zucker Insel/ Hesperides, Fortunatæ Insulæ.

Malta/ Melita.

Baltares / Majorica, Minorica.

Sardinien/ Sardinia.

Sicilien/ Sicilia.

Salamis/ Salamis.

Rodis/ Rhodus.

Nigropont/ Eubœa.

Pathmo/ Pathmus.

Schottländische Insel/ Orcades, Hebrides, Pomonia, Mona.
Irrland/ Hybernia.
Engelland/ Anglia.
Schottland/ Scotia.
Canarien/ Canariæ Insulæ.
S. Thomas/ Insulæ S. Thomæ.
Ißland/ Islandia.

De Fontibus.

Brunn.

Brunnquell/ Fons, fonticulus.
Quelle/ Scaturigo, scatebra, vena, Aqua viva.
Schöpffbruñ/Ziehebruñ/Puteus.
Ziehebrunnen Wasser/ Aqua putealis, puteana.
Brunnen Wasser/Aqua fontana.
Warmbad/ Thermæ, aquæ calidæ.
Sawrbrunn/Acidulus fons, medicatus fons.
Frischer Brunn/ Amœnus, frigidus, gelidus, egelidus, irriguus, lympidus.

Stetiger/vnerschöpflicher Brunn.

Uberrimus, reconditus fons, fons nunquam intermittens fluxum, fluxus non insistens, abditus fons.

Quellen.

Scatere, scaturire, prorumpere, profluere, promanare, è terra ebullire, regurgitare.

Es fleust aus dem Brunne.

Fluit, defluit, profluit, manat, promanat, emanat ex fonte.

Der Brunn verseuget/ verstopffet sich/ bleibet aussen.

Fons intermittit fluxum, clauditur, sitit, fontis venæ intercisæ aversæ sunt.

Wasser aus dem Brunnen holen/ schöpffen/ ziehen.

Haurire ex fonte, puteo. Haurire à fonte. Trahere ex puteis aquam, exhaurire, extrahere, excipere aquam.

Den Brunnen gar außschöpffen.

Intertrahere animam puteo.

Eymer/ Urna, situla, urnula, antlia.
Scheibenrad/ Trochlea.
Brunnenschwengel/ Tollo, onis, Tolleno.
Brunnenhack/ Harpago.
Wassertrog/ Crater, labrum ligneum vel saxeum.

De Fluviis.

Ein Fluß.

Fließwasser/ Flumen, fluvius, profluens amnis, fluentum.

Hefftiger schneller Fluß.

Incitatus, præcipitans, vehemens fluvius.

Fließwasser/ Aqua fluvialis, fluens, profluens.

Etliche Flüsse.

Die Sohne in Franckreich/ Araris & Arar.
Der Rhoden/ Rhodanus.
Die Leer/ Ligeris.
Die Marne/ Matrona.
Die Seyne/ Sequana.
Die Garunde/ Garumna.
Die Var/ Varus.
Die Alda in Italien/ Abdua.
Die Po/ Patus Eridanus.
Der Thesinn/ Ticinus.
Die Etsch/ Athesis.
Die Brünte/ Medoacus.

Flüsse in Deutschland.

Der Rhein/ Rhenus.
Die Donaw/ Danubius, Iſter.
Der Necker / Nicer, Necearus, Suev.
Der Meyn/ Mœnus, Franc.
Die Elbe/ Albis, Saxon.
Die Maaß/ Moſa, Belg.
Die Moſel/ Moſella, Obrinca.
Die Embs/ Amiſius, Weſtph.
Die Saal/ Sala, Miſn.
Die Lüppe/ Luppia, Weſth.
Die Lahn/ Lanus, Haſſ.
Die Jll/ Ellus, Alatia.
Der Jnn/ Ænus, Rhet.
Der Lech/ Licus, Bavar.
Die Weichſel/ Viſtula, Polon.
Die Oder/ Viadrꝰ, Odera, March.
Die Spree/ Suevus, Pom.
Die Weſer/ Viſurgis, Sax.
Die Mulda/ Mulda, Miſn.
Die Elſter/ Elyſter, Miſn.
Die Vnſtrud / Oneſter, Unſtrutus, Thur.
Die Dohn/ Tanais.
Die Neſter/ Boryſthenes.
Die Theiß/ Tibiſcus.
Die Thrab/ Dravus.
Die Culp/ Culpa.
Die Belga/ Rha.
Der Phrat / Euphrates, Meſop.
Die Thiger/ Tigris : in Aſſyria.
Der Nill/ Nilus Ægypt.
Ein Fluß des Waſſers / Os, oſtiũ, aditus, introitus.
Außfluß/ Exitus.
Außlauff/ Emiſſarium.
Bach/ Rivus, rivulus.
Waſſerlauff/ Torrens.
Furt/ Vadum.
Vfer/ Littus, ripa.
Gegen Vfer/ Adverſa, contraria ripa.
Luſtiger Vfer / Viridis, opaca ripa, amœnitas orarum & littorum.

Der Fluß fleuſt.

Fluvius fluit, influit, fertur, alluit, dilabitur confluit.

Der Fluß theilet ſich.

Finditur, dividitur in partes fluvius.

Der Fluß fleuſt ins Meer.

Fluvius influit, effunditur in mare, exonerat ſe in mare.

Ein Wirbel/ ein Keſſel im Waſſer.

Gurges, vorago, Charybdis, Syrtes.

Der Wirbel verſchlinget alles.

Gurges haurit, abſorbet omnia.

Fluth/ Waſſerfluth.

Inundatio, aquarum eluvio, diluvium, diluvies, exundatio, magna vis aquæ, colluvies aquarum.

Das Waſſer wächſt.

Fluvius accreſcit, creſcit, augetur, augeſcit, aſſurgit, ſtatis auctibus creſcit, intumeſcit, æquat ripas.

Das Waſſer gehet vber/ es verſchwemmet alles.

Fluvius effert ſe alveo, redundat, effunditur. Tranſgreditur, ſuperat littora, ripas, effluit, diffluit, redundat. Accidunt eluviones, fluvius terram operit, obruit, limo obducit, creſcit præter modum.

See/ Teich/ Lacus, ſtagnum.

Pful/

Pful/Pfütze/Lache/Palus,lacuna.
Teich/Fischteich/Helter / Piscina.
Teich ablassen.
Emittere, educere lacum, piscinam, derivare, deducere aquam ex piscina.
Teich füllen / zu Acker machen.
Siccare paludes, terrâ complere,explere.
Wasserkunst.
Aquæductus, machina aquæ ductoria,aquagium.
Wassergrabe/ Alveus.
Riñe / Canalis,colliquia,incile.
Röre/ Fistula, tubus.
Pompe/ Sipho.
Pompenstange / Pilum, tolleno.
Leder an der Pompe / Calceus siphonis.
Pompen ledern / Inducere,induere, addere siphoni calceum, pilas.
Wasserkünstler/Röhrmeister.
Aquilex, Vir aquiliciis & librationibus nobilis.

De Ponte,

Brücke.
Pons, ponticulus.
Höltzern Brücke/Pons sublicius, ligneus.
Steinern Brücke/Pons lapideus, saxeus.
Fallbrücke/Ziehebrücke/ Pons versatilis.
Brückpfal/ Sublica.
Brücke bawen / facere, efficere pontem.
Brück abwerffen/zerreissen.
Pontem interrumpere,rescindere, interscindere, disturbare.
Eine Brücke zwischen etwz machẽ.
Ponte vel ponticulo aliquid adjungere, conjungere.
Koth.
Cœnum,limus,stercus, lutũ, retrimentum, forica.
Mit Koth besudelt.
Volutatus, demersus in luto, oblitus cœno.

De Terra.

Erde/ Terra,tellus,humus,solũ, mater alma,magna.
Dicht Erdreich/ densa,crassa terra.
Wüst Erdreich.
Incultum,derelictum solum, aspera,horrida terra.
Magerland / Exile, macrum solum, Effœta, levis, fatigata terra,sterilis, solum aridum, siccum.
Die Erde stehet fäste.
Terra stat,cõsistit,nõ movetur.
Die Erde thut sich auff.
Terra discedit, dehiscit, desidet,cum desedisset terra ad infinitam altitudinem.
Auff die Erden werffen.
In terram statuere, ad terram affligere, abjicere, dare.
Klufft / Rima,fissura, hiatus terræ.
Fettes Erdreich.
Terra præpinguis.
Locker Erdreich / Terra pulla.
Staub/ Pulvis,pulvisculus.
Sand/ Arena.
Wassersand/ Arena fluvialis,fluviatica.
Grabsand / Arena fossilis,fossitia.
Sandgrube / Arenaria,arenariũ.
Sandkörnlein/Arenulæ. (burra.
Grober Sand/Kiß/ Sabulum,sa-

Schlam/ Limus.
Leimen/ Lutum, argilla.
Thon/Creta figularis,figlina,lateratitia.
Waſcherde/Terra Cimolia, creta Cimolia.
Kreite/ Creta, Chalcidica terra.
Mergel/ Marga.

Land da kein Inſel iſt.

Continens,Meditullium.
Inſel/ Inſula,
Halb Inſel / Peninſula, Cherſoneſus.

Land zwiſchen zweyen Meeren.

Iſthmus.

Landſchafft / Herꝛſchafft / Gebiet.

Regio,territorium,ora, provincia,diœceſis, pars terrarum, ager, angulus terræ, ditio, tractus. Pars Germaniæ, pars Galliæ, &c. extrema, ultima ora provinciæ, regionis.

Ein groß/ herꝛlich/ fruchtbar/reich Land.

Maxima, latiſſima, illuſtris, ſplendida,clariſſima,egregia,optima,fertilis,fructuoſiſſima,oportuniſſima,,locuples,referta, inſtructa, celebris, regio, provincia.

Ein klein Land.

Modicæ,exiguæ,anguſtæ regiones,anguſtiæ regionum.

Ein wüſt/verwüſt/arm Land.

Miſera, inhabitabilis,deſerta, derelicta, afflicta, perdita, everſa,populata, vexata, enecta regio,terra,provincia,

Gebirgicht/ kalt/vnfruchtbar Land.

Montoſa, frigida, aſpera, inculta, ſterilis regio, provincia.

Land innen haben/bewohnen.

Incolere regionem, terram, ripas, habere agros,ædificia, vicos ad ripas fluminis, obtinere regiones,tãgere, attingere Rhenum,oppidum incolitur ab aliquibus.

Grentz/ Frontier / Marck/ Marckſtein/Mahlſtein/Scheide.

Fines,termini, limites,confinia, regiones.

Marckſtein ſetzen.

Definire,circumſcribere,terminare, deſcribere regionibus, Sepire terminis, circumdare finibus, determinare regionis alicujus limites, confinia,pangere fines,terminare fines.

Dieſer Marckſtein ſcheidet / endet das Land.

Hic limes terminat finem agri,definit agri extremam partem, Sic Sylva intercedit inter hos. Mons dividit fines horum: flumen dividit agrum, Regio continetur hiſce finibus.

Marckſtein verſetzen / außgraben.

Evellere, avellere, ejicere loco, movere terminos, movere extra fines gradumq; terminos.

Land gegen Auffgang.

Regiones ad, vel verſus ortũ, orientem, Regiones vel oræ orientales, plaga orientalis.

Land gegen Abend.

Regio, plaga, ora occidentalis,ad,vel verſus occaſum, occidentem.

Land gegen Mittag/
Regio, plaga, ora Auſtralis. ad, vel verſus Auſtrum, meridiẽ.
Land gegen Mitternacht.
Regio, plaga, ora Septentrionalis, Aquilonaris, verſus Boream, aquilonem, ſeptentrionem.

Fürnehme Länder.

Europa/ Europa.
Aſien/ Aſia.
Africa/ Africa.
Newe Welt/ America.

Länder in Europa gegẽ Morgen in Griechenland.

Griechenland/ Græcia.
Romandey/ Thracia.
Macedonia/ Macedonia.
Theſſalien/ Theſſalia.
Aetolien/ Ætolia.
Acarnanien/ Acarnania.
Das Land bey Athen/ Attica.
Das Land da Delphis ligt / Phocis.
Morta/ Peloponeſus.
Lacædemonien/ Laconia.
Meſſenien/ Meſſenia.
Arcadien/ Arcadia.
Beotia/ Beotia.
Achaja/ Achaja.
Albanien/ Albania.

Vngern/ Polen/ ꝛc.

Raſcien/ Mœſia.
Walachey/ Dacia.
Bulgarey/ Bulgaria.
Siebenbürgen/ Tranſſylvania.
Polen/ Polonia, Sarmatia.
Vngerland/ Hungaria, Pañonia.
Crabaten/ Croatia, Illyricum.
Dalmatien/ Dalmatia.
Sclavoniẽ/ Sclavonia, Liburnia.
Moſcowitterland/ Moſcovia.

De Regionibus.

Littaw/ Lituania.
Dennemarck/ Dania, Cymbrica.
Schweden/ Suecia, Scandia.
Norwegen/ Norvegia.
Lappenland/ Lappia.
Finnland/ Finnonia.
Tartarey/ Tartaria.
Reuſſen/ Ruſſia.
Podolien/ Podolia.
Boſſen/ Boſnia.
Servien. Servia.

Länder in Deutſchland.

Deutſchland/ Germania.
Oeſterꝛeich/ Auſtria.
Beyern/ Bavaria.
Schwaben/ Suevia.
Das Land vmb Augſpurg / Noricum, Vindelicum.
Francken/ Franconia.
Thüringen/ Thuringia.
Meiſſen/ Miſnia.
Sachſen/ Saxonia.
Laußnitz/ Luſatia.
Böhmen/ Bohemia.
Schleſien/ Sileſia.
Mehren/ Moravia.
Pommern/ Pomerania.
Preuſſen/ Boruſſia.
Liefland/ Livonia
Braunſchweig/ Ducatus Brunſuicenſis.
Mechelburg / Ducatus Mechelburgicus, Megapolitanus:
Lüneburg/ Ducatus Lunæburgẽſis.
Schleßwig/ Ducat⁹ Sleſvicenſis.
Am Rheinſtrom/ Tractus Rhenanus.
Weſtreich/ Weſtria.
Geldern/ Geldria.
Frießland/ Friſia.
Weſtphalen/ Weſtphalia.

Bra-

Braband/ Brabantia.
Holland/ Hollandia, Batavia.
Seeland/ Selandia.
Kernden/ Carinthia.
Krain/ Carnia.
Steyermarck/ Styria.
Churwahlen/ Rhetia.
Schweitzerland/ Helvetia.
Elsas/ Alsatia.
Lothringen/ Lotharingia.
Torgaw/ Turgovia.
Algow/ Algovia.
Hessenland/ Hassia.
Wormser Gegend / Vangiones, Tractus vangionum.
SpeyerBistthumb/Nemeti,Tractus Nemetum.
Welschland/ Italia.
Calabrien/ Calabria.
Apulien/ Apulia.
Campanien/ Campania.
Hetrurien/ Hetruria.
Das Land bey Rom/ Latium.
Das Genuensische Land/Liguria.
Florentinisch Gebiet/ Thuscia, Toscana. (bria.
Lombardey/ Longobardia, Insu-
Spanien/ Hispania,Hesperia.
Portugall/ Lusitania.
Arragonien/ Arragonia.
Biscaja/ Biscaja.
Navarren/ Navarria.
Andalusien/ Andalusia.
Asturien/ Asturia.
Granaten/ Granata.
Andaluzin/ Betica.
Gallicien/ Gallicia.
Franckreich/ Gallia, Francia/
Niederland/ Belginm.
Artois/Artesia.

Flandern/ Flandria.
Gasconien/ Aquitania.
Burgundien/ Burgundia.
Schampanien/Campania.
Pickardey/ Piccardia.
Langendock/ Langedoccia.
Engelland/ Anglia.
Schottland/ Scotia.

Länder in klein Asien.

Bithynien/ Pontus, Bithynia.
Galaten/ Galatia.
Mysien/ Mysia.
Paphlagonien/ Paphlagonia.
Phrygien/ Phrygia, Troas.
Pamphylien/ Pamphilia.
Capadocien/ Capadocia.
Lydien/ Lydia.
Jonien/ Jonia. (nia.
Caramannien/Cilicia,Caraman-

Kurtz machen / Coarctare, abbreviare, cortrahere in compendium.
Kürtzlich / Brevi, breviter, quàm brevissimè.

De Latitudine.

Breite/ Latitudo.
Weite/ Laxitas, capacitas.
Weit/breit/ Latus, dilatatus, diffuſus, capax, laxus, amplus, ſpacioſus, protenſus, latè patens, & diffuſa res.
Außbreiten/ Dilatare.
Von einander ziehen/ Diducere.
Weit machen/ Laxare, ex anguſtiis educere.
Weit/ Adv. latè, perlatè, laxè, fuſè, diffuſè.
Enge/ Anguſtus, arctus, arctatus, coarctatus, aſtrictus.
Einſpannen/zwingen/zuſam̃en ziehen/eng machen.
Coanguſtare, coarctare, contrahere, aſtringere, conſtringere, brevi & anguſto ambitu concludere & conſtringere, coercere & concludere in anguſto ergaſtulo, in anguſtias compellere, inducere.
Eng/ Adv. Anguſtè, peranguſtè, arctè, aſtrictè, reſtrictè.
Fülle/ Plenitudo.
Erfüllung/ Complementum, ſubplementum, impletio, repletio, adimpletio.
Voll/ Completus, plenus, impletus, expletus, confertus, refertus, offertus.
Füllen/ erfüllen/ Complere, implere, adimplere, explere, replere, opplere, cumulatè explere, infarcire.
Leer/ Vacuitas, inanitas, inane.
Außgeleert/ Vacuus, inanis, caſſus, exinanitus, exhauſtus, jejunus.
Leer seyn/ Vacare.
Außleeren/ Exinanire, exhaurire, vacuum facere, inane relinquere, vacuare, evacuare.
Gleich/ Rectus, directus, procer⁹.
Krümme/ Curvatura, curvamen, flexura, flexus, curvatio.
Krum̃/ Curvus, incurvus, recurvus, aduncus, flexus, flexuoſus, ſinuoſus, retortus, tortuoſus.
Krümmen/ Curvare, incurvare, recurvare, flectere.

De Cuſpide.

Spitze/ cuſpis, mucro, acumen, aculeus.
Spitzig/ geſpitzt/ Acuminatus, mucronatus, muricatus.
Spitzen/ zuſpitzen/ Acuere, exacuere mucronem, cuſpidem.
Stumpff/ nicht ſpitzig/ Hebes, retuſus, obtuſus, acumine carens, reverberatus.
Stumpff machen/ Hebetare, cuſpidem adimere, obtundere, retundere, reverberare.

De Toto.

Gantz/ Totum, univerſum, univerſitas, genus.
Ein theil/ Pars, particula, membrum, portio.
Groß theil/ major, maxima pars, immenſę partes, melior pars.
Klein theil/ Parva, minima particula, minutæ, confuſæ particulæ, minutiora membra, tenuiſſimæ particulæ, perexigua pars.
Gleich theil/ coæqua pars, ſimiles, æquales ſunt partes.

Das

Das Gegentheil/ Pars averſa.
Theilung / Partitio, diviſio, diſcretio, dlſtinctio.
Alle / Cunctus, omnis, totus, ad unum omnes.
Geſtümmelt/Mutilus, mutilatus, truncus, truncatus, detruncatus.
In zwey theil abgetheilet/Bipartitus.
In drey theil abgetheilt / Tripartitus.
In vier theil abgetheilet/ Quadripartitus.
In fünff theil abgetheilet / Quinquepartitus.

Theilen.

Tribuere in partes, partiri, dividere in partes, in ſpecies, facere partes, conſtituere partes, diſpergere in partes, diſtribuere partibus ſuis, diſpertiri, Scindere, digerere in partes, partibus dirimere, diſpeſcere, æqualiter, ex æquo partitionem facere, diſgregare, diſcriminare.
Es hat viel theil/Genus amplectitur plures partes, multis conſtat partibus, plures habet partes, in multas partes diſtribuitur, ſcinditur.

Stümlen/ zerſtümlen.

Decurtare, curtare, mutilare, truncare, detruncare.

Zerſtückt.

Particulatim, articulatim, partim, per membra, per numeros, per partes ſectus.

De Multitudine.

Gar viel.

Multitudo magna, major, maxima, ſumma, infinita, innumerabilis, miranda, mirifica, uberrima, incredibilis.

Viel.

Multus, permultus, complures, pluſculus, compluſculi, innumerabilis, innumerabiles, multitudine, quam frequentiſſimi, Copioſus, uber, largus, ſatis multus, copioſo & magno numero, omnis ætas horum magnam copiam extulit. Plures, plurimi, varii, plæriq; , magna pars.
Viel/ Adv. Multùm, permultũ, cumulatè, non mediocriter.
Am meiſten/Plurimùm, plurimè, pluris, valdè multùm, multò plus. (lixè.
Weitläuffig/Prolixè, ſatis pro-
Noch mehr / Numerus major, plus.
Mehren / viel machen / Multiplicare.
Hauffe/ Caterva, turba, grex, cumulus, ſtrues, ſylva.
Geheufft/Cumulatus, coacervatus, extructus.
Hauffenweiß/häuffig/Affatim; catervatim, gregatim, acervatim, cumulatè, accumulatè.

Häuffen/hauffen machen.

Cumulare, accumulare, coacervare, cogere, in unum locum congregare, comportare; Extruere, conſtruere acervum, congerere vim rerum, magno cumulo rem augere.

De Copia.

Menge/Copia, ubertas, abundantia, affluentia.

EPITH. Magna, major, maxima, summa, infinita, innumerabilis, miranda, mirabilis, mirifica, uberrima, incredibilis, assidua, amplior.

Vberfluß/ Redundantia, exuperantia, profluentia.

Vberflüssig/ die menge/ Abundans, affluens, circumfluens, redundans, copiosus, exuberans, superfluus, largus, fœcundus.

Vberflüssig/ reichlich/ Copiosè, copiosius, copiosissimè, uberiùs, uberrimè, largè, largiter, abundè, abundanter, affluenter, profluenter, ubertim, satis superque, affatim, plenâ manu.

Jhm eine Menge oder Vorrath schaffen.

Conquirere, parare, comparare, gignere, conficere, efficere sibi copiam.

Einem gnug geben / reichlich geben.

Suppeditare, subministrare, largiri, præbere, afferre abundantiam, copiam, quantum sufficit.

Gnung oder reichlich haben.

Circumfluere, abundare, affluere, exuberare copiâ, saturari ubertate rei, omnia ei suppetunt, suppetit tibi copia hujus rei.

Es ist zu viel / mehr denn gnug/ vber die masse.

Nimium est, satis superque, plus satis, plusquã satis est, plus nimio, nimiopere, præter modum, extra, supra modum, immoderatè, nimis.

Zu viel / Nimium, nimietas, superfluitas, excessus.

Adject. Nimius, superfluus, supervacuus, suqervacaneus.

Zu viel seyn / vberley haben.

Redundare, superesse, superare, excedere.

Vberley / Reliquiæ, reliquum, residuum. EPITH. Illustres, incorruptæ, immortuæ, tenues, miseræ, afflictæ reliquiæ.

Vberley lassen.

Facere aliquid reliqui, esse aliquid reliqui, Restant, remanent, apparent reliquiæ.

De Paucitate.

Wenig / Paucitas.

Mangel/ Inopia, penuria, defectiò, defectus, defectum, paucitas, indigentia.

Noth/ difficultas, tenuitas.

EPITH. Magna, summa, publica, domestica difficultas.

Wenige/ Pauci, pauculi, perpauci, perpauculi, infrequentes, admodùm pauci.

Wenig / nicht viel.

Adv. Parum, paululum, perpaululum, pauxillum, pauxillatim, haud permultum, quam minimum, modicum, perparũ, paulum admodum.

Wenig seyn / Esse paucitatem, penuriam, difficultatem.

Es mangelt jhm an gutem Rath.

Desti-

Destituitur consilio, deficit, consilium, deficit ipsi consiliũ, illum deficit consilium, deficit cõsilio, desideratur in ipso consilium, deest ipsi consilium, non suppetit ei consilium.

Es mangelt jhm nichts.

Nihil in eo desideres, requiras, nihil ei deesse dicas, suppetunt ipsi omnia, nulla inopiâ laborat, afficitur. Nullâ re eget, & nullius rei, non conflictatur inopiâ rerum necessariarum, non laborat penuriâ rerum, nõ premitur angustiâ rerum necessarium nullis rebus necessariis destituitur, caret.

Ich kans nicht entrathen/ entberen.

His carere non possum.

Einen mangeln lassen.

Destituere, deserere aliquem.

Es ist gemein vnd leicht ding.

Res est nimium aperta, facilis, perspicua, clara, nimis obvia, in medio posita, vulgaris, nimium pervulgata, etiã pueris nota.

Schwer ding/nicht gemein.

Res minimè communis, vel contrita, res abdita, abstrusa, exquisitum est, & excellens, Res magnis obscuritatibus involuta, res in intimis naturæ recessibus abdita & retrusa.

Erstatten/ergentzen/wiederumb einbringen.

Adversa secundis pensare, compensare, exæquare, sarcire, resarcire, explere, sanare, corrigere, reconcinnare, supplere.

De Perfectione.

Fürtrefflich/fürnem gut/ außbündig/außerwehlt/ herilich/ köstlich/vollkommen.

Excellens, præcellens, antecellens, prestans, prestabilis, eximius, egregius, exquisitus, lectus, electus, insignis, singularis, præcipuus, primarius, præclarus, preciosus, omnium præclarissimus, omniũ præcellentissimus, perinsignis, inprimis splendidus, Summa industriâ elaboratus, perfectus, præstantiâ divinus, excellens, omnibus partibus absolutus, cui nihil deest, in quo nihil desideres, talis, ut simile, par, æquale, ejusmodi, ejus generis nihil sit. In precio est, ad optimum quam proximè accedit, summa cura & industria, exquisita arte, exquisita cura, exactissima arte elaboratus, dignus immortalitate, æternitate.

Fürtrefflich/ sonderlich/ außerlesen/ köstlich.

Adv. Præclarè excellenter, egregiè, eximiè, lectissimè, singulariter, insignitè, insigniter, preciosè, magnificè, splendidè, mirum in modum, mirandum in modum, maximoperè, non vulgariter, sic ut nihil magis, nihil supra, nihil ultra, nihil tale, nihil aliud, ut conferri nihil possit, ut simile, par, equale, ejusmodi, ejus generis nihil sit, affabrè, elaboratè, ad amussim, perfectè, non inscienter, scientissimè.

Vollkommenheit/ Integritas, per-

fectio, plenitudo, rectitudo.

Vollkommen/ Integer, absolutus, perfectus.

Gantz/ vnverletzt/ frisch / Incolumis, salvus, sospes, vegetus, incorruptus, recens.

Vnvollkommen/ Imperfectus, inelaboratus, non consumatus.

Fürtrefflich werden / Ad aliquam præstantiam pervenire.

Viel vermögen/viel gelten/viel können.

Plurimum valere, magnum pondus habere, multum, permultum posse, vel valere. Non parum, haud parum posse vel valere, magnum pondus habere, magni ponderis esse, magno pondere esse, primas ferre, tenere.

Würdig/ werth/ Ehren werth.

Dignus honore, dignus qui honoretur, dignus ut honoretur, dignus quem honores, dignus amari, dignum memoratu, dignus præ aliis, habetur dignus hoc nomine, dignatur hoc nomine.

Ich halt jhn der ehren werth.

Dignor ipsum hoc honore, Contra, Dedignor ipsum hoc honore.

Er hats nicht verdienet/ er ist der wolthat vnwürdig.

Indignus est tanto merito, non is est, in quem tanta gratia conferatur. Non ita meritus est, non ea ejus merita sunt, ut debeat tanto beneficio frui, Impar est tanto beneficio.

De Vtilitate.

Gering/schlecht/einfältig/nichts werth.

Tenuis, vilis, pertenuis, parvus, perparvus, futilis, vanus, levis, exilis, nihil contemtius, nullius momenti, nullius ponderis, facilis ejus jactura, res nihili, nō optimæ notæ, non justi ponderis, est nequioris notæ, res nugatoria, levidensis, facilis, inanis, simplex, plebeja, popularis.

Leichtfertig/ vnnütz/ kindisch Ding fürnehmen.

Levioribus & inanibus rebus suum studium dare, comitari, sequi, sectari, amare, contemplari levitates, inania. Conferre suum studium ad res inanes, futiles, nullius momenti, colere, amare, sectari eaquæ nihil ponderis, nihil solidi habent, quæ inania, levia, futilia, minimè solida sunt, abire ad ineptias, deferri ad ineptias, facere ineptè, temerè, non sapienter, stultè, uti consiliis puerilibus.

Zierlich/ füglich/ bequem/ es schickt sich.

Commodè fieri potest, accommodatissimum est ad rationes meas, congruens meis rebus, non nimis alienum, conveniens rebus, aptus ad rem & rei, natus ad hanc rem, aptus, proclivis ad aliquid, aptatus, accommodatus, accommodus, decorus, dignus ad hanc rem, benè appositus, maximè aptus, nihil accommodius, naturâ aptus,

accomodus huic rei, composi-tus naturâ, conformis, quadrat, convenit, congruit, respondet huic rei.

De Aptitudine.

Geschickligkeit/zuneigung/bequemligkeit.

Habilitas, aptitudo, affectio, propensio, proclivitas, facultas, potestas, convenientia, congruentia, concinnitas.

Zierlich/füglich/bequemlich/recht.

Decorè, decenter, convenienter, congruenter, aptè, accommodatè, appositè, idoneè, rectè, ritè, benè, bellè, probè, præclarè, commodè, meliùs, meliusculè, optimè, perbellè, percommodè, commodè.

Zusammen machen/bequem machen/fügen.

Aptare, accommodare, attemperare, conformare, comparare aliquid ad rem, concinnnare.

Es schickt sich nicht/vnbequem/vngeschickt.

Non probè affectus ad hanc rem, dedecet hoc hanc rem, alienum hac re, institutis meis, ineptum & nec in pueris ferendum, minimè aptum, accommodatum, non cohærent, non consonant, incommodus, inconformis, absurdus, absonus. Indecorum est, non quadrat.

De Munditie.

Reinigkeit/Sauberkeit.

Mundities, mundicia, puritas, lautitia, elegantia.

Rein/sauber/vnbefleckt.

Purus, mundus, sincerus, tersus, lautus, sine macula, labe. Absque, sine omni macula, labe, nitidus, non contaminatus, integer.

Reinlich/ Purê, integrê, illibatê, incorruptê, inviolatê.

Reinigung/ Mundatio, expurgatio, expiatio.

Reinigen/saubern/abwischen.

Expurgare, mundare, emundare, repurgare, tergere, extergere, detergere, abstergere, purificare, nitidum facere, tollere maculas. Abstergere, detergere, eluere sordes, spurcitias.

Geschirr reinigen/abschewren/ defricare vasa, ollas, arma.

Polieren/zieren/ Polire, expolire, ornare, limare.

Vnflat/Vnflätigkeit/Vnsauberkeit.

Sordes, spurcitia, spurcities, squalor, illuvies, impuritas, immundities, immunditia, inquinatio, turpitudo, macula, cœnum, lutum.

Vnrein/garstig/vnflätig/besudelt.

Pollutus, maculosus, inquinatus, coinquinatus, sordidus, squalidus, spurcus, obscœnus, fœdus, fœdatus, conspurcatus, contaminatus, maculatus, commaculatus, impurus, immundus, marcidus illuvie, squalidus sordibus.

Vnflätig seyn / Sordere, squalere, sordidum esse.

Verunreinigen / besudeln / garstig machen.

Polluere, inquinare, contaminare, maculare, sordidare, coinquinare, polluere, fœdare, defœdare, spurcare, cōspurcare, commaculare, turpare, inficere, deformare, impurū, fœdum, spurcum, reddere, oblinere cœno, maculis inficere, afficere, Maculas & sordes injicere, aspergere, inspergere, inferre, labem inferre.

De Pinguedine.

Fettigkeit / Pinguedo.

Dicke / Crassitudo.

Fett / Leibig.

Pinguis, opimus, præpinguis, obesus, habitior, corpulentior, solidus, & succi plenus, crassus, carnosus, adipalis, quadratus, pinguedine diffluens, magno abdomine, magnâ corporis mole, pinguior quàm satis est, indutus nimiâ pinguedine, laborans nimiâ pinguedine.

Fett werden / Pinguescere.

Fettigkeit einziehen / mager machen.

Adipes tenuare, adipem minuere, macerare, macilentum reddere, macrare.

De Macie.

Mager / hager / ableibig.

Macies, gracilitas, tenuitas corporis, macritudo.

Mager / hager.

Macer, macilentus, strigosus, curâ macer, exilis, gracilis, macie pellucens, pumice aridior, exsuccus, macie & inediâ extenuatus, macies ipsa.

Ich nehme ab / werde mager.

Macesco, macresco, macreo, extabescit corpus macie, extenuor macie.

Frisch.

Recens, vegetus, haud marcidus, novus, novellus.

Fäule / Schimmel.

Caries, situs, putredo, rancor.

Faul / schimlig / beschlagen.

Putridus, rancidus, cariosus, mucidus.

Verfaulen / schimlich werden.

Putrescere, computrescere, putrefierti, carie consumi, absumi, perire, confici, infestari. Cariem sentire, trahere, cariem vetustatis recipere, corrumpi.

De Comparatione.

Es ist einerley.

Est ejusdem generis, farinæ, notæ, classis, ordinis, in eundem numerum & hunc includo.

Es ist fast einerley.

Convenientiam, cognationem habet, convenit, congruit quodammodò.

Es ist nicht anders / es ist nicht einerley

Diversus, longè, longissimè diversus, multum distans, dispar, plus opinione differens, variat hæc res.

Es ist mancherley.

Varius, diversus, multiplex, multi-

multifarius, multiformis, aliùs atq; alius.

Auff mancherley/ vielerley weiſe.

Multifariam, multifariè, variè, plurifariam, diverſimodè, diverſis modis, variis modis.

Mancherley/anders machen.

Variare, magnopere, maximè variare.

Viel anders / auff einander weiſe.

Longè aliter, multò aliter, multo ſecius, longè ſeciùs, longè aliâ ratione, longè alio modo, pacto.

Vnterſcheid.

Diſcrimen, differentia, diſtantia, diſtinctio, diſcrepatio.

EPITH. Magna, major, maxima, ſumma, infinita, incredibilis, facilis, expedita diſtinctio.

Vnterſcheidung.

Separatio, ſejunctio, disjunctio, diſtinctio, diſcretio.

Vnterſchieden.

Differens, diſcrepans, diſſidens, diſtans, diverſus, diſtinctus, diſcriminatus.

Vnterſchiedentlich.

Diſtinctè, differenter, diſcriminatim.

Ohne vnterſcheid.

Sine diſcrimine, ſine ullo diſcrimine, ſine delectu, judicio. Citra diſcrimen, delectum, judicium, Remoto diſcrimine, non habitâ ratione diſcriminis.

Vnterſcheiden/vnterſchied machen.

Diſcernere, ſecernere, diſtinguere, disjungere, dividere, ſejungere, ſeparare, diſcriminare, diſtinguere numero, ætate, animo, naturâ, &c. acutè diſtinguere, dijudicare, internoſcere.

Es iſt ein groſſer Vnterſchied / es iſt ein anders.

Diſſimilima, diverſa rerum meãrum ratio eſt, rationes meæ à tuis differunt, diſtant, diſſentiunt. Multum inter res noſtras inter eſt, non eſt idem mearũ ac tuarum rerum ſtatus, multum intereſſe arbitror. Inter nos & alios hoc intereſt, genere toto differunt res noſtræ, ſpecie aut parte differunt, variant, disjunguntur, diſcrepant. Ex diametro pugnant, diſſident, ſecus vel aliter ſe habent.

Es iſt kein groſſer Vnterſcheid.

Paulum, non multum, ex parte, non re, ſed verbis differunt, diſcrepant.

Kein Vnterſchied halten / nicht vnterſcheiden.

Removere, tollere diſcrimen rerum.

De Similitudine.

Gleich / Ehnlich.

Similis, par, æqualis, parilis, aſſimilis, perſimilis, conſimilis.

Gleichheit/ Similitudo, æqualitas, æquabilitas.

Gleichniß/ Similitudo, ſimile, comparatio.

Vergleichung/ Proportio, analogia.

Gleich alſo wie dieſes/ Inſtar, in modum

modum hujus, ad modum, in similitudinem, ad similitudinem, ad morem hujus.

Dergleichen/ Similiter, simili, æquali ratione, simili modo, haud aliter, haud secus, ad istum modum.

Es ist gleich / es gleichet sich mit dem.

Prope accedit ad similitudinem hujus rei, quàm proximè accedit, mirificè conveniunt res, cõgruunt, nihil discrepant, differunt. Convenientiam, cognationem cum hac re habet, similitudo est inter hæc, in numerum incluserim & hæc. Nihil est huic rei propius aut similius. Non dissimilis est valde, minimum differt, nulla est rerũ nostrarum dissimilitudo, extat, apparet similitudo, cognatio rerum, Habent similitudinem, proportionem, similis est alicujus, alicui, inter se, similis est atque hic. Dignitate par summis, affabilitate nihil superior infimis. Accedit hic ad veterum gloriam. Non invidet superioribus seculis.

Eben also.

Nihilo minor, pariter, non minus, non aliter.

Sich zu gleichen gesellen.

Delectari æqualibus, congregari cum æqualibus.

Er gleichet sich mit mir / er ist meines gelüchters.

Valde aptus est mihi, mirè factus est ad naturam meam, vehementer est ad meæ vitæ rationem & consuetudinem accommodatus. Convenit optimè cum ingenio meo.

Ich halte es für gleich.

In nullo discrimine pono, tota res in æquilibrio pendere videtur. Paria video rationum momenta. Susque deque fero.

Wenn ich wäre wie du.

Si essem æquè ac tu, pariter ac tu, similiter ac tu. Non secus ac tu, ita ut tu, quemadmodum tu in rebus negligens, &c.

Gleich thun/ gleich mit gleichem vergelten.

Par pari referre, virtutibus vitia pensare, compensare, reddere, paria facere, reponere, par esse beneficiis sibi exhibitis. Parem operam rependere, Epistolam tibi dependo his literis, paribus respondere.

Vergeltung.

Compensatio, pensatio.

De Dissimilitudine.

Vngleich.

Dispar, dissimilis, disparilis, longè dissimilis, aliqua ex parte dissimilis, absimilis, impar, discrepans, distans.

Vngleichheit.

Dissimilitudo, inæqualitas, diversitas, distantia, varietas, discrepantia.

Epith. Magna, major, maxima dissimilitudo, varietas, discrepantia, differentia, summa, infinita dissimilitudo, innumerabiles dissimilitudines.

Es iſt vngleich.

Habet res diſſimilitudinem, eſt diſſimile, differt, diſcrepat, diſtat, diſſidet, variat, diverſa eſt, varietatem habet, non ejuſdem generis, cujus illa eſſe duco.

Er iſt mir nicht gleich.

Par omnino mihi non eſt, Nulla res eum mecum æquat.

Seine Sachen ſind meinen nicht gleich.

Diſſimilima, diverſa eſt rerum mearum ratio. Rationes meæ ab illius diſcrepant, differunt, diſtant, diſſentiunt, meæ res alio loco ſunt, aliter ſe habent, nulla ſimilitudo, nihil habet hæc res ſimilitudinis, diverſa, diſſimilia omnia, diſſimilitudo magna.

Diß machet es vngleich.

Hoc facit vel efficit iſtam varietatem, diſſimilitudinem.

Es iſt vber die maſſe / es iſt auffs höchſte kommen / es iſt jhm keiner gleich.

Supra modum, extra modum, non ad aliorum exemplum, nõ ex communi conſuetudine, non ut mos eſt, non aliorum exemplo, præter exemplum, ita ut nihil ſupra, nihil ultra, nihil tale, nihil aliud, ut conferri nihil poſſit, ut nihil ſimile, par, æquale, ejuſmodi, ejus generis haberi poſſit. Eò pervenit, quo longiùs non datur, quo non licet ulterius.

Nechſt GOTT iſt diß das beſte.

Secundùm Denm, poſt Deum, excepto Deo, cùm à Deo diſceſſi, nihil eſt melius.

Vergleichung.

Comparatio, collatio, contentio, aſſimilatio, æquiparatio, coæquatio, adæquatio, Relatio.

Vergleichen.

Conferre, comparare, æquare, adæquare, coæquare, componere, facere comparationem, uti collatione, aſſimilare, facere collationem, Comparare cum re, æquiparare aliquid ad aliquid, conferre inter ſe, cum aliqua re ad aliquid, conjungere in comparatione. Non eſt ulla ex parte conferendus, accuratiſſimè conferre, Quatuor ſunt in corporibus, quæ quatuor elementis reſpondent.

Vngleiche Ding mit einander vergleichen.

Aquilam noctuæ conferre. Apem cicadæ, teſtudinem pegaſo, cancros lepori, formicam camelo, tibiam tubæ, corvum luſciniæ, cuculum philomelæ, anſeres oloribus, culicem elephanti, minima maximis conferre, comparare.

Vbertreffen / beſſer ſeyn / vberwinden.

Excellere, antecellere, præcellere, antecedere, anteire, præſtare, carere exemplo, extra ordinem eſſe ſuperare, vincere, enitere, eminere, lucere, prælucere præ aliis.

Dieser vbertrifft jene alle.

Princeps omnium, prętet cæteros egregius est. Primæ partes inter omnes huic debentur, primas partes sibi vendicat, nemini concedit in hac re, sic excellit, ut nemo magis, sic excellit, ut qui quàm maximè, transcendit omnes, multis parasangis reliquos præcurrit, Longo intervallo omnes post se relinquit, multis partibus superior est, super cæteros hoc eximiũ habet. In hoc viva & spirantia sunt, quæ in cæteris umbræ, longè super cæterorum ingenia floret, sunt permulta, quę hunc ex vulgarium numero exemtum in edito statuunt loco, summo omnium consensu primas tenet, nulli cedit acumine ingenii, parem habet neminem. Omnibus præstat, omnes præstat, præstat inter alios, præstat, excellit in hac re, hujus autoritate præpõderant ut reliquorũ opiniones.

Es ist besser.

Satius, melius, potius, convenientius, decenti⁹, consulti⁹ est.

Man kan nicht sagen welches das beste sey/vorziehen.

Cæsar utrâ laude præstaret, posteris ambiguum reliquit. Paria sunt rationum momenta. In æquilibrio hæ res videntur pendere, uterq; alterius palmam ambiguam facit peculiaribus virtutibus.

Hoch vnd werth halten/ Schatzen.

Magnifacere, in magna laude ponere, charè, magni, magno æstimare, in summis bonis ponere, facere, plurimi, maximi. Putare aliquid in aliquo numero, in summo pretio habere, suspicere, revereri, non in postremis habere, non ultimo loco ponere, non in minimis ducere.

Hoch gehalten werden.

Magni, plurimi haberi, pendi, fieri, censeri, in precio haberi, summo in precio esse, plurimum apud aliquem valere.

Er hält/schätzet/meine Sachen hoch.

Omnia mea miratur, omnia mea ipsi sunt in precio. Mearum rerum benignissimus æstimator est, magnificè de mea opera sentit, tribuit mihi multum, plurimum, mea omnia suspicit, magnificè de me sentit.

Verachtung.

Despectus, despicientia, contemtio, contemtus.

Verachten.

Contemnere, despicere, pro nihilo putare, ducere, pendere, Parvi, minimi, nihili reputare, ducere, æstimare, pendere, facere. Aspernari, postputare, deputare parvi precii, ducere parvũ, contemnendum, habere nauci, facere haud magni, minoris, teruncii, repudiare, rejicere, negligere, nullo loco numerare despicatui ducere, despectui habere, in minimis ponere.

Verachtet werden.

Con-

Contemtui, despicatui, ludibrio alicui esse, duci despicatui, nullo loco esse, despectum esse, pro nihilo esse, videri, in vulgus elevatur eruditio.

Eines andern Arbeit verachten.

Deprimere alicujus labores, studia. Iniquum esse æstimatorem alienæ industriæ.

In verachtung bringen.

In contemtionem adducere aliquid. Hoc deprimit & obscurat tuam dignitatem, non conciliat autoritatem, facere, efficere ut aliquid contemnatur, despiciatur.

Aus der verachtung bringen.

Vindicare à contemptu.

Ich achte diß nicht/ich frage nichts darnach/ es ist mir gleich viel.

In nullo discrimine pono, minimi ponderis est apud me, nullo in loco est, parvi momenti est, trahantur per me pedibus omnia, nihil me afficit, susq; deq; habeo, fero. Æquè omnia contemno, fastidio, respuo. Non apud me pondus habet hæc res, nullius est apud me ponderis, nullius momenti, ne minimi quidem. Nihil habeo pensi, nihil pensi mihi est, nihil moror hoc, ne hujus quidem facio, leve quid puto, non laboro quid alii de me sentiant, vilia habet imperium & patriam.

Unwirdig/ nicht werth achten.

Dedignari, haud dignari, dignum non ducere, minus dignũ ducere, putare, &c.

Vorziehen/ höher halten.

Anteponere, præferre, præponere, anteferre aliquid alicui. Deferre, concedere, dare alicui primas, principatum, primo loco aliquid statuere, collocare, &c. ante omnia collocare, Pluris putare, æstimare, facere, pendere, reputare, ducere. Aristotelis autoritate hujus opinio facilè preponderatur.

Ich ziehe Tugend dem Gelde für.

Magis specto, colo, diligo, curo, sequor virtutem quàm pecuniam. Virtuti plus quàm pecuniæ tribuo. Majorem habeo rationem virtutis, quàm pecuniæ, Pluris est apud me virtus, quàm aurum, Locum apud me honestiorem habet virtus, quàm aurum. Apud me cedunt divitiæ virtuti, potiorem habeo virtutem divitiis, nihil tanti duco, quod mereri velim, ut literas deseram, sic antepono, prefero virtutem divitiis, &c.

Geringer achten/schätzen.

Posthabere, minoris aliquid facere. Non conferre velle aliquid cum aliquo, omnia infra se ducere. Omnia duco posteriora virtute, obtinent apud me postremum locũ divitiæ. Non conferendæ sunt divitiæ cum virtute. Divitiæ post virtutem habendæ, sordent præ virtute divitiæ.

Wolgefallen.

Probatio, approbatio.

Es gefällt mir.

Placet, probatur mihi. Laudo, probo, approbo, comprobo hoc. Complacet mihi, valde, satisfacit mihi mos, res accidit mihi grata, non offendit animũ, volupe est mihi, cordi est, gratum, acceptum est, exosculor hanc rem. Hæ nugæ illudunt speciosè animis doctrina & judicio parùm paratis.

Mißfallen.

Displicentia, improbatio.

Es gefället mir nicht.

Displicet, non placet, non delectat, non est jucunda, non mei stomachi, non mei gustùs, animus hac re offenditur.

Es stehet in seinem Gefallen.

Positum est in voluntate vel libidine illius.

Wahl / Wehlung.

Lectio, electio, selectio, delectio optio, arbitrium.

Wehlen / außlesen.

Legere, deligere, eligere, seligere, Habere delectum, uti selectione, excerpere potiora, judicio deligere aliquid.

Einem die Wahl lassen / oder vbergeben.

Deferre, facere alicui optionem, dare alicui optionem, potestatem facere eligendi, permittere alicui arbitrium.

Ich habe freye Wahl.

Mea est optio, mihi soluta est optio.

Außgelesen Ding / da nichts mehr gut an ist.

Res expoliata selectione.

Verwerffung / improbatio, repudiatio, rejectio.

Verwerffen / Rejicere, reprobare, improbare, repudiare.

De Tempore.

Zeit.

Tempus, tempestas, temporis cursus, spacium temporis, diuturnitas temporis, intervallum temporis.

Neben Zeit.

Tempus subsecivum, exceptum, furtivum, quod rebus gerendis superest.

Lange Zeit / viel Zeit.

Longum tempus, intervallum, spacium longum, longissimum, perlongum, immensum, longinquum tempus, longinquitas temporis, Multum, plurimum temporis, diuturnum tempus, diuturnitas temporis.

Lange.

Diu, perdiu, jam diu, pridem, satis diu, diutius, usque dum, amplius horis sex, multos menses, annos, plus jam anno, plures annos, complures dies, annos, complusculos dies, tot annos, multorum annorum memoria, longo tempore, aliquot secula, seculis penè innumerabilibus, tempore immenso, intervallo bidui, tridui, &c.

Ejus interrogatio:

Wie lange?

Quantum temporis est? quam diu

diu eſt? quot dies ſunt? quot menſes, anni?

So lange/ biß.

Donec, quoad, quouſq;, dum, uſq; dum, tam diu, tantiſper.

Lange wären.

Durare, permanere ad longinquum tempus, inveteraſcere, confirmari longinquitate temporis, permanere in immenſum tempus, ferre ætatem, durare ad tempus, ferre vetuſtatem.

Einem die Zeit verlängern.

Prorogare, protrahere tempꝰ, vide ne mihi in hoc munere quid temporis accedat, ne addatur tempus, ne fiat acceſſio temporis, Ne fiat longior, diuturnior, ne ducatur longiùs hęc adminiſtratio.

Für die lange weile.

Animi gratiâ, Temporis fallendi, animi laxandi, recreandi, relaxandi gratiâ hoc feci. Ad fallendum tædium temporis, temporis cauſa hoc feci, ut conſumerem, eximerē, tererem, &c, tempus.

Nach einander.

Continuum, continuatum, continens tempus, jugiter, continuè.

Kleine Zeit/ wenige Zeit.

Tempus modicum, parvum, breve, perbreve, quàm breviſſimum, exiguum, perexiguum. Parum vel minimum temporis, brevitas, anguſtia, punctum temporis. Exiguis regionibus circumſcriptum, ſpacium temporis.

Schwere/ böſe/ betrübte/ trawrige Zeit.

Tempus grave, gravius, graviſſimum, difficile, difficilimũ, durum, moleſtiſſimum, aſperum, acerbum, atrox, triſte, triſtiſſimum, miſerum, miſerrimum. Difficultas, acerbitas, injuria, triſticia, calamitas temporis. In hoc temporum miſerrimo ſtatu, his temporibus, his tam miſeris temporibus, tam duris, tam adverſis, infauſtis, triſtibus, iniquis, perditis, formidoloſis, in hac tam adverſa, tam dura, tam iniqua, tam miſera, tam infelici temporum conditione, in tanta pravitate, improbitate temporum, in tantis temporum vitiis, in hac omnium rerum perturbatione.

Stille/ friedliche Zeit.

Tempus tranquillum, ſedatum, quetum, pacatum, optatum, ſecundum, felix, bonum.

Gelegene Zeit.

Tempus opportunum, opportuniſſimum, idoneum, commodum, accommodatum, accommodatius, maturum, optabile, optatum, ſperatum, liberum, ſolutum, vacuum, ocioſum, opportunitas temporis.

Zu rechter gelegener Zeit.

In tempore, opportunè, optimè, commodè, per tempus, tempo-

tempore, ad tempꝰ, in ipſo tempore, peropportunè, tempeſtivè, in ipſo temporis articulo.

Ungelegene Zeit.

Alienum, alieniſſimum, importunum, occupatum, impeditum, abſurdum, ſubabſurdũ tempus.

Mancherley Unterſcheid der Zeit.

Certa, diſtincta, æqualia, imparia, varia temporum intervalla.

Unter des/mittler Zeit.

Interea, interim, interea loci, Hoc interim ſpacio, interea temporis, interim dum, medio interjecto tempore.

Zwiſchen der Zeit.

Interjecto brevi ſpacio, interjecto intervallo, interpoſitis diebus, interpoſito temporis ſpacio.

Es iſt noch nicht Zeit.

Temporis maturitas nondum advenit, nondum maturum videri poteſt de hac re cogitare.

Die Zeit leidet es nicht.

Anni tempus non fert, non permittit, patitur, nõ concedit, nõ convenit. Anni tempus alienum eſt, parùm aptum, adverſum. Non licet per anni tempus. Tempus anni adverſatur, Temporis ratio repugnat.

Verziehen/ Zeit auffſchieben.

Differre tempus, vel differre rem in tempus, ducere tempus, prorogare tempus, reiicere rem in tempus aliud, facere intercapedinem, protrahere, prolongare tempus, interjicere ſpacium, diem ex die ducere, differre in longum, procraſtinare.

Es hat ſich verweilet / die Zeit iſt auffgeſchoben worden.

Productum eſt longius intervallum, interpoſitum, interjectum eſt ſpacium vel intervallũ.

Zeit beſtimmen / Tag anſetzen/ ernennen.

Præſtituere, præfinire, ſtatuere, deſignare, conſtituere, edicere, decernere tempus, diem. Cõſtitutæ ſunt nuptiæ in hunc diem, deſtinare, alicui diem necis, ſtatuere diem laxam.

Zu rechter Zeit da ſeyn.

Tempeſtivè, maturè, opportunè, commodè, tempore opportuno, dicto, conſtituto, præfinito, præſcripto adeſſe, in ipſo temporis articulo adeſſe. Ad diem conſtitutũ, præſcriptum, præfixum, dictum adeſſe.

Kommen ehe es Zeit iſt.

Antevertere, anticipare diem conſtitutum, præſcriptum, &c. prævenire, antecapere.

Zu langſam kommen.

Non adeſſe ad tempus conſtitutum, præſcriptum, &c.

Ich habe nicht Zeit.

Excludor temporis brevitate vel anguſtiâ, egeo tempore. Nullam mihi vacuam horam, nullum mihi liberum tempus relinquunt, nihil habeo ſpacii ad excolenda ſtudia, nullã diei partem relinquunt. Vix huic

epiſtolæ tempus habui, nullum mihi vacuum tempus oſtenditur. In ſummâ vacui temporis inopiâ.

An der Zeit hindern.

Tempora alicujus morari.

Es wird der Zeit abgezwackt / dieſe Zeit gehet dem ſtudiren ab.

Ex hoc tempore aliquid ſæpe multis occaſionibus delibatur, detrahitur, ſurripitur. Id tempus totum ſtudio ſapientiæ detrahitur, ſurripitur.

Die Zeit gehet hin / leufft weg.

Tempus effluit, præterit, abit, elabitur, fugit, Ætas avolat, defluit, labitur, prætervolat. Hora abit, horæ cedunt, & dies & menſes, & anni, æſtas exacta eſt, effluit. Secula conficiuntur dierum noctiumq; numero, annuis curſibus tranſvehitur tempus.

Es nimmet viel Zeit weg.

Eſt longinqui, diuturni, plurimi, nõ exigui temporis labor, eæ profectiones mihi octo dies abſtulerunt, mihi propè omne tempus eripiunt, aliquid ex hoc tempore ſingula vocabula decerpunt, eſt res largioris ocii.

Zeit gnug.

Satis temporis, ſatis diei eſt.

Wiederumb Zeit bekommen.

Tempꝰ revocare, recuperare.

Ich wil mir Zeit nehmen.

Sumam mihi tempus ad cogitandum, Arripiam tempus quodcunq;, ſumam aliquid ſubſecivi temporis, redimam mihi ocium.

Der Zeit warnehmen.

Aucupari, obſervare, notare, noviſſe tempus, habere rationẽ temporis, uti tempore, diſpenſare, digerere tempora magnâ parſimoniâ, capere tempus, captare tempus, inſidiari tempori.

Zeit auff ein Ding legen.

Tribuere, dare tempus rei, impertire, impertiri, conferre, adhibere tempus ad rem peragendam. Ponere, collocare, impendere tempus in re. In literis omnia tua ſeria & joca colloca, è tam brevi tempore non poteſt multum tractandis rebus relinqui, dividere temporibus negocium.

Die Zeit zubringen / hinbringen / Zeit vertreiben.

Conſumere, conterere, tranſigere, traducere tempus, ætatem, aliquid temporis, horas, diem, in aliqua re. Ponere diem cum aliquo, aliquid tempus alicubi, impertire aliquid temporis alicui rei. Sermonibus horas aliquot tranſigere, tranſigere æſtivos calores. Utinam mihi liceat totam ætatem tecum exigere, in hac re explicanda curriculũ hujus anni conficiam, eximere tempus fabulis, dirimere peragere, abſumere, terere, degere, ducere, ætatem in re. Conſumere ocium, ſpacium temporis.

Einem Zeit geben.

Dare, concedere, largiri, præſtituere, relinquere, definire, offerre

ferre tempus alicui, prorogare tempus, ſpacium dare.

Die Zeit wol anlegen.

Tempus bene, optime, utiliſſime collocare, uti, non abuti tempore. Tempus ponere in rebus honeſtis, utilibus, &c.

Die Zeit vnnützlich hinbringen.

Tempus inutiliter terere, collocare, conſumere, inſumere transigere, exigere. Tempus perdere, amittere, dimittere, remittere. Non ſinam tempus ſine fructu & fruge dilabi.

Es iſt ein groſſer Verluſt / Zeit verlieren.

Graviſſima eſt jactura temporis, hora nulla tibi ſine magno diſpendio perire poteſt.

Es fället in die Zeit.

Incidit in illud tempus, incurrit in illud tempus.

Sie ſind zu einer Zeit geweſen / Sie haben zu einer Zeit gelebet.

Suppares illi ætate fuerunt. Saluſtius illorum temporum æqualis, ijſdem temporib⁹ fuerunt. Aſconius ab eorum ætate non multum abfuit. Epiphanius unus eorum eſt, qui propi⁹ ab ætate Chriſti ſcripſerunt, annis, ſeculis disjuncti, intervallo temporum disjuncti.

Eben zu der Zeit.

Per idem, per id tempus, eodem tempore, uno tempore.

Sich in die Zeit ſchicken / den Mantel nach dem Winde hängen.

Accomodare aliquid ad tempus, ſervire, inſervire, parere, cedere tempori, temporibus, Conſulere temporibus, facere aliquid temporibus cedens, tribuere, aſſignare, aſſentiri tempori, habere rationem temporum, dare aliquid loci rationi, conſilio. Vela ad id, unde flatus oſtenditur, obliquare, dirigere. Scire omnes commoditatis articulos, Tempeſtati obſequi, ad rationem temporis conſilia accommodare, neceſſitati parere, obſequi, res ad tempora accommodare, nullam rem agere quã tempus improbare videtur, applicare ſe tempori, uti foro, tempore. Conformare ſe ad temporis rationem, ita ſe gerere, ut temporis ratio fert, pro temporis ratione ſe gerere, conſiliario uti tempore.

Zeit haben.

Patris conceſſu duos annos habeo ad viſendam Italiam.

Alte Ding.

Vetuſtas, antiquitas. Vetera, antiquiſſima tempora.

EPITH. Priſca, ultima, nimia, obſoleta vetuſtas, monumentis teſtata, conſignataque antiquitas.

Alt / Vetulus, vetus, vetuſtus, antiquus, priſcus, priſtinus, inveteratus, obſoletus, pervetus, pervetuſtus perantiquus, robuſtus vetuſtate.

Sehr alt.

Veterrimus, antiquiſſimus, admo-

admodum vetus, nimis, nimium antiquum, vetus, paulò obſoletior, antiquiſſima tempora.

Alt werden.

Veteraſcere, inveteraſcere, induere, adipiſci vetuſtatem.

Veralten.

Seneſcere, conſeneſcere, obſolere, exoleſcere.

Auff die alte Weiſe.

Vetuſtê, priſcê, Antiquo, vetuſto more.

Vor alters / Antiquitùs, apud veteres, quondam olim, apud ſeculum prius, &c.

Alt Ding herfür bringen.

Repetere aliquid ab ultima antiquitate, vetera repetere memoriâ, Ab omni antiquitate, ex omni memoria ætatum, temporũ, ab antiquiſſimis temporibus, ex omnium ſeculorum memoria, ab antiquis temporibus rem deducere.

Je älter je beſſer / es wird beſſer wenns alt wird.

Res corroboratur vetuſtate, plus roboris habet propter vetuſtatem, robuſtum eſt, quia vetus eſt, res mitigatur vetuſtate.

Weils ſo alt iſt / ſo weis man nichts darvon.

Oppreſſa eſt res tenebris vetuſtatis, parum videtur, cernitur res ob vetuſtatem. Ignoratur, incognita eſt res propter vetuſtatem, vetuſtate obrutum eſt, vetuſtate abijt memoria, ob vetuſtatem eſt à noſtra memoria remotum.

Alle Ding verderben mit der Zeit / alters halben.

Res minuuntur, exareſcunt, conſeneſcunt, obſoleſcunt vetuſtate, vel propter vetuſtatem. Res conteruntur, conſumuntur, conficiuntur, tolluntur intereunt, vaneſcunt, evaneſcunt delentur, extinguuntur, exoleſcunt vetuſtate.

Es iſt nun alt vnnd vergeſſen.

Abrogatum, intermortuum, abolitum, inane eſt.

Etwas newes.

Novitas, novum, recens.

New.

Novus, novellus, novitius, recens. Novum etiam dicimus, quod diu ab oculis & uſu hominum abfuit, etiamſi vetus ſit.

New machen / vernewen.

Novare, innovare, renovare, reficere, integrare, redintegrare, reparare, interpolare, inſtaurare, reſtituere in integrum.

New Ding wird veracht.

Novitas eſt inviſa, novitas repudiatur, quaſi novum reprehenditur, aliter feruntur nova, ſive recentia, aliter inveterata.

Luſt haben zu newen Dingen.

Commoveri, excitari, delectari novitate, cupiditatem injicit novitas.

De Æternitate.

Ewigkeit.

Æternitas, perpetuitas, perennitas, memoria æternitatis, ſecula infinita, innumerabilia.

Ewig.

Ewig.

Æternus, perpetuus, sempiternus, perpes, perennis, immensum, infinitum, æternum~, sempiternum tempus, sempiternum, immortale ævum. Perennis, jugis, omnis æternitas, immensum tempus.

In Ewigkeit.

Perpetuò, æternè, æternum, perpetuum, in perpetuum, immortaliter, omni tempore, sempiternis seculorum ætatibus, in omne tempus, perpetim, in ævum, in sempiternum, in æternum, in omnem æternitatem.

Von Ewigkeit.

Ex æterno tempore, ex æternitate, ex omni æternitate, ab infinito tempore, à sempiternis seculorum ætatibus, ab infinita seculorum multitudine.

Ewig weren / bleiben.

Consequi immortalitatem~, æternitatem, frui æternitate~, ævo sempiterno, durare in omnem æternitatem, perennare. Nulla vetustas hunc librum~ obruet, abolebit.

Etwas zu ewigem Gedächtniß thun.

Tradere, mandare, commendare aliquid immortalitati, æternitati, Prosequi rem immortalitatis memoriâ, æternitate~ aliquid donare. Æternare literis & laudibus. Æternâ gloriâ donare, afficere, illustrare, ornare. Alicujus famam in omnia secula dissipare, posteritati tradere, æternitati consecrare, ad immortalitatem consecrare.

Langwirigkeit.

Diuturnitas, durabilitas, diutinum~.

Langwirig.

Diutinus, diuturnus, durabilis.

Unvergänglich.

Interitûs expers, res nunquã interitura, res cujus est æterna~ possessio, nulla dies tui nominis famam delebit, æternùm durabit, perennabit in secula infinita~.

Es ist alles vergänglich.

Omnia sunt incerta, caduca, mutabilia, omnia ætate deflorescunt, nihil immune est ab interitu, omnia orta aboriuntur, omnia, quæ nata sunt, denascuntur. Vetustas omnia consumit. Res humanæ nunquam consistunt, sed celeriter fluunt, transeunt, extinguuntur.

De Initio.

Anfang.

Principium, initium, origo, ortus, orsus, exorsus, exordium, primordium, caput, elementũ, fons, stirps, autor, causa, incunabula, rudimenta, seminarium~, semen, elementum.

Guter Anfang.

Bona, magna, præclara, apta, accommodata, firmissima initia~.

Geringer Anfang.

Parva, humilia, pusilla, rudia principia~.

Anfänglich.

Primùm, primò, principio, initio, in initio, in vestibulo, in limine.

Von Anfang.

Inde usque à primo exortu, ab originis suæ exortu, à natalibus, à primo ortu.

Vom Anfang biß zum Ende.

Ab initio usque ad finem, à principio ad finem usque, A capite usque ad calcem, à vertice usque ad calcaneum, à vertice ad imos usque talos.

Entwerffung.

Adumbratio, lineamenta, extrema lineamenta.

Etwas entwerffen.

Informare aliquid, primas rei lineas ducere, primis quasi lineis designare, effingere lineamenta.

Du hast es kaum angefangen.

Principia rei vix apparent, minimum ultra principia progressus es, reliquisti hoc inchoatum tantùm & rude. Constitisti, hæres in ipsis penè principiis. Vix opus instituisti, aggressus es, vix operis initium fecisti, rem habes vix institutam, primam manum habes.

Es schickt sich wol zum Anfang.

Benè se dant, habent initia.

Anfänger.

Incipiens, inceptor, primus, princeps, principalis hujus opinionis videntur stoici principes, quasique procreatores.

Anfahen / Anfang machen / Hand anlegen.

Incipere, cæpisse, inchoare, ordiri, exordiri, auspicari rem, Initium ducere, facere, sumere, suscipere. Exordium ex re aliqua ducere, capere, Primordia capere à Deo, capere, ducere principium, ponere, proponere fundamentum aliquod rei. Jacere fundamenta rei, spargere semina, facere initium ab aliquo, exordiri à principio, accedere ad aliquid agendum. Aggredi, ingredi, facere aliquid. Sumere in manus, admovere manus operi.

Wol anfahen.

Bene exordiri, bonis initiis exordiri, rectè, gloriosè, feliciter exordiri.

Vbel anfahen.

Initium malè ponere, imperitè exordiri, in limine, vestibulo offendere.

Von newen anfahen.

De novo, à novo, denuo, de integro, ab integro, ab initio inchoare, &c. repetere ab initio.

Seinen Anfang etwa her haben.

Ortum habere, accipere principium, nasci ab initijs & fundamẽtis, oriri rem ab aliquo principio, habere principium, proficisci à principijs, rudib⁹ vel bonis, proficisci ab initijs aliquibus, progredi ab initijs, sumere initia, oriri, exoriri, nasci. Originem sumere, trahere, accipere. Hinc initium ortum est. Hæc loquendi ratio manavit à Græcis,

ex Socratis sermonibus omnes disciplinæ fluxerunt, defluxerunt, nascitur hujus rei exordium ab hac re, Inde hæc res pullulat gliscit, derivatur, Duci, trahi ab aliquo initio. Emanare ex fonte aliquo, manare, descendere, venire, provenire alicunde. Ex avaritia erumpit, existit audaciâ.

Bißweilen/unterweilen.

Aliquando, interdum, nonnunquam, quandoq; est cum scribit, est cùm legit, tum scribit, tum legit, modò togatus, modò palliatus.

Selten.

Raró, rarius, perraró, non sæpè, minùs sepè, insolenter, haud crebrò, rarissimè, vix unquam.

Des meisten theils ist er da.

Multus, plurimus in schola est, ut plurimum adest, frequenter adest, frequens est in schola.

Offt/gar offt.

Sæpè, persæpè, sæpissimè, quàm sæpissimè, frequenter, crebrò, creberrimè, subinde, identidem, non raró, nō semel, haud semel, sæpenumero.

Stets/allezeit/ohn auffhören.

Semper, continenter, assiduè, nunquam non, omni tempore, omne tempus, omnibus annis, diem noctemq;, dies & noctes, noctes & dies, sine intermissione, sine ulla intermissione, indesinenter, continuè, assiduè, citra intermissionem, absq; fine.

Niemals.

Nunquam, ne semel quidem, nunquam ante hunc diem, nunquam post hunc diem, nunquā post illa, nunquam hodiè, nullo tempore.

Eine Zeitlang.

Aliquandiu, aliquantisper, aliquantulum, ad tempus.

Wenne?

Quando? quo tempore? qua die? quonam tempore? qua hora? quo temporis puncto? quo temporis momento?

De Præterito.

Vergangene Zeit.

Præteritum, prius, vetus, vetustum, pervetustum tempus, Antecedens, præcurrens, præteritum, anteactum tempus.

Die Zeit ist vergangen/fürüber/verlauffen.

Tempus præteriit, abiit, transiit, effluxit, defluxit, præterfluxit, processit, dilapsum est, induciæ exierant.

Von Erschaffung der Welt her/von Anfang der Welt.

Ab initio mundi, ab origine mundi, ab orbe condito, ab orbis conditi initio, inde ab initio mundi, post orbem conditum, à creaturarum conditu, conditione, post homines natos, post hominum memoriam, à condito ævo.

Vor zeiten/vor alters.

Olim, quondam, apud seculum prius, priscis temporibus, ætate majorum, apud majores,

tempestate, temporibus majorum, tempore quo majores vixerunt, multis ab hinc seculis vixit, memoriâ majorum, superiore tempore.

Für so viel Jahren oder Tagen.

Ab hinc viginti annos mortuus est, multis ab hinc annis vixit, ab hinc sexaginta annis, jam minimũ decem dies erant, fuit dies nudius undecimus, à multis jam annis eum non vidi, triennium est & amplius, librũ vulgavit ab hinc triennium,

Für etlichen Tagen.

Superioribus diebus, proximis diebus, die ab hinc sexto venit, misi tibi hæc nudius tertius.

Biß her/ biß auff diese Zeit.

In hunc usque diem, usque in præsentem diem, in hodiernum usque diem, hactenus, huc usq;, ad hoc usque tempus, usque in hanc horam.

Wie lange/ quàm pridẽ mortuus est tuus parens? R. non ita pridem, jam annus est, bienniũ, sesquiannus, annus & amplius.

Jetzund/ Modò, Nuper, quod tempus vix præteritum, significat. *Dudum*, **Es ist lange**/ significat tempus ante horam, vel aliquot horas præteritum. *Pridem, diu*, **Vorlängst**/ tempus ante aliquot menses vel annos præteritum significat, *Olim, quondam*, **vorzeiten.**

Jam dudum, jam pridem, jam olim, sæpius exigunt verbum præsentis temporis. *Dudum, pridem, olim*, ferè præteritum.

Newlich/ Nuper, proximê, paucis antê diebus, superioribus diebus, temporibus, paulò antè.

De Præsenti.

Tempus præsens, instans.

Jetzund/jetziger Zeit/zu dieser vnser Zeit.

Nunc, jam, jam nunc, modò, hoc tempore, hac tempestate, hoc ævo, seculo, nostrâ hac tempestate, hâc hominum ætate, nostro ævo, seculo, ętate, nostris temporibus, nostro tempore, in præsentia. Hoc temporis.

Leute die jetzund leben/ Non ex recentioribus modò, sed ex antiquis multo magni viri.

Wenns an der Zeit ist/ daß es geschehen sol/ Cùm inibi erit, ut excudantur, fac mihi mittantur.

Zugleich/eben zu der Zeit.

Eodem temporis puncto, simul, unà simul, uno eodemque tempore, identidem, conjunctim.

Plötzlich/vnversehens/ Subitò, repentè, repentino, improvisò, non opinato impetu.

Bald/ schnell/ von stund an.

Statim, confestim, actutum, citò, continuò, repentê, celeriter, derepente, repentino motu, properè, ocyùs, ocyssimè, velocissimè celeriter, extemplo, ilicò, raptim, festinanter, perniciter,

niciter, sine mora, è vestigio, recta via, dictum factum, opinione citiùs, vel priùs, quàm primum, celerrimè, quàm citissimè, quàm maturrime, de subito, subito tempore, primo quoque tempore, puncto temporis.

De Futuro.

Zukünfftige Zeit.

Futurum, futura, ventura, posterum, postera, futura ætas, secula futura, inferior ætas, posteritas.

Es kömpt die Zeit.

Venit, advenit, adventat, instat, appetit, impendet, accedit, imminet, appropinquat, propè est tempus. Erit aliquando tempus, erit aliquando ille dies, illucescet aliquando ille dies, erit aliquando, lucē illam aliquando videbimus.

Zukünfftige Ding sehen bedencken.

Augurari, percipere cogitatione futura, præsagire, sentire, intelligere, prænoscere, præsentire, prospicere animo futura, in posterum prospicere, providere, cernere futura, vel cōsequentia, scire, quid sit futurum, tenere futura, & causas futurorum, consulere porro, in longitudinem consulere, providere rei.

Zukünfftig Ding nicht in acht nehmen.

Contemnere, negligere futura.

Viel Jahr oder Zeit hernach.

Multis annis post, sexennio pòst, aliquot pòst annos, menses, undecimo die quam à te discessi, Octavo ab hinc die me videbis.

Mit dem ersten / in kurtzem auffs erste / von stund an.

Propediem, brevi, paulò pòst, jamjamq; paucos postdies, paucis diebus post, paucis diebus est scribendum. Nihil propius est futurum, intra breve tempus, efficiam id intra tres vel quatuor menses, elapsis aliquot diebus, brevi temporis spacio, primo quoq; tempore, brevi admodum, simul ac, quam primum.

Auffs längste / Quod longissimum erit, ante septimum diem redibit.

Hernach / darnach.

Pòst, postea, posteriùs, deinceps, deinde, subhac.

Hinfort / mit der Zeit.

Posthæc, posthac, ab hoc tempore, deinceps, in posterū, progressu temporis, in futurum, futuro tempore.

Von der Zeit an.

Ex eo tempore, ab illo tempore, à quo tempore.

Endlich / einmal.

Denique, aliquando, domum post diuturnum tempus, longo temporis intervallo, tandem.

Nimmermehr.

Nunquam, ad calendas Græcas, cùm mula peperit.

De Anno.

Jahr / Annus.

Gantz Jahr.

Annus totus, integer, plenus, vertens, abſolutus, perfectus.

Viel Jahr / Multi, permulti, complures, plurimi anni.

Wenig Jahr / Pauci, non ita multi anni.

Ein ſonderlich Jahr / Memorabilis, egregius, fatalis annus.

Ein fruchtbar Jahr / Annus uberrimus, quæſtuoſiſſimus, annus maximâ rerum ad victum neceſſariarum ubertate & copiâ inſignis.

Ein vnfruchtbar Jahr / Graviſſimus, ſterilis, hoc anno ſterilitate & fructuum inopiâ laboratum eſt.

Sterbenszeit / Sterbejahr.

Annus peſtilens, peſtifer, funeſtus, peſtilentiſſimus, inſanus annus peſtilentia.

Hundert Jahr / Seculum.

Fünff Jahr / Luſtrum.

Vier Jahr / Olympias.

Jubeljahr / Annus Jobeleus, Centeſimus vel etiam quinquageſimus annus.

Schaltjahr / Annus biſſextilis, vel emboliimæus.

Ein Schaltjahr machen / Interjicere, intercalare, infindere diem in calendario.

Das Jahr gehet herumb / Circumagit ſe annus, annus præterit, exit.

Es iſt ein Jahr darzwiſchen geweſen / Interceſſit annus, interfuerunt anni decem.

Es iſt länger deñ ein Jahr / Annus eſt & diutius, diutius anno eſt, Annus jam eſt tertius, quartus, quintus, &c. Cum ex patria diſceſſi.

Das Jahr iſt in vier Theil getheilt / Annus diſtinctus eſt quadripartita tempeſtatum varietate.

Weißlich/klůglich/fůrsichtig.

Sapienter, prudenter, providè, intelligenter, persapienter, providentissimè, prudẽtissimè.

Klug / weise / witzig / scharffsinnig/ fůrsichtig/ sinnreich/ bescheiden / bedåchtig.

Prudens, prudentiâ, usu & exercitatione prædit⁹, sapiens, acerrimus in rebus judicandis, summâ prudentiâ, altâ mente præditus, prudens ad consilia, ad cogitandũ, in consiliis dandis fortis & prudens, antecedens prudentiâ, cordat⁹, cautus, providus, consideratus, consultus, illustri ingenio, acutus & multum providens, prospiciens in posterum, perspicax, peritus, multarum rerum usum habens, homo plurimo rerum usu, planè sapiens, plenus consilii, præstans, munitus sapientiâ, magni, multi consilii, abundans consilio, divinâ mente præditus, à diuturno assiduoq; rerum usu peritus.

Weise/ fůrsichtig / klug seyn.

Sapere, posse aliquid consilio sapientiaq;, excellere consilio, abundare consilio, valere animo, præstare, excellere, anteire, antecedere sapientiâ, vincere alios prudentiâ, multum providere, prospicere, vehementer providere, optimè providere, longè antè, multò antè prospicere, in posterum præsentire, prospicere, divinitus providere, habere oculos suos, non foris utendos accipere, habere oculos acutos & acres, non egere consilio, non deseri à mente, nusquam incurrere, non posse decipi, nihil offendere, Est in ipso prudentia summa in dando consilio, superest ipsi prudentia, mens ipsi integra est, nunquam incautus est futuri, propter acumen ingenii, occultissima prospicere, Prudentis est præterita tenere, futura prospicere, in rebus omnibus quid optimum factu sit, videre, & alia ex aliis colligere.

Weise Leute sehen/ was zukůnfftig ist.

Sapientiâ præditi longè in posterum prospiciunt, consulunt in longitudinem, res futuras, ut præsentes intuentur, tanquã oculis cernunt, percipiunt animo futura, conjecturâ futuras res assequuntur, ea, quæ impendent, tanquam ex aliquâ specula prospiciunt, Sapientibus eventa rerum patent, ante oculos futura sunt.

Alte Leute sind verståndig.

Senum consilia plerunq; talia sunt, quæ à ratione non discedunt,

ſcedunt, recedunt, procul abſunt, quæ cũ ratione cõgruunt, quæ ratio confirmat, à quibus ratio non diſſentit.

Es ſtehet einem Weiſen wol an/ der iſt recht weiſe.

Eſt ſapientia, eſt ſapientiæ, eſt ſapientis, eſt cõſilij, eſt rationis, convenit ſapienti, proprium ſapientis eſt, decet ſapientem, ad ſapientiam pertinet cedere tempori, Verè ſapiens eſt, hunc verè ſapientem dicas, ſi quis hunc ſapientem appellet, non errabit, qui neceſſitati paret.

Für klug gehalten werden.

Videri, putari, exiſtimari, judicari, haberi, nominari, vocari, appellari ſapiens, Multi cum ſapientes non eſſent, ſummæ tamen ſapientiæ nomen, poſteris temporibꝰ tulerunt, nacti, conſecuti, adepti ſunt nomen ſapientiæ, crediti ſunt pòſſidere ſummam ſapientiam.

Klug werden / Weißheit vberkommen.

Venire, pervenire ad ſapientiam, aſſequi, conſequi, adipiſci ſapientiam, Prudentia bonâ ex parte literarum ſtudio comparatur, inſigniter augetur & confirmatur. Prudentia tandem ad eum pervenit.

Ein Ding weißlich anſtellen vnd verrichten.

Uti prudentiâ, adhibere prudentiam in rebus adminiſtrandis, judicare, decernere, moderari, gubernare aliquid cum prudentia, ſapienter facere, egregiè ſibi conſulere, rectam inire viam, omnium optimè ſuis rationibus conſulere & proſpicere. **Klug für der Zeit.**

Ante tempus, ante pilos ſapit, præcoci ingenio eſt.

Menſchliche Klugheit wird offt betrogen.

Ab humana prudentia ductus, ducem ſecutus humanam prudentiam, ſæpe labitur, offendit, errat, humanæ prudentiæ ductu ſæpe labimur, in errores inducimur.

Mit Schaden klug werden.

Stultus accepto damno ſapit, piſcator ictus ſapit, factum ſtultus agnoſcit, malo accepto ſtultus ſapit.

Naſenweiſe / Klügling / Naſutulus, ſciolus, dicaculus.

Vberley Klugheit / Callida ſapientia, ſimulatio ſapientiæ, oſcitans, dormitans, perverſa ſapientia.

De Calliditate.

Liſtigkeit/Spitzfindigkeit/Argliſtigkeit/Verſchlagenheit.

Aſtus, aſtutia, calliditas, argutiæ, verſutia, vafricies, ars ſimulandi, fraus artificio tecta, fucus, Nimia, veteratoria calliditas.

Liſtig/ſpitzfindig/ argliſtig/verſchlagen.

Aſtutus, vulpina, veteratoriâ calliditate præditus, vafro admodum & verſuto ingenio, captioſus, verſutus, callidus, mul-

tiplex, magnus veterator, argutulus nimis callidus, versipellis, callidissimus, vaferrimus versutissimus. Vafricie, calliditate, astutiis, astu omnes vincit. Parem non habet vafricie, calliditate, versutia, astutijs, valet calliditate, superat alios calliditate, versutior quàm rota figularis, niger, subdolus, omnia persequitur argutijs, versat mentem ad malitiam & fraudem, Vulpio.

Listiglich/ Callidè, sagaciter, acutè, argutè, astutè, versutè, vafrè, veteratoriè, obscurè, sagacissimè.

Heimlich/verschlagen/ Tectus, obscurus, tenebrio, nemo tectior, consideratior, est moribus ab aperta simplicitate alienis.

De Stultitia.

Thorheit / Vnvorsichtigkeit / Vnbesunnenheit / Narrheit / Narrenwerck.

Insipientia, imprudentia inconsiderantia, stultitia, temeritas, stupiditas, stupor, fatuitas, insulsitas, ineptia, mens effrenata, præceps, titubans, ratio inconsulta, improvidæ, ignaræ mentes.

Epith. Summa, incredibilis, ridicula stultitia, anilesineptiæ.

Ein Narr/ Thor/ Püffel/ alber/ vnweiß/ vnbedacht/ tölpisch/ vnvorsichtig.

Stultus, fatuus, morio, insipiens, desipiens, imprudens, improvidus, inconsideratus, incautus, simplex, credulus, præceps, stolidus, stupidus, demens, amens, insulsus, planè fatuus, admodum excors, rudis, imperitus, hebes, rusticus, tardus, indocilis, plumbeus, lapis, stipes, caudex, asinus, genuinus asinus, stultissimus omnium, imbecilli judicij, bardus, expers prudentiæ, incogitans, minimi consilij, impotens animo, inops rationis, consilij, expers consilij, rationis, aversus à ratione, Obtuso, crasso, tardo, hebeti, infelici, rudi, agresti, stupido, sterili, monstroso ingenio: natus infelici ingenio, temeritatis inconsideratissimæ & dementissimæ plenus, propensus ad temeritatem, immoderati sensûs, præcipitis consilij, expers prudentiæ, remotus à sapientia.

Ein Hoffnarr/ Morio, qui aulicis est à voluptatibus.

Er ist ein Narr / er handelt närrisch.

Hebetiorem stolidioremque eum natura finxit, quam ut hæc pervidere possit. Desipit, vaticinatur, insanit. Vacat, caret mente, ratione, expers est animi, mentis. Est sine mente, cœco & inconsiderato impetu fertur. Plumbeum habet ingenium, utitur inconsiderantiâ & temeritate in rebus agendis, temeritati paret. In agendo præceps, insipiens, stultus est. Caret, eget prudentiâ, prudentia ipsi deest, abest. Abest à sapientia, prudentia. Hæret in stultitia, ducitur imprudentiâ.

Die

Die Jugend verstehet diß nicht/ ist ein wenig närrisch.

Juventus minus hæc despicit, videt, intelligit, à prudentia infirma est, procul abest, longè distat à prudentia, inopiâ judicij ferè laborat, expers est judicij, usu rerum & experientiâ, unde oritur prudentia, caret, vacua est, vacat. In juventute prudentia vix locum habet.

Unbedachtsam / unfürsichtig / närrisch.

Improvidè, præcipitanter, temerè, inconsideratè, properanter, sine ratione, tumultuanter, non prudenter, non satis prudenter, parùm prudenter, consilio puerili, imprudenter, inconsultè, incallidè, stultè, insulsè, inepte.

Närrisch werden.

Venire ad stultitiam, redire, abire ad ineptias, incidere in amentiam, depravari dementiâ.

Bethören/ zum Narren machen.

Infatuare, occœcare animum, injicere amentiam, reddere cæcum; magis infatuare stultum, opprimere animum.

Es rewet mich der Narrheit.

Pœnitet, piget me ineptiarum, stultitiæ.

Seiner Thorheit halber gestrafft werden.

Pœnam ferre, pendere stultitiæ, temeritatis.

De Insania.

Unsinnigkeit/Tollheit.

Insania, amentia, furor, delirium, error mentis, alienatio mentis, mania, deliramentum, vecordia, phrenesis, deliratio, rabies, vasania.

Epith. Mirus, incredibilis, inusitatus, effrenatus, præceps, ignitus furor, rabies; Furiosa temeritas.

Toll/ unsinnig / irre im Kopffe/ rasend/tobend/schwermisch.

Furens, furiosus, insanus, desipiens, delir⁹, delirans, vecors, vesanus, rabidus, rabiosus, excors, furibundus, furia, amens, demens, non sanæ mentis, non compos mentis, captus mente, præditus amentiâ, malè sanus, fanaticus, phreneticus, captus mente, motus mente, motæ mentis, ceritus, *pen. longa*, lymphatus, phreneticus; amens furore.

Von sinnen kommen/unsinnig werden.

A mente discedere, depotestate mentis exire, de mente deturbari, de mente dejici, à mēte deseri, in amentiā incidere, in insaniā incidere, ad insaniam redigi, ad furorem; dementiam redigi, à seipso discedere; mentem, rationem amittere, perdere, agi in rabiem, furore corripi, perdere mentem; prolabi in furorem, affici mentis errore ex aliqua re.

Irre im Kopff seyn/ unsinnig seyn/ schwermen/rasen/toll seyn.

Furere, delirare, insanire, ardere furore; flagrare amentiâ; desipere mente, sapere ne quicquam,

quam, esse, dementem, nõ compotem mentis esse, ferri præcipitem amentiâ, mentis suæ non esse, à sanitate alienum esse, loqui deliramenta, somniare vigilantem, sequi furias, agi diris malis, nomen suum ignorare, furiis agitari, rapi, torqueri, terreri, vexari, præcipitem ferri. Furor invasit eum, larvæ stimulant hominem, mala crux eum agitat, intemperiæ, larvæ eum stimulant, agitant, intemperiæ insaniæq; illum agitant.

Toll/vnsinnig machen.

De sanitate deturbare, sanitate spoliare, amentiam injicere, amentiâ occæcare, adigere, redigere ad insaniam, in furorem, Affici mentis errore ex dolore.

Einen Tollen wiederumb zu rechte bringen.

Ad sanitatem revocare, reducere, furorem comprimere, sedare.

Zu rechte wiederumb kommen / seinen Verstand vberkomen.

Redire ad sanitatem, convertere se ad sanitatem, recipere rectum animi sensum, rationem, mentem, Furorem deponere, bonam mentem revocare, furor consedit.

Vnsinniglich/toller weise.

Dementer, furenter, furiosè, rabidè, rabiosè.

De Dubitatione.

Zweiffel/vngewiß.

Dubitatio, incertum, hæsitatio, dubium, ambiguitas, titubatio, ambiguum, scrupulus, cura cogitandi anceps, spes rerum obscura, cæca expectatio, inopia consilij.

EPITH. Multa, magna, parva, parvula, tenuis, tenuissima dubitatio, titubatio, hæsitatio, scrupulus permolestus, odiosus, tenuis.

Einer der da zweiffelt.

Hæsitans, dubitans, hæsitator, titubans.

Zweiffelhafftig / streitig/ vngewiß.

Dubium, ambiguum, anceps, incertum, suspensum, nihil incertius, valdè dubium, obscurum. Controversum, suspensum permanet, Relinquitur incertum, non firmum est. In discrimine est, in ambiguo est, in casu, in contentione positum est, dubitari potest, in dubio est. Varia est belli fortuna, in controversia est positum, est in ancipiti rerum statu.

Die Sache ist vngewiß/ zweiffelhafftig.

Est cur dubitetur, dubitationem res habet, in dubio versatur, in dubio positum est, non liquet, apertum non est, dilucidè non patet, potest ambigi de hac re, certò divinare, cõjicere, augurare, affirmare non licet, in dubium venit, potest in utramq; partem judicari, habet scrupulum hæc res, est dubitatio vel scrupulus in hac re, resi-

det, inſidet huic rei ſcrupulus. Hæc meum animum dubium incertumq; habent, Res omnis ſita eſt in incerto. Res habet hæſitationem. In quæſtione verſatur, habet aliquid quæſtionis, malè ominor de meis votis.

Ich zweiffele / ich bin vngewiß bey mir.

Dubito, addubito, ſubdubito, diffido, hæſito. Hæreo, titubo, ambigo, valde hæreo, diu multumq; dubito. Pendeo animi & pendeo animo, in dubio eſt animus, incertus ſum, ſtimulat me hic ſcrupulus, æſtuo dubitatione, erro ambiguitate, venio in dubium de tua fide, & tua fides venit mihi in dubium, ſuſpenſas habeo vivendi rationes, hæc animum meum dubium incertumq; habent. Hæc res me habet ſollicitum, ſuſpenſus ſum expectatione, haud ſcio an non verum illud ſit, neſcio quid melius ſit, totaq; res in æquilibrio pendet, quid ſtatuā neſcio cùm videam paria rationũ momenta, obſcurâ ſpe & cæca expectatione nuto, titubo, hæſito, Non explico quid optimi factu ſit, expecto ſuſpenſo animo, verſo me in utramque partem, mihimet ipſi non credo, permulta mihi occurrunt in utramq; partem, non facile poſſum exiſtimare, quid agendum, non liquet mihi de hac re, in incerto habeo, ancipiti cura diſtrahor, jactor, verſor, incertus animi ſum, pendet animus, fluctuat, jactatur, incertus eſt, Exitum cogitationis in hac re invenire non poſſum, in utramq; partē multa ſuccurrunt, minimè expedita, explicata, explorata, certa, eſt mihi in hac re deliberatio, Verſor in dubitatione, tenet me dubitatio, teneor implicatus, in ancipiti cura verſor, nihil habeo explorati, mihi non eſt explicata conſilij capiendi ratio.

Einen zweiffelhafftig machen.

Adducere aliquem in dubitationem, injicere alicui ſcrupulum, dubitationem, ſuſpenſum aliquem tenere, detinere, in dubium aliquem vocare, afferre alicui dubitationem, hoc facit animum meum dubium, dubitationem dare, dubitationem relinquere, revocare in dubiũ, frigidam ſuffundere.

Ein Ding zweiffelhafftig / vngewiß machen.

Vocare, revocare aliquid in dubium, incertum facere, rem dubiam reddere, dubium incertumque reddere, relinquere aliquid incertum, vocare rem in medium.

Einem den Zweiffel entnehmen.

Expedire dubia, illuſtrare dubia, evellere ſcrupulum, nullam relinquere dubitationem, exponere dubia. Confirmare dubitantem, dubitationem tollere, dubitationem eximere.

Ich zweiffel nicht.

Nihil dubito de hac re, de hoc mihi dubium non eſt, non dubi-

dubitanter, ſine dubitatione, credo, perſuaſum & fixum in animo eſt, pro certo habeo, nulla me dubitatio tenet, nihil dubitationis mihi relinquitur, hoc apud me ſitum eſt extra dubitationis aleam, nunquam contigit ut de hac re dubitarem, ambiguum mihi non eſt, nunquam venit mihi in mentem dubitare, ambigere, ſuſpicari, Nunquā ſuſpicatus ſum, Ambiguum, incertum, dubium mihi nunquā fuit, quin obtineres.

Ohne Zweiffel.

Haud dubiè, ſine dubio, procul dubio, dubio procul, ſine ulla dubitatione, abſq; dubio, citra controverſiam, verè, certè, &c.

Zweiffelhafftiglich.

Dubiò, dubitanter, titubanter, ambiguè, dubiè.

De Errore.

Jrthumb / Fehl / Verſehung.

Error, erratio, erratum, mendù, lapſus, lapſio, prolapſio, hallucinatio, macula erroris, Falſa, prava, perverſa, abſurda opinio, abſurda res.

Epith. Magnus, ſummus, mediocris, humanus, pernicioſus, communis, popularis, longè lateq; diffuſus error, lapſus. Multi varij errores, Tolerabile, fœdiſſimum erratum, error amabilis.

Jrrend / Errans, erraticus, mendoſus, erroris caligine, excæcatus, Error amabilis ipſi inſidet.

Er jrret / er iſt unrecht / er fehlet.

Errat, labitur, offendit, aberrat. Animus ejus errore labitur, capitur, implicatur, ducitur, fallitur, cæcatur. Verſatur in errore, Pendet ex errore, tenetur culpâ erroris, obſequitur errori, per errorem labitur, Vehementer, valde errat, turpiſſimè labitur, imperitè facit, deviat, deflectit à via, extra callem eſt, aberrat animo, fallitur opinione, appellit, offendit, impingit rationes ſuas ad ſcopulos, labitur imprudentiâ, labitur cupiditate aut pravitate, aut opinione officij, judicat ex opinione non ex veritate, aberrat conjecturâ, Exorbitat, errore afficitur, aberrat à ſcopo, per errorē labitur, nemini vitare offenſionem licet. Ovidius eodem offendit, i. e. in eadem re avius, à vera ratione temporum fertur.

Gar weit jrren.

Errare totâ viâ, toto cœlo, tota re.

Jch kan jrren.

Neque mihi cornea fibra eſt, nemini vitare offenſionem licet, errare humanum eſt. Errare non poſſe, nunquam cuiquam contigit, & majus eſt, quàm ut convenire in humanam fragilitatem queat. Peccandi neceſſitudinem nō poſſumus niſi cum homine exuere.

Jn Jrthumb fallen.

Incidere in errorem, errore implicari, imbui, rapi in errorem, In abſurdiſſimarum rerum laqueos

laqueos se induere, in errorum nodos se inducere.

Der Irrthumb kompt daher.

Error inde creatur, gignitur, nascitur, existit, consequitur, Causa erroris hæc est, in hac re error versatur, error hinc manat, hic est autor stultissimarum illarum opinionum,

Der Irrthumb breitet sich weit aus.

Magna fœcunditas erroris est, sæpe parva macula erroris integros libros contaminavit, error semper affingit aliquid, hęc perversa opinio per omnem Italiam pervagata & quasi proseminata est.

Einen in einen Irrthumb bringen.

Impellere, inducere, deferre aliquem in errorem, injicere, objicere, adjuvare errorem, afferre errorem animis, se & alios in errorem ducere, hoc tibi tam perspicaci homini tenebras offudit. Hæc res me fefellit, hæc conjectura, vel ratio me fefellit.

Einem Irrthumb folgen.

Sequi errorem, sequi aliorum vanitatem, eodem errore capi, in simili errore versari.

Einem den Irrthumb weisen.

Coarguere, convincere aliquem erroris, detegere fœdissima errata, disjicere falsarum opinionum temeritatem. Caliginem discutere.

Er jrret nicht weit.

Prudentius errat.

Einen aus den Irrthumb bringen.

Evellere, eripere, extorquere, extrahere alicui errorem, evertere, deducere aliquem ab errore. Levare, liberare aliquem errore, ab errato, falsas opiniones evellere, refellere & imminuere errorem, errore exolvere.

Seinen Irrthumb endern / fahren lassen.

Corrigere, deponere, tollere errorem, mendum tollere, amputare & circumcidere errorem. Sententiam mutare, errorem fugere, damnare errorem.

Ist mir anders recht / wenn ich nicht jrre.

Nisi fallor, nisi me fallit hoc, nisi me fallunt omnia, Sed erro fortassis.

De Admiratione.

Verwunderung.

Mirabilitas, admirabilitas, miratio, admiratio.

Epith. Magna, major, maxima, incredibilis, non parva admiratio, multæ admirationes.

Wunderbarlich / vnerhöret.

Mirabilis, mirus, mirificus, mirandus, admirabilis, admirandus, maximè mirabilis, permirus, incredibilis, inauditus, admiratione dignus.

Es ist sich drüber zu verwundern / es ist wunderbarlich.

Dignum videtur admiratione, permirum, admirandum,

inopinatum videtur, mirabile, mirum eſt, in admiratione eſt, fit cum admiratione, agitur cũ admirabilitate, habet admirationem hæc res, exiſtit admiratio in re, hoc permirum accidit, accidit aliquid mirandum.

Ich verwundere mich.

Admiror, miror, demiror, ſtupeo, obſtupeo, obſtupeſco, Afficior admiratione, ſtupeo admiratione. Magnopere, magis, maximè, vehementer, valdè miror, admiror, admodum miror, nimium eſt, quantum miror de illa re, mihi permirum, vel admirabile videtur, admiratione percutior, in hac re non credo mihi ipſi, ſtupens hoc intueor, admiratione percuſſus ſileo.

Machen daß ſich einer verwundert/ Einen in Verwunderung bringen.

Facere, efficere admirationẽ, mirationem, admirabilitatem, Movere, commovere admirationem. Excitare, afferre aliquid admirationis, hæc res in animis hominum admirationem peperit, ad admirationem traducere, Hæc res omnes gentes admiratione complevit.

Wunderlich/wunderbarlich.

Mirabiliter, mirabilè, mirum, mirè, mirificè, nimis admirabiliter, mirum in modum, mirandum in modum, admirabili quodam ſtudio.

De Obſervatione.

Auffmerckung.

Obſervatio, animadverſio, attentio, circumſpectio. Nota. Epith. Summa, diuturna, longinqua, conſtans atque diuturna obſervatio.

Vermerckt / Obſervatus, animadverſus, notatus.

Acht haben/ wahrnehmen / mercken/ auffmercken/ behalten.

Animadvertere, attendere, obſervare, notare, aucupari, ſpeculari aliquid non auribus, ſed multò magis animo, combibere, excipere animo, infigere aliquid in animo, non pati prætervolare, aliquid in animum demittere, advertere, adeſſe animo, defigere & intendere animum in aliqua re, audire animo attento, erigere mentem & attendere, attendere animum, apponere notam, altius inprimere in animum, locis pluribus notare, ſeparatim notare. Admodum, ſtudioſè, magnoperè, vehementer, acerrimè obſervare, attendere, diligenter animadvertere, obſervare, ex inopinato obſervare, ſcientiſſimè obſervare, animadvertere.

Durch Auffmerckung etwas lernen.

Diſcere agnoſcere, perſpicere, invenire, cognoſcere aliquid obſervatione, obſervatio ſcientiam affert, vel efficit, artem facit. Multa notantur, inveniuntur, conſtant, perſpiciuntur obſervatione.

De Cautione.

Fürsehung/ Vermeidung.

Cautio, cura, providentia. Epith. Multa, plurima, diligens cautio, infirma cautio.

Gescheids / klug / der sich wol fürsihet.

Cavens, cautus, catus, cautor, nemo cautior, percautus, satis cautus, nunquam incautus futuri, futurorum neq incautus est, neq; ignarus, providus est & futurorum, præscius, parùm cautus est.

Ich sehe mich wol für/ ich hüte mich.

Caveo, præcaveo, diligentissimè, caveo, maximè caveo, studiosè caveo, provideo, declino, vito, devito evito, adhibeo cautionem & diligentiam, adhibeo omnem diligentiam ad me conservandũ, provideo saluti meæ, duco rationem salutis meę, Servo me integrum quantum possum, vivo cautè, vito venientia infortunia, prospicio mihi & saluti meæ, provideo ne in discrimen incidam. Ista res mihi tota provisa & præcauta est, meo consilio provisum est, ne accidant.

Ich hüte mich für dir.

Caveo te, caveo abs te, caveo mihi abs te, vito te, tu mihi vitandus es, mihi à te cavendum est. Caveo improba sodalitia.

Fürsichtiglich.

Cautè, catè, satis cautè.

De Optione.

Wündschung / Wahl / verlangen.

Optio, optatio, optatum, Epith. misera, iniqua optio, tria optata, tres optationes.

Wündschens werth / das man wündschen möchte.

Optabilis, optandus, expetendus, maximè optandum, inprimis optabile, unum ex omnibus perquàm optandum, nihil optabilius.

Gewündscht.

Optatus, exoptatus, maximè optatus, nihil optatius. *Adv.* optabiliter, optatò, peroptatò, quàm optabiliter.

Wündschen/ begehren.

Optare, exoptare, præoptare, exoptare animo, maximè optare, expetere sibi omnibus votis felicitatem. Est mihi in optatis, nihil præclarius, ne votis quidem conceptis optari potest, Quicquid filius in parentũ votis optari solet, Facere vota, æstuare desiderio rei, cupidum esse, Studio, cupiditate ardere, nihil est mihi optatius, est mihi optatum maxime. Utinam præsens illum diem mihi optatissimum viderem. Utinam ne vera sint, quæ mihi in mentem veniunt. Deus avertat hoc. Complecti aliquid in votis.

Einem einen Wundsch erleuben / zulassen/ wündschen lassen.

Deferre alicui optionem, dare, facere, ferre alicui optionem, si quis mihi Deus potestatem

optionemque faciat, Si Deus optionem illi tulisset.

Seinen Wundsch erlangen.

Consequi, impetrare optatum, voti compotem fieri, Contigit mihi optatum, contigit quod optaverã, fortuna respondit optatis, Deus occurrit in optatis, eventus respondet optatis.

Nach meinem Wundsch.

Ex animi sententia, ad votũ, pro votis, ex sententia, felicissimè, optimè, favente & fortunante Deo, optabiliter, optatò, peroptatò.

Vber mein Wundsch.

Præter optatum accidit.

De Fictione.

Gedicht / außgesonnen.

Fictio, commentum, somniũ, confictio, figmentum.

Epith. Callidum, astutum, stultum commentum.

Erdichten / außsinnen.

Fingere, confingere, excogitare aliquid, comminisci, conglutinare, machinari aliquid corde, fabricari aliquid corde. Aspergere mendaciunculas, commodè aliquid fingere. Impudenter. nefariè fingere. Callidè excogitare, improbè, versutè invenire.

Es ist erdacht / außgesonnen.

Fictum, effictum, confictum, commentitium est, ementitium & falsum, non probabile, tralatitium, res nititur mendacio, concluditur in fabulum, versatur in inanitate, parum habet firmamenti & virium, apertè ficta, pueriliter ficta.

De Memoria.

Gedächtniß.

Memoria, memoriola, recordatio.

Epith. Ein gut / scharff Gedächtniß / Magna, acris, acrior, singularis, præstans, egregia, summa, melior, divina, innumerabilium rerum memoria.

Stetig Gedächtniß / diligens, assidua recordatio, memoria.

Frölich Gedächtniß / grata, jucunda, suavis, secura memoria.

Lang Gedächtniß / Vetus, altior, ultima pueritiæ memoria, longior, multorum annorum, diuturna memoria, diuturnitas memoriæ.

Ewig Gedächtniß / æterna, sempiterna, infinita, immortalis nunquam interitura, omnium seculorum memoria.

Trawrig Gedächtniß / Acerba, tristis memoria, vel recordatio.

Schwach Gedächtniß / Hebes, non satis explicata, labilis memoria.

Eingedenck / Memor, reminiscens, haud immemor, memoria tenens.

Gedenckwürdig / Memorabilis, commemorabilis, maximè memorabilis, multa memorabilia.

Ein Gedächtniß haben.

Est alicui memoria, est in aliquo memoria, memoria esse nõ potest

potest absq; phantasia, nemo est tam acri memoriâ.

Ein schwach Gedächtniß haben.

Vacillare memoriâ, memoriolâ, minui, deficere memoriâ, parum meminisse, memoria ab ipso, vel ex ipso ferè discedit.

Ich gedencke dran / ich habs im gedächtniß/ich weiß.

Memini, commemini, recordor. Comprehendo, complector, custodio memoriâ. Teneo, retineo memoriam hujus rei. Teneo, retineo memoriâ hanc rem, Manet mihi memoria hujus rei, manet hoc in memoria mea. Valet, viget memoria hujus rei. Rectè, probè, præclarè, optimè, diu, semper, firmè, perpetuo meminisse. Hærent mihi in memoria, hærent mihi in mente beneficia patriæ, memini memoriter, habeo in memoria & in animo, fero eum in oculis. Est inclusa medullis, insidet penitus in animo, hæret in visceribus meis hæc res, Memoria ejus nō discedit ex animo meo. Contineo hoc animo meo, Colo memoriam hujus rei.

Etwas im gedächtnißbehalten wollen / mercken / nicht vergessen.

Tradere, mandare aliquid memoriæ, conservare memoriam alicujus rei, infigere aliquid memoriæ, nunquam ex animis hominum est hæc delenda sententia, Illud stet in primis, nec excidat, memoriâ custodire, memoriâ consequi & retinere, devorare alicujus dicta, dicta sunt scripta in animo, semper aliquid intueri oculis & animo, memoriâ sepire, Perpetuo hæc animo meo fixa manebunt.

In frischem gedächtniß haben.

Recenti memoriâ tenere, memori mente & animo volvere, attentâ mente ponderare.

Wenn ichs recht behalten habe.

Nisi fallet me memoria, si rectè memini, nisi memoriolâ vacillo, Hic fecit hoc, ut mea memoria est.

Wieder dran gedencken.

Reminisci, recordari, diligenter, sæpe recordari, incidere in memoriam, vel recordationem rei, perpetuò mihi ob oculos versatur, primus in hac cogitatione ocurrit. Recordari flagitiorum, recordari exempla in aliqua re, Pertractare cogitatione & memoria, complecti aliquid cogitatione, repetere memoriâ præterita, habere recordationem rei suavissimè, meminisse præteritorum, respicere spatium præteritorum, memoriam temporis repetere, in mentem venire temporum & de temporibus, respicere memoriam temporis, ante oculos ponere tempora, memorem se præstare alicujus rei, retinere memoriam alicujus rei,

memo-

memoriâ vel memoriam repetere, nunquam mihi ex animo effluit, excidit, discedit.

Ich frewe mich wenn ich dran gedencke.

Gaudeo, lætor recordatione harum rerum, reliquit memoriam sui plenam honestissimæ voluptatis, Honestarum actionum recordatione & conscientiâ delector, habeo recordationem rei suavissimam.

Ich wil mein lebenlang dran gedencken.

Semper dum vivam ejus meminero, non prius illius meminisse desinam, quàm vivere, memoriam hujus rei æternam, sempiternam, perpetuam recolam, colam. Vitæ par vel æqualis erit recordatio meritorum tuorum, Qui mihi vitam dies, ille ipse tuorum officiorum memoriam terminabit, Finis mihi ac terminus & vitæ beneficiorũ tuorum idem erit, Beneficia tua commemorabo, recordabor, quàm diu mihi vivere contigerit,

Man gedenckt noch dran / man gedenckt sein jmmerdar / dessen Gedächtniß wäret ewig / es wird sein nicht vergessen.

Ejus memoriam summo cum honore omnes anni cõsequentes excipient, Ejus memoriam nulla unquam delebit oblivio, nunquam ex animis hominum hoc delebitur, memoriâ colere sempiternâ, nunquam interiturâ, immortali. Immortalitati hoc mandatum est, nulla oblivio obscurabit hæc, magni viri vigent memoriâ seculorũ, Non opprimetur tenebris vetustatis, non sepelietur oblivione.

Ich wil nicht mehr dran gedencken / ich wils vergessen.

Deponam memoriam hujus rei, vel rem è memoria, abjicere memoriam, perdere, delere memoriam oblivione, obruere oblivione rem, tegere aliquid oblivione, Contegere aliquid oblivione, de illo meminisse nolo, obliterare aliquid oblivione, obsolescit res oblivione, perpetuâ oblivione obruere, Delere ex animo extinguere memoriã è memoria evellere, memoriam expellere, memoriam alicujus abjicere, ex animo ejicere, evellere ex animo, ex mente memoriæ, omittere memoriam temporum.

Es kans kein Mensch gedencken / es ist vber Menschen gedencken.

Remota res à memoria nostra propter vetustatem, Hujus rei non extat memoria, Hoc post hominum memoriam contigit nemini. Hoc est antiquius hominum memoriâ, post homines natos nunquam hoc accidit. Nõ est in memoria hominum, Est extra memoriam hominum. Contigit hoc nostrâ memoria.

Ich erinnere mich dessen / es fället mir ein.

Venit

Venit, redit mihi res in memoriam. Hoc mihi in mentem venit. Venit mihi in mentem optare, venit mihi in mentem ejus rei. Repetere rem memoriâ, redintegratur memoria, Reminiscendo cognosco, redimus in memoriam mortuorum sepulchris legendis, præterita memoriâ repetere, pueritiæ memoriam recordari ultimam, mente respicere spacium præteriti temporis, regredi in memoriam alicujus rei, attingere aliquid cogitatione, incurrere in memoriam alicujus, in memoriam incidere, memoriam accipere, Memoriam habeo, nō discedit ex animo viri illius memoria, in memoriam redit ille. Subit in mentem, hoc ultrò se mihi offert, omnia occurrerunt, memini me legere, audire, &c.

Einen erinnern / zu gedencken Anleitung geben.

Dare, afferre recordationem rei. Excitare, refricare, replicare, renovare, redintegrare memoriam alicujus rei. Revocare animos ad memoriam, in memoriam reducere, in memoriā redigere. Suggerere, commonere, commonefacere, admonere, in memoriam revocare. Præterita dicta & facta refricare, refricare memoriam rei, obductā rei cicatricem, Commemorando aliquid renovare, commovet hæc res mihi memoriam. Cura revocat memoriam, inducere in memoriam, Subjicere, subvenire alicui, si memoria aliquem fugerit, excitare memoriam. Dare operā memoriæ alicujus.

Eines Dinges im Reden gedencken.

Injicere mentionem, commemorare in sermone, injicere sermonem, in omni sermone libentissimè facio, ut eum laudem, Mentionem facere alicujus rei, mentionem facere de aliqua re, in mentionem incidere, mentionem non intermittere.

Außwendig lernen.

Ediscere, mandare, commendare, infigere, committere memoriæ, comprehendere memoriâ & scientiâ, complecti ordinem verborum & sententiarū, memoriter ediscere.

Außwendig sagen.

Memoriter pronunciare, proferre, reddere, recitare, referre, dicere, E memoriæ thesauro seu penetralibus depromere, expromere ex memoria non scripta. Ostentare memoriam.

De Oblivione.

Vergessenheit.

Oblivio.

Voluntaria, perpetua, sempiterna oblivio.

Vergessentlich/vergessen.

Obliviosus, immemor, admodū obliviosus, Oblivionis campus, Er behält gar nichts/ Curione obliviosior.

Aus dem Sinne schlagen.

Obruere aliquid oblivione, avocare cogitationem ab aliqua re, aberrationem quærere, à malis, aberrare à malis.

Vergessen/entfallen/aus der acht lassen.

Oblivisci, venire in oblivionem, excidere ex animo, elabi, effluere totum, planè effluere, non omnino excidit mihi memoria, subitò oblivisci rei, Me cœpit oblivio hujus rei, excidit mihi memoria tui, hanc rem oblivione contrivi, delevi, dedi oblivioni, dediscere, excidere, discedere ex animo, memoria rei sublata est, deleta est, ex memoria elabi, memoriam hujus rei amisi, venit tibi in oblivionem. **Es ist vergessen.**

Res venit in oblivionem, jacet in oblivione, sepulta est oblivione, memoria hujus rei funditus sublata & deleta est, maximarum rerum memoria intercidit, non patiar eam rem oblivione obrui, adducta est hæc res diuturnitate in oblivionem. Res est evulsa ex animi memoria, obscuravit hæc oblivio. Obsolevit oblivione, effluxit totum.

Es ist nicht vergessen.

Nondum excidit mihi hoc; non omnino excidit, non discessit ex animo illius viri memoria, adhuc colitur ejus rei memoria.

Machen daß man etwas vergisset.

Adduco in oblivionem, augere oblivionem, obscurare oblivionem, ex memoria hominum evellere.

De Voluntate.

Wille.

Voluntas, animi sententia, arbitrium, propositum, studium, proclivitas.

Nicht wollen.

Recusatio, tergiversatio.

Grosser Wille/ Summa, magna, incredibilis, constans, propensa voluntas.

Stetiger Wille/ Obstinatior, obfirmatior voluntas.

Der Wille zum guten/Honesta, recta, rectissima, justa, præclara, liberalis, gravis, gravissima voluntas.

Der Wille zum bösen/ minùs justa, turpis, impudens, depravata, conscelerata, nefaria voluntas.

Heimlicher Wille/Occulta, obscura, abdita, retrusa voluntas.

Einerley gleicher Wille/Eadem, similis, consentiens voluntas.

Zweyerley/ unterschiedener Wille.

Diversæ, variæ voluntates, diversitas, dissimilitudo, varietas voluntatum, pugnantia & contraria studia.

Plötzlicher Wille/Repentina voluntas.

Willig/gerne/ Voluntarius, libens, lubens, perlubens, promtus, paratus, alacer.

Williglich/ freywillig/ Invitus, perinvit⁹, recusans, repugnans, tergiversans.

Williglich / freywilliglich / Voluntariè, voluntariò, lubenter, libenter, perlibenter, ſtudioſè, ſtudio, conſulto, ſpontè, ultrò.

Vngerne / Invitè, invitò, ingratis.

Wollen.

Velle, pervelle, libére, lubére, collibére, placere, Maximè, magnoperè, vehementer velle, pervelle, incumbere in aliquam voluntatem, ſuſcipere voluntatem, afferre voluntatem ad rem, Ego ſum in hac voluntate, hæc mea voluntas eſt, ſum hac voluntate, ſine recuſatione facere, inducere animum, Avere, non nolle, expetere, exoptare, volupe eſſe, placere, voluntas mea non abhorret, niſi tibi ſecus videtur, geſtire, paratum eſſe, voluntatem ſuſcipere, voluntatem habere.

Etwas wollen.

Voluntas dirigitur ad bonũ, vel contendit ad bonũ, bonum, expetere, exoptare; velle aliquid, Lubet ſcribere, geſtit animus ſcribere.

Noch wollen / bey ſeinem willen vnd Meynung bleiben.

Conſervare, retinere, defendere voluntatem, Perſtare, manere in voluntate, propoſito. Obfirmare ſe, obfirmare animum, nunquam me pœnituit voluntatis.

Nicht mehr wollen.

Mutare, immutare, commutare, abjicere voluntatem, de voluntate remittere aliquid.

Ich kan nicht wollen / ich kans nicht vbers Hertz bringen.

Imperare mihi tantum non poſſum, non poſſum hoc à me impetrare, adduci non poſſum, ipſe mihi perſuadere non poſſum, animum inducere non poſſum, animo hanc vim inferre non poſſum, nihil mihi difficilius, laborioſius, moleſtius.

Lieber wollen.

Malle, multis partibus potius malle, multò potius, paulo potius malle.

Nicht wollen / abſchlagen.

Nolle, recuſare, tergiverſari, abnuere, renuere, improbare, rejicere, Voluntas deficit, deeſt, abeſt mihi, defugere aliquid, ſubterfugere, reſpuere, recuſare, Voluntas mea abhorret ab hac re, abducere animum.

Wie du wilt / ich ſtelle es dir heim.

Arbitrium tuum ſit. Si voluntas tua acceſſerit, ſi commodo tuo fiat, niſi tibi ſecus videtur; ad arbitrium tuum, tuo arbitratu, ex voto tuo.

Ich thue was ich wil / was mir gefället.

Obſequor, pareo, obedio, obtempero, morem gero, ſatisfacio voluntati meæ; animo meo; Obſequor mihi ipſi, indulgeo mihi vel animo, temperare mihi non poſſum, arbitratu meo vivo; ad arbitrium meum, arbitratu meo, de arbitratu meo, ut volo, ut lubet,

pro

pro libitu meo ago, ex animi libidine, utcunque fert animus, utcunque visum est, ago. Ut lubet, ut libet, ut lubitum est animo meo, desiderio meo obsequor, obsecundo.

Ich thue was du wilt / was dir gefället.

Converto me totum, conformo me ad voluntatem, nutum, in sensum tuum, præstò sum ad nutum tuum, deditus sum voluntati tuæ. Rationem habeo tuæ voluntatis, omnia refero ad tuam voluntatem. Vivo ad arbitrium tuum, servio tuæ voluntati, ago omnia arbitrio tuo. Arbitrio, nutu tuo, ad voluntatem, nutum, arbitrium tuum, de voluntate, sententia tua, pro voluntate, ex voluntate tua hoc facio, rejicio hoc ad tuum arbitrium, ad arbitrium tuum hoc refero, revoco, mea voluntas nõ discrepat à tuo studio, servio tuis cupiditatibus.

Es gehet nach meinem Willen.

Ex voluntate, valdè ex voluntate, benè, feliciter, prosperè cecidit, Hoc accidit præter vel contra voluntatem.

Seinen Willen heimlich halten.

Tenere voluntatem suam occultam, Occulta, abdita, retrusa est ejus voluntas.

Seinen Willen offenbaren / zu erkennen geben.

Significare voluntatem suam, signum dare, testimonium, indicium, imaginem relinquere voluntatis, Ostendere, declarare, demonstrare, aperire, profiteri suam voluntatem. Apparet, patet, nota est ejus voluntas, cognosco, video, specto, perspicio ejus voluntatem.

Den Willen brechen / Moderari, fingere, flectere, detorquere voluntatem, resistere, obsistere voluntati.

Wider seinen Willen thun.

Extortum est invito, ingratis facere, vel invitum, per invitum, repugnantem, tergiversantem, nolentem volentem facere.

Den Willen für die That nehmen.

Voluntatem boni consulere, animus pro præmio accipiendus.

De Affectibus.

Affecten / Zuneigung.

Affectus, affectio, motus, motio, commotio, permotio, perturbatio, impetus, concitatio, contentio animi.

Hefftige Bewegung des Gemüths.

Gravis, magna perturbatio, Amplificatæ, vehementes, intimæ perturbationes, permotiones. Magnus, longè, acerrimus animi motus, inflammatus, calidus, ardentior, ferventior animus.

Gelinde Bewegung / Moderatæ perturbationes, mediocres motus, brevis perturbatio.

Gute/ löbliche Affecten/ Recta, optima, laudabilis affectio, constans, cõveniens animi affectio.

Böse/gottlose Affecten vnd Bewegungen/ inconstans, à se ipsa dissentiens, discrepans, distorta, prava, vitiosa affectio vel perturbatio, Lumine mentis carens, destituta affectio. Nimiæ, rationi non obtemperantes affectiones, Dissidentes, contrariæ commotiones, Turbida, inimica rationi, aversa à ratione, concitata, turbata, turbulenta affectio, perturbatio.

Geschwinde Bewegung.

Celeres, acuti, repentini, fluctuantes, varii animi motus, nõ firmi, non diuturni.

Ein stille vnbewegt Gemüthe.

Securitas, tranquillitas, quies, animi vel mentis, sedatio animi.

Ein stilles / vnbewegts Gemüth.

Quietus, placidus, tranquillus, liber, solutus, vacuus animus, purus & ab affectibus liber animus, Sedatus, delinitus, placatus, securus animus.

Stille/ruhiglich.

Sedatè, placatè, placidè, tranquillè, moderatè.

Bewegt/ der auffbracht worden ist.

Motus, commotus, permotus, perturbatus, concitatus, excitatus, instinctus, impulsus, inductus, inflammatus, incensus, ardens, flagrans magnâ animi perturbatione, vehementer, vehementissimè commotus, perturbatus. In fœdissimo & tenacissimo affectuũ cœno hærens, affixus, variè affectus est. Projecta, effrenataque in eo est cupiditas.

Der gute Affecten hat.

Benè, optimè animatus, accommodatissimè affectus.

Einen zu Affecten bewegen.

Vocare animos ad motum. Miscere, movere, concitare, impellere, incitare, excitare, gignere motus animorum perturbationes, permotiones, agitare, adhibere, inprimere, inurere, afferre motum, admovere stimulos, inflammare, deducere ad motus, Commovere, permovere, perturbare, incitare, concitare, invitare, instigare, Maximè, magnopere, vehementer, valde, admodum, mirabiliter, mirificè, incredibiliter afficere, movere, impellere, concutere audientium animos omni genere affectuum, afferre animo perturbationes, omni affectuum genere intimos audientium animos tentare.

Bewegt seyn/ von den Affecten getrieben werden.

Agitari animi motibus, tentari affectibus, turbari, jacere in perturbationibus, perturbatione commoveri, incidere in perturbationes, in perturbationibus versari, Est in perturbatione, Perturbatur, inflammatur animus, impulsus, commotus, exanima-

animatus est perturbatione, acrimoniam habet, Proclivis est ad perturbationes, incidit in perturbationes, pervenit ad affectionem.

Er ist nicht bewegt.

Vacuus, liber, solutus est à perturbatione, vacat motu, perturbatione, concitatione animi, sine perturbatione mentis hæc facit, placatus est, consistit tranquillo animo.

Den Affecten nachhengen / folgen.

Habenas laxare affectibus, indulgere affectibus, obsequi, parere, obedire, obtemperare, morem gerere, commotionibus animi, obstrictum teneri cupiditatibus, obtemperare, servire cupiditatibus, servum, administrum esse cupiditatis.

Aus Bewegung etwas thun.

Facere, efficere, suscipere aliquid commotione animi, æstu affectuum abripi.

Einem die Affecten lindern/die Bewegung außreden.

Facere, efficere delinitum, placatum reddere, placidum, multis condimentis mitigare animum alicujus, acrimoniam lenire, diluere, Doctrina de moribus tranquillat animum.

Die Affecten moderiren / im zaum halten.

Curationem adhibere ad motum, Revocare mentem à permotionibus, Regere, gubernare, cohibere, mitigare, sedare motum, permotionem, perturbationem, fugere perturbationes, repugnare perturbationibus, minuere, abluere, dejicere, removere, extirpare, extinguere, tollere perturbationes, frenos injicere cupiditatibus, reprimere, revocare se, affectibus jugum rationis imponere, affectus domare, subigere. Cohercere, cohibere affectus, appetitus exultantes regere, domitas habere libidines, tenere in potestate, habere in potestate animum, posse sibi temperare.

Die Affecten legen sich.

Motus, ardor animi consedit, defecit, mitigationibus lenita est commotio animi, Allata est sedatio ætate, vetustate, longinquitate temporis mitigantur, demitigantur motus animi, affectus adhibitâ ratione aut deponuntur aut certè mitigantur, non satis deferbuit incitatio animi.

De Cupiditate.

Die Begierde / Lust / Verlangen/ Zuneigung.

Cupiditas, desiderium, appetitus, appetitio, libido, studium propensio, proclivitas, aviditas, ardor, votum, sitis, igniculus desiderii.

Grosse Begierde/ groß Verlangen.

Magna, maxima, summa, immoderata, perpetua, nimia, acris, acerrima, fortissima, incitata, flagrantissima cupiditas, studium,

dium, desiderium, Multę, variæ, innumerabiles cupiditates, Incitatum, inflammatum, ardens studium, incredibile, admirabile desiderium, studium.

Unersätliche Begierde.

Inexhausta, infinita, insatiabilis; inexplebilis; incredibilis; furiosa, projecta libido, appetitio, cupiditas.

Schändliche Lust.

Turpis; manis, inconsiderata, cæca, levis, præceps; lubrica, inhonestissima, injusta, turpissima, impia libido, cupiditas.

Freundlich Verlangen/Amicissimum desiderium.

Trawrig Verlangen/Triste desiderium.

Lieblich Verlangen / Begierde/ Excellens, honesta, tolerabilis, laudabilis cupiditas.

Natürliche Begierde / Naturalis cupiditas. appetitio.

Begierig.

Cupidus, cupiens, appetens; Sitienter, rabidè appetens, avidus, propensus, percupid⁹, proclivis, incensus, vehementer, valdè cupidus, sitientissimus ejus rei, ardens, inflammatus, summè studiosus, avidior quàm satis est, nimis avidus.

Begierig/ geneigt zu einē Dinge.

Propensus, inclinatus ad aliquam rem, Laborans de aliqua re, vehementer ad aliqnam rem incumbens, studens alicui rei, magno studio aliquam rem sequens, noti sunt impetus ejus ad hanc rem.

Darnach man ein Verlangen hat/ was man begehret.

Res cupita, concupita; desiderata, expetita, appetita; Maximè; magnopere expetenda, desiderabilis, desideranda.

Begierlich/unersätlich.

Cupidè, avidè, studiosè, insaturabiliter; ardenter, ferventer.

Begehren/gelüsten/ein Verlangen haben/wollen.

Cupere; velle, pervelle; concupiscere, inhiare, appetere, affectare, expetere desiderare, avere, discupere, cupidum esse faciendi, incensum esse cupiditate; mirifico studio faciendi, cupidum esse alicujus rei; ferri ad aliquid toto pectore, appetitum habere; Maximè, magnopere; vehementer, præcipuè, summâ cupiditate, cupidè, avidè; suspenso animo; ardenter, inflammato animo, sitienter, mirabiliter expetere, desiderare; concupiscere, rabidè appetere; aviditate rapi; non mediocriter desiderare, cum molestia desiderare in cupiditatem, capere desiderium; infici cupiditatibus, in desiderio esse, habere cupiditatem, laborare ex desiderio; incendi studio, desiderio; ardere cupiditate, desiderio; flagrare desiderio; cupiditate; Trahi, duci; rapi desiderio rei; vel trahi ad cupiditatem rei, abjicere oculos cupiditatis ad rem, expetere omnibus votis,

votis, intemperantem esse in rei cupiditate, incitari animi impetu. Mirâ sum alacritate ad hanc rem, innata est mihi cupiditas, Viget in me cupiditas, Est, inest mihi cupiditas, cupiditas discendi animum meum occupavit, ita cupio, ut nihil unquã ardentius cupiverim.

Ich habe ein Verlangen nach dem Dinge.

Desiderio mihi est, vel in desiderio mihi est hæc res, Sum in desiderio hujus rei, avidissimè hoc expecto, diuturno desiderio flagro, iniquo animo fero absentiam tuam, admirabili desiderio teneor hujus rei, Feror ad hanc rem, & ejus perpetuâ quasi fame sitiq; teneor, Trahi, duci, rapi ad cupiditatem alicujus rei, Incidere in cupiditatem alicujus rei, Incessit me desiderium, cupiditas hujus rei, Cœpit me desiderium, desiderio rei æstuo, angor, inflammatus sum, efferor, ardeo desiderio rei, animus meus est in desiderio hujus rei, hæc res afficit me desiderio.

Ich begehre es nicht.

Non egeo, non indigeo tuâ admonitione, Tua admonitio minimè est mihi necessaria, locum apud me non habet, à me non requiritur, desideratur, expectatur, facilè illâ carere possum.

Meine Lust hat mich darzu bracht.

Cupiditate rei impulsus sum, cupiditas, appetitus me impulit ad hoc, Adductus, inductus cupiditate feci, cupiditate longiùs progressus sum, cupiditas me eò traxit, cupiditas me abripuit, Efferri cupiditate, labi, prolabi, cupiditate aliquid facere, efficere.

Einem ein Verlangen/Lust vñ Begierde machen.

Movere, excitare appetentiam, cupiditatem, desiderium commovere, Afferre alicui, injicere, dare cupiditatem, appetitionem, Concitare, incitare animum ad cupiditatem, incitare aliquem cupiditate, invitare, allicere appetitũ, Movere, commovere appetitionem, inflammare cupiditatem vel animos cupiditate, impellere aliquem in cupiditatẽ, Cupiditate incendere, Pulchritudo sapientiæ incedit mentem meam, admirabili sui desiderio.

Seiner Lust vnd Begierden folgen.

Parere libidini, obtemperare, indulgere, obedire, obsequi, servire cupiditetibus, ministrũ, servum, administrum esse cupiditatum, suffragari cupiditati, appetitui habenas laxare, frenos dare.

Seinen Lüsten vnd Begierden wiederstreben.

Obviam ire, resistere, obsistere cupiditatibus, Desiderium ponere, Tenere, cohibere, retardare, imminuere, debilitare, impedire,

pedire, continere, moderari cupiditates, appetitum exultantẽ regere, contrahere, ſedare, Modum conſtituere, imperare cupiditatibus, domitas habere libidines, reſtinguere, comprimere, amovere, abjicere, excludere cupiditatem, Eruditio cupiditatibus frenos injicere poteſt.

Die Luſt büſſen.

Satisfacere cupiditati, ſatiare, explere, finire cupiditatem, vel ſitim cupiditatum & libidinum.

Die Luſt iſt jhm vergangen.

Deferbuit cupiditas, multum remiſit de cupiditate, cupiditas illa imminuta & debilitata eſt, abjecit cupiditatem, averſus eſt ab ea cupiditate, Cupiditate illa jam caret, poſuit ſuum deſiderium.

De Æquitate animi.

Stiller ſanffter Muth.

Æquus animus, æquitas, moderatio, temperatio animi.

Stillen vnd ſanfften Muth haben / wol zu frieden ſeyn.

Contentum eſſe ſuâ fortunâ, Vacare cupiditate, expertum eſſe cupiditatum, remotum eſſe à cupiditate, non angi, neq; terreri animo, Æquo ſum animo, animus meus eſt omni curâ vacuus & liber, Animus meus ab omni cura abeſt, tranquillus eſt animi mei ſtatus, Animus meus tranquillè fruitur ſe ipſo, tranquillè ſatis ago, æquitatem animi mei vix credis, fruitur animus tranquillitate, animus meꝰ benè eſt, tranquillè eſt, commodè eſt, Quies eſt animo meo, pax & tranquillitas eſt animo meo, quicquid eſt æqui boniq; facio.

Es gehe wie es wolle / ich kans wol leiden / ich bin wol zu frieden.

Quicunq; erit eventus, æquiſſimo animo feram, Si aliter ceciderit humaniter feremus, æquo animo accipiemus, placatè & moderatè feremus, non angemur animo, æquiſſimo & moderato animo feremus, Quieto, æquo, moderato, placato animo feremus. Multa æquitate animi ſunt condienda, æquus animus eſt optimum ærumnæ condimentum.

De Delectatione.

Erlüſtigung / Luſt / Wolluſt / Ergetzligkeit.

Delectatio, voluptas, delectamentum, oblectatio, oblectamentum, amœnitas, ſuavitas, ſuavitudo, dulcedo, dulcitudo, deliciæ, illecebræ, blandimenta voluptatum.

Groſſe Luſt.

Magna, major, maxima delectatio, jucunditas, voluptas, Vehementer magna delectatio, multæ, plurimæ delectationes, voluptates, Multum, plus voluptatis, jucunditatis, varia genera, copia, abundantia voluptatum, permulta oblectamenta, ſumma amœnitas, ſuavitas & delectatio ſingularis, Res plena

& conferta voluptatis, jucunditatis, Eximia ſuavitas, mira delectatio, voluptas longê maxima.

Herꝛliche Luſt.

Glorioſa, optabilis, humana, exquiſita, inſatiabilis, ſtabilis, ſtans voluptas, Firma, ſempiterna jucunditas, delectatio.

Ehrliche/ löbliche/ ſtätige Luſt.

Libera, ingenua, divina, honeſtiſſima delectatio, voluptas naturæ conſentanea, ſolidiſſima, ſinceriſſima voluptas, nulla moleſtiæ permiſtione contaminata, Titillatio honeſtiſſimæ voluptatis.

Vberley Luſt.

Nimia voluptas, non mediocris, non parva.

Angenehme Luſt.

Voluptas deliniens animum, movens ſenſum, jucundus motus voluptatis, voluptas animi, corporis, ſenſuum, Dulcis, ſuavis, geſtiens, efferens ſe voluptas.

Gegenwertige/ vergangene/ plötzliche Luſt.

Præſens, præterita, veniens, conſequens, nova, ſubita, recens delectatio, voluptas.

Schändliche Wolluſt.

Molles, delicatæ, liquidæ voluptates, blandæ, illecebræ voluptatum, leviores voluptates, languidæ voluptates, voluptas capta ex turpidis, libidinoſa, improbiſſima, virtuti inimica, turpis, deteſtabilis, peſtifera voluptas, blanditiæ avocantium voluptatum, blandimenta voluptatum, voluptatum illecebræ, voluptas cum dedecore & turpitudine conjuncta, venenata & peſtifera ſuavitas voluptatum.

Ich habe eine Luſt/ ich erluſtige/ beluſtige mich an dem Dinge.

Delector, oblector, ſine ſatietate delector, ſatis commodè, belliſſimè oblector, hac re, Vehementer valdê, admodum, incredibiliter, mirandum in modum, mirum in modum, delector hac re. Cadit mihi hoc jucundum, accedit mihi delectatio ex hac re, afficior delectatione. moveor, commoveor, excitor dulcedine hujus rei, Eſt mihi hæc res jucunditati, habet delectationem hæc res, habeo delectationem in vel ex hac re, Eſt mihi in deliciis hæc res, nihil mihi accidit jucundius, percipio voluptatem ex hac re, capio delectationem, fruor, capior delectatione hujus rei, Paſco mentem meam hac re, Habeo rem hanc in deliciis, hoc eſt mihi voluptati, inſigniter hac re delector, Eſt mihi oblectationi, Theologia eſt mihi in amoribus & deliciis, incredibile eſt quantū delecter hac re, jucunditas mihi eſt ex hac re, Eſt oblectationi, oblectatione plena res, oblectamentum habere in re, libentiſſimè fruor hac re, mirê paſcor hac re, animus meus expletur voluptate ex hac re nunquam

non

non jucunda eſt mihi hæc res. Capio voluptatem, ſumo, accipio, percipio, habeo ex hac re, Eſt mihi in voluptate, Mira quędã in hac re ſuavitas & delectatio eſt, Oblectare ſe literis & in literis, Cordi mihi ſunt literæ, peto delectationem ex hac re, carpere voluptatem ex re.

Luſtig/guter Dinge ſeyn.

Perfrui, affici voluptate, ſenſus titillãtur voluptate, frui voluptatibus, completur animus voluptate, delectatione frui, oblectamentis ſe recreare, dulcedine perfundi, veſci, abundare, affluere, perfundi voluptatibus.

Dieſes Ding macht mich luſtig/beluſtiget mich.

Delectat, oblectat, juvat me hæc res, afficit, movet ſenſum dulcedine, habet delectationẽ, demulcet animum, ſuavitate animũ perfundit, inſatiabili delectatione animum devincit, ad jucunditatem conducit, illecebris hæc res animum delinit, blanditur ſenſibus, affert delectationẽ, amœnitatem ſuppeditat, voluptatem dat, voluptate afficit, perfundit animum, ſine ſatietate delectat, Oblectat ſenſus, retinet animos in legendo, ſuis illecebris trahit, facit aliquid voluptatis, habet delectationẽ, aliquid delectationis, habet oblectamenta, Creat voluptates.

Einen luſtig machen / einem eine Luſt zurichten.

Voluptatem alicui impertire, complere animũ alicujus voluptate, Participem facere aliquẽ voluptatis, aliquem perfundere, afficere voluptate, ſuavitate, delectare aliquẽ cõmemoratione rei. Creare alicui voluptatem, Servire alicujus oculis, delicias alicui facere, animum ducere.

Ein Ding lieblich/ luſtig/angenem machen/ Luſt außſinnen.

Reddere, præſtare aliquid jucundum, Conficere, architectari, invenire delectationem, condire, conſpergere rem ſuavitate, Parare, comparare delectationem, condire aliquid admirabilium rerum varietate, Adornare, afferre voluptatem.

Luſt ſuchen / nach Wolluſt ſtreben/ den Wollüſten nachhengen.

Quærere, conquirere, inveſtigare, odorari delectationes, ſuavitates, aucupari delectationem, quærere delicias, conſectari voluptates, ſequi delectationem, ad voluptates adhæreſcere, traducere animum ad voluptatem, jucunditati ſe dare, deſiderare, amplexari voluptatẽ, concupiſcere, petere, appetere, expetere, requirere, optare voluptatem, Capi voluptatibus, voluptatibꝰ ponderare omnia, ad voluptatem omni impetu ferri, facere omnia voluptatis & oblectationis gratiâ, voluptatibus ſe dedere, tradere, Ponere omnia in voluptate, ter-

minare, metiri omnia voluptate, referre, dirigere omnia ad voluptatem, Charas & jucundas habere voluptates, omnia ad delectationem revocare, Gaudere voluptatibus & lætari, non alieno animo esse à voluptatibus, efferri voluptate, gestire voluptate.

Die Lust reitzet einen darzu.

Allicit hæc res delectatione, invitat jucunditate, allicit titillatione honestissimæ voluptatis, illecebræ voluptatum invitant, Res movet sensum dulcedine, suis illecebris trahit ad illud, invitat, excitat.

Sich erlustigen.

Mentem, animum recreare, relaxare, reficere, renovare, remittere, abducere animũ à sollicitudine, animum curis solvere, abducere, à negociis, descendere ad animi remissionem, servire tranquillitati animi, colligere se, relaxare se occupationi.

Ich thue es Lust halben/zur Lust.

Facio hæc animi gratiâ, animi causâ, delectationis gratiâ, ut animum relaxem, ut jucunditatis quid degustem & jucunditate fruar, ut anim⁹ recreetur, reficiatur, ut animi jucunditatem recipiam, animus est hæc facere.

Die Lust kömpt daher.

Voluptas oritur, gignitur, nascitur hinc, spe erigitur & inflammatur voluptas.

Die Lust mehren.

Voluptatem augere, amplificare, inflammare.

Dieses hindert die Lust.

Tollit hæc res dulcedinem, amabilitatem, Adversatur hæc res voluptatibus, obsistit, Adimit jucunditatem, privat delectatione, minuit dulcedinem, eripit suavitatem.

Die Lust gehet bald weg.

Voluptas præterit, citò præterit, avolat, fluit, effluit, præterfluit, satietas est voluptatum.

Der Lust nicht achten/ der Wollust feind seyn.

Contemnere, repudiare, spernere, aspernari, respuere, odisse, fugere, rejicere, prætermittere voluptates, abesse à deliciis, abstinere à voluptatibus, expertem esse voluptatum.

Lieblich/ lustig/angenehm.

Jucundus, perjucundus, magnoperè, summè, maximê, satis jucundus, multo jucundissim⁹, valde dulcis, nihil jucundius, nemo jucundior, dulcius melle, nihil præterea mihi est jucundum, jucundissimum mihi est.

Lieblichen.

Adv. Jucundè, perjucundè, suaviter, dulciter, perjucundè, quàm suaviter.

De Voluptate.

Schändliche Lust/Vide cupiditas. fol. 210.

Zur Wollust geneigt.

Voluptuarius, libidinosus, ad libidinem proclivis, voluptati obsequens, obediens ventri, deditus

ditus ventri, propensus ad voluptatem, cupidus, deditus voluptati.

In Wollüsten sich verknüpffen.

Voluptatum irretiri illecebris, voluptatum blanditiis decipi, demulceri voluptatum suavitate, indulgere voluptati, deliniri, corrumpi voluptatum illecebris, astrictum, obstrictum teneri voluptatibus, collocare ætatem suam in voluptatibus, Dare se voluptati, dare adolescentiam, ætatem voluptati, dedere se corporis voluptatibus, earumq; se ministrum præbere, conjicere se in castra Epicuri, Capi, duci voluptatibus, illecebris se dedere, tradere. Voluptatem sequi. Crapulæ, gulæ, ventri, genio, voluptati, voluptatū illecebris indulgere, servire, inservire, se dedere, tradere, Laxare frenum voluptatibus, omnia voluptatum genera consectatur, voluptate, luxuriâ diffluit.

Wollust bringet nichts guts.

Voluptas impellit ad scelera, dimovet mentem à sede sua, voluptas malorum esca.

Durch Wollust verderben die Leute.

Voluptatibus pessumdantur & colliquescunt homines, voluptate tanquam dulci veneno pereunt, Duci voluptate, dulcedine voluptatis, blanditis voluptatum homines decepti infortunia subeunt, calamitates adeunt, Voluptatum consuetudinem, tristis plerumque consequitur exitus, eventus, voluptatem plerumque excipit dolor, voluptas plerumq; dolore terminatur, voluptatis exitus doloris initium est.

De Molestia.

Verdruß / Beschwerligkeit / Mißfall.

Molestia, ægritudo, tædium, dolor, ægrimonia, injucunditas, acerbitas.

Grosse Beschwerligkeit.

Magna, major, maxima, ingens, incredibilis, longior, diuturna molestia, multæ, variæ molestiæ, plus molestiæ, vis incredibilis molestiarum, major vis molestiarum, maximum & miserrimum omnium miseriarum, vetus molestia.

Geringe Beschwerligkeit.

Minor, minima molestia, minimè necessaria molestia, paucorum dierum molestia.

Beschwerlich / verdrießlich.

Molestus, permolestus, submolestus, injucundus, insuavis, nihil molestius, acerbius, insuavius, multum negotij facessens, acerbus, amarus, Magnopere, inprimis valde, omnino, in omnes partes molestus, permolestus, multò molestissimus, Minimè molestus, nullâ in re molestus, ne verbo quidem molestus.

Verdrießlich / beschwerlich.

Molestè, submolestè, ægrè, graviter, permolestè.

Diß ist mir gar beschwerlich/es fället mir beschwerlich für.

Capio, accipio, excipio, traho, percipio, habeo molestiam ex hac re, sum in molestia, molestiis conflictor, affligor, afficior. Patior, perpetior, tolero, fero, perfero molestiam, molestia hæc pervagatur animum meum, tangit, attingit, pungit, premit me, Accedit ad meas maximas acerbitates hæc etiam omnium gravissima. Nihil tam acerbum, tam molestum mihi accidit, jactor, exagitor hac re.

Es verdreust mich/es mißfällt mir/es kräncket mich / ich trag ein Vngefallen dran/ es gefället mir übel.

Molestè fero, graviûs, iniquo animo fero, duriûs accipio, immoderatè fero, nonnihil offendor in eo, ægrè sustineo, subiniquo animo fero, malè fero, graviter, pergraviter, acerbè, acerbiùs, vix fero, non ferre possum, puto mihi vitam acerbam, mordet, urit me, res videtur mihi acerbissima, Zelotypia quædam me incesserat cum alios mihi præferres, ne animo percellaris ob res improborum secundas, unum me malè habet, res hæc stimulat, excruciat me, est dolori, inurit dolorem, uror, ringor, doleo.

Dieses machet einem Beschwerligkeit/machet einem Mühe.

Hæc res affert, exhibet, objicit, aspergit alicui molestiã, non est exiguæ molestiæ, parit molestiam, est molesta, gravis, gignit molestiam, molestiâ afficit, multum negocii facessit, exhibet.

Einem Beschwerligkeit machen/ verdrießlich seyn.

Exhibere, afferre, aspergere, impertire alicui molestiam, negocium alicui facessere, exhibere, efficere, Esse molestum alicui, esse gravem, molestiæ causam dare, non desinit nobis esse molestus, augere, renovare, refricare molestiam.

Etwas mit Beschwerligkeit verrichten.

Facere, efficere aliquid cum molestia, conflictari molestiis in aliqua re perficienda, non sine molestia aliquid efficere, res non exiguæ molestiæ, plena molestiarum.

Beschwerligkeit auff sich nemen.

Sumere, assumere molestiam, non recusare molestiam, implicare animum molestiis.

Beschwerligkeit außstehen/ Devorare, perfungi molestiâ.

Beschwerligkeit nicht außstehen können.

Frangi, debilitari molestiâ, tabescere molestiis.

Sich aus Beschwerligkeit heraus wircken/ guts muths vnd zu frieden seyn.

Laxare se à molestiis, deponere molestiam, abducere se à mole-

moleſtiis, diluere moleſtiam, Abjicere, delere moleſtiam, conquieſcere à moleſtiis, liberare animum moleſtiâ, avertere cogitationes à moleſtijs, abducere animum à moleſtijs, levare animum moleſtiis.

Einem aus Beſchwerligkeit helffen/guts muths machen.

Eripere alicui moleſtiam, deterſiſti, abſterſiſti mihi quicquid reliquum erat moleſtiæ, depellere alicui ægritudinem, levare animum alicujus moleſtiis, demere moleſtias, delere alicui moleſtiam, levare moleſtiam alicujus. Dimovere moleſtiam, à moleſtia aliquem vindicare, Eripere aliquem moleſtiâ, abducere moleſtiis, Mitigare, minuere, ſedare moleſtiam, Pellere, depellere moleſtias, Privare, liberare aliquem moleſtiâ, expedire aliquem moleſtiâ, vetuſtate moleſtiæ levantur.

Gutes muths / ohn Beſchwerligkeiten ſeyn.

Carere, vacare moleſtiâ, vacuum, expertem, ſolutum, liberum eſſe à moleſtia, abeſſe à moleſtia, ſine moleſtia eſt, procul abeſt à moleſtia, extra moleſtiam, tranquillè agit, nulla moleſtior cogitatio animum meũ vexat, perturbat, afficit, Animo ſum ab omni moleſtia ſoluto, vacuo, libero, longè ſejuncto, datur mihi aberratio à moleſtiis, moleſtiis vacuus ſum.

De Dolore.

Schmertze.

Dolor, ægritudo, acerbitas, dolorum faces.

Groſſer Schmertze.

Magnus, major, maximus, ſummus, incredibilis, acris, acerrimus dolor, vis incredibilis doloris, Mirus, gravis, mirificus, moleſtus, intolerandus, moleſtiſſimus, acerbus, acerbiſſimus, aſper, odioſus, difficilis toleratu vel perpeſſu dolor, vix conſolabilis dolor, acris morſus doloris.

Langwiriger Schmertze.

Longus, longior, longiſſimus, productior, diuturnus, perpetuus, permanens, inveteratus, æternus dolor, ægritudo, diuturnitas, vetuſtas doloris.

Gelinder Schmertz.

Parvus, minor, minimus, brevis, levis, mitior, tolerabilis dolor.

EPITH. ALIA. Juſtus, pius, ingenuus, humanus, communis, propius, privatus, domeſticus, inteſtinus, Præteritus, præſens, futurus.

Ich leide Schmertzen.

Doleo, dolorem graviſſimum capio, ſuſtineo, habeo dolorem, ſum in dolore. Parior, perpetior, tolero, fero, ſuſtineo, perfero dolores, quotidianus mœror me lacerat, accipio, haurio, ſubeo, excipio dolorem, vix ſuſtento dolorem, Me tangit, attingit, pungit,

pungit, percellit, premit dolor, ſentio dolores, Premor, tangor, angor, quatior, crucior, excrucior, laceror dolore, infixus animo hæret dolor, Doleo graviter, maximè, vehementer, intoleranter, ægritudo afficit me, hoc me excruciat, gravibus caſibus affligor, acerbiſſimè doleo, imis ſenſibus angor, Eſt mihi dolori, torqueor jam diu, dolor torquet, pulſat, perturbat animum, torqueor, àfficior caſu patriæ, omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat, perturbat, dolore diſcrucior, divellor, doleo hoc, dicere quod alicui doleat, doleo tuis calamitatibus, doleo in tuis calamitatibus & ex tuis calamitatibus, dolenter afficior.

Deinet halben leide ich Schmertzen.

Tuâ cauſâ doleo, dolor meus à te eſt, provenit, proficiſcitur, manat, fluit. Tu paris dolorem meum, tuâ cauſâ fit, ut doleam.

Der Schmertz kompt aus dieser Vrsach.

Oritur, exoritur, gignitur, naſcitur, excitatur, emergit, proficiſcitur ex hac re dolor, dolor ſequitur hanc rem, conſequitur, exiſtit ex hac re, impendet, imminet dolor, hæc res ducit ad dolorem.

Dieses Ding machet mir Schmertzen.

Hæc res afficit, commovet, parit, affert, dat, inurit, impertit, auget, incutit mihi dolorem, afficit, mulctat me dolore, dies auget dolorem, ad dolorem, vel ægritudinem accedit hoc, fovet hæc res dolorem.

Den Schmertzen vernewen.

Renovare, refricare, augere retractando dolorem, obductã jam doloris cicatricem refricare, afferre manum vulneribus tractare vulnera, res refricat vulnus, acerba recordatio veterem animi curam moleſtiamq; renovat, illa, quæ conſenuiſſe videbantur, recrudeſcunt, mœrorem exagitare, ſopitum, dolorem, quem dies ferè ſanarat, exagitare.

Sich für dem Schmertzen fürchten.

Metuere, timere, extimeſcere, horrere, reformidare dolorem, terreri dolore, abhorrere à dolore, fugere, vitare, devitare, evitare dolores.

Alle Schmertzen verachten.

Negligere, contemnere, aſpernari, deſpicere dolorem, non recuſare dolorem, ſuſcipere, ſubire dolorem, ægritudinem, callum obducere dolori.

Den Schmertzen heimlich halten/ außstehen.

Moderari, tenere, tegere, occultare, recondere, abſtrudere, opprimere dolorem, reſiſtere, obſiſtere dolori.

Wegen der Schmertzen verhindert werden.

Dolor me impedit, retardat, impe-

impedior, intercludor, deſtineor doloribus, moveor, commoveor, excitor, efferor doloribus.

Von den Schmertzen vberweltiget werden/die Schmertzen nit außſtehen können.

Devinci à dolore, frangi dolore, debilitari, ſuccumbere doloribus, Confici, conſumi, tabeſcere, frangi, contabeſcere dolore, ægritudine, angore, Dolorum faces animi firmitatem convellunt & labefactant, confectus ſum cruciatu maximorũ dolorum, concidit animus ictu doloris, Vires meæ impares doloris ſunt, vim doloris non ſuſtinent, ad dolorẽ infirmæ ſunt, dolore franguntur, Dolor me exanimat.

Den Schmertzen nachhengen.

Parére, ſervire, obedire, obtemperare doloribus, fovere dolores, ægritudini ſe dedere, angori ſe dare vel dedere.

Einem die Schmertzen lindern.

Dolorem, ægritudinem alicui lenire, levare, ſedare, detrahere, adimere, depellere, tollere, promere auxilium doloris, conſolari dolorem. Minuere, eripere, abſtergere, pellere, depellere dolorem, liberare aliquem dolore, vindicare aliquem à dolore, exhaurire alicui dolorem, dolore privare, ſanare affectum dolore animum, Evellere, extrahere, educere, eripere dolorem animo infixum. Nihil poteſt finem facere meo dolori, modum vel terminum ſtatuere.

Den Schmertzen hinlegen/Betrübniß hinlegen.

Deponere, abjicere, ejicere, amovere, removere, omittere dolorem, ægritudinem, ab angore ſe abducere, omnem doloris ſenſum abjicere, abſtinere à dolore, deponere memoriam doloris ſui, exturbare ex animo ægritudinem.

Der Schmertz nimbt abe.

Dolor ſedatur, mollitur, remittit ſe, exhauritur, obmuteſcit, lenitur, Ægritudine levari, emergere ex dolore.

Der Schmertz nimbt zu.

Dolor ingraveſcit, augetur.

Zeit hindert alle Schmertzen vnd Betrübniß.

Dolorem mollit, minuit dies. Temporis longinquitas, vetuſtas ſanat vulnera à fortuna inflicta, Vis doloris cum tempore langueſcit, Detrahit de dolore dies, tempus extinguit, tollit dolorem, tempus medetur dolori, Medicinam dolori dies affert, tempus quemvis dolorem animo inſitum evellit, educit, extrahit, Tempus recordationem ſeu memoriam adverſæ fortunæ ex animo delet, aufert, expellit, amovet.

Dieſer iſt ſeiner Schmertzen loß.

Caret, vacat hic dolore, vacuus,

cuus, expers, ſolutus, liber eſt à dolore, ſine dolore eſt.

De Lætitia.

Frőligkeit/Frewde.

Lætitia, gaudium, hilaritas, Jucunditas, exultatio, delectatio.

Epith. Magna, major, maxima, multa, ſumma, mira, mirifica, incredibilis lætitia, hilaritas. Plus lętitiæ, cumulus gaudii, res plena & conferta gaudii & hilaritatis, Profuſa hilaritas, Nimium, exquiſitum, inſatiabile gaudium, lætitia geſtiens, exultans, impotens, titillans, efferens ſe, Immortale gaudium.

Inanis, futilis, turpis lætitia, falſum gaudium.

Commune gaudium, popularis lætitia.

Diuturna, perpetua, ſubita lætitia.

Leichtſinnig/ guter ding/ frőlich/ frewdig.

Lætans, lætus, gaudiens, hilaris, hilaratus, exultans, geſtiens, tripudians, nimis lætus, paulò hilarior, juveniliter; exultans, laxatus curis, hilari aſpectu, exporrectâ, explicatâ fronte.

Frőlicher weiſe/ Lætè, hilarè, hilariter.

Frőlich ſeyn/ ſich frewen/ guter dinge ſeyn/ frolocken/ Frewde haben/ erfrewet werden.

Lætari, gaudere, geſtire, exultare, efferre ſe, hilarari, duci gaudio, præditum eſſe gaudio; Capere, percipere lætitiam, affici lætitiâ, gaudio, habere lætitiam ex aliqua re, vel in re, verſari in gaudio, vivere cum gaudio, frui gaudio & lætitiâ, cumulari gaudio, plenum & refertum eſſe gaudio, maximè gaudere, lætari, magnopere, vehementer, valdè, admodum lætari, gaudere; ex parte gaudere, ſemper, perpetuo gaudere, eſſe in gaudiis, alacrem animo exiſtere, eſſe lætum, frui uſurâ gaudii, Onerare ſe hilaritudine, animus gaudet mihi, volupe eſt mihi. Complectur animus gaudio, pervenit ad me lætitia, Exporrigere, explicare, erugare frontem, fronte eſſe exporrectâ, hilari, plenum lætitiæ eſſe, degere in lætitia, jucunditatem haurire, recreari, Alacer & lætus eſt, hilari animo, bono, alacri & erecto animo, Gaudere facto, vel ob factum, id lætor, lętor hac de re, id gaudeo, Gratulari ſibi de aliqua re, gratulantur ſibi quod mihi paruerunt.

Ich bin frőlich/ daß du geſund biſt.

Tua valetudo mihi voluptati eſt, afficit me voluptate, affert, parit mihi jucunditatem, voluptatem. Voluptatem capio, ſuſcipio, percipio, haurio, colligo ex tua valetudine.

Sehr frőlich ſeyn/ in frewden ſchweben/ jubiliren/ jauchtzen.

Pergaudere, Efferri, geſtire lætitiâ,

lætitiâ, Exultare, exilire, triumphare lætitiâ, gaudio, in voluptate bacchari, ferre apertissimè lætitiam, desipere nimio gaudio. Mirandum in modum, mirum in modum gaudere, lætari, incredibiliter, immortaliter gaudere, palam, audaciùs exultare, insolentiùs se efferre, jactare. In cœlo esse, subsultare, gestitare, efferri, incedere omnibus lætitiis, adipisci vitam Deorum, præ gaudio vix apud se esse, vix sui compotem esse, Cœlum digito attingere, gaudium erumpit, ita gaudeo, ut magnitudinem gaudii vix capiam.

Sich wiederumb frölich erzeigen nach der Trawrigkeit.

Convertere animum in hilaritatem, traducere animum ad hilaritatem, deducere animum à tristitia ad hilaritatem, excitari lætitiâ, animum à sollicitudine adducere, recreare mentem, molestia se laxare.

Sich heimlich frewen.

In sinu gaudere, tacitus secum gaudet, in sinu gaudium continere.

Etwas frölichs anrichten.

Conspergere, condire aliquã rem hilaritate, condire tristitiam temporum hilaritate.

In Gastereyen sich frölich erzeigen.

Dare se hilarem alicui, fac te hilarem & lubentem in nati nuptiis, dare se jucunditati, hilaritati, relaxare animum, onerare se hilaritudine, diem summa hilaritate traducere, convertere animum in hilaritatem, traducere animum ad hilaritatem, recreare mentem.

Die Frewde kompt daher.

Lætitia oritur, gignitur, nascitur, duplicatur gaudium, lætitia oboritur, excitatur hilaritas.

Einen erfrewen/frölich machen/ ergetzen.

Offerre, objicere, largiri alicui lætitiam, conjicere in lætitiam, explere animum alicujus gaudio, donare aliquem gaudiis reddere delibutum gaudio, onerare lætitiâ, dare lætitiã alicui, perfundere aliquem lætitiâ, afficere lætitia, lætificare, facere participem suæ voluptatis, beare, præbere gaudium, hilarare aliquem, afferre cumulum gaudii, lætitia complere, cumulare, delectare, exhilarare, facere, efficere hilaritatem, afferre lætitiam, hæc res est lætitiæ, habet aliquid lætabile, explere animũ alicujus gaudio, lætitiam objicere, in lætitiam conjicere.

Einen an der Frewde hindern/ einhalt thun.

Comprimere, reprimere exultantem, constringere, continere exultantem & tripudiantem, alacritatem adimere, auferre, eripere, delere, Detrahere de hilaritate, contaminare gaudium, lætitiam eximere, detrahere, labefactare.

Die Frewde messigen.

Reprimere, continere exultantem animum, detrahere aliquid de hilaritate, moderari lætitiam.

Die Frewde leget sich.

Gaudium hoc conquiescit, erepta, amissa est hilaritas, Vacat jam, caret lætitiâ, deferbuit gratulatio.

De Tristitia.

Trawrigkeit/ Hertzeleid/ Bekümmerniß/ Angst.

Tristitia mœstitia, mœror, mœstitudo, dolor animi, sensus doloris, angor, angor animi, perturbatio animi, ægritudo, ægritudo animi, luctûs acerbitas, acerbitas, luctus.

Epith. Summus, inauditus, assiduus, infinitus, nimius, gravis, domesticus mœror, gravis ægritudo, mœstitia.

Trawrig/bekümmert/ängstig.

Mœrens, mœstus, tristis, pertristis, subtristis, admodum tristis, conturbatus, perturbatus, nimiùm tristis, confectus animo, dolore animi, sordid⁹ squalore, mœstitudine, tristitia affectus.

Trawriglich/ängstiglich.

Tristè, tristiùs, mœstè.

Trawrig seyn/ sich hermen/ in ängsten seyn.

Affici, confici, affligi, urgeri mœrore, tangi dolore animi, angi animi, angi animo, macerare se, macerari mœrore. mœrere, cruciare se, excruciare, affligere, afflictare se, excruciare se ægritudine, Esse tristem, solicitum, ægrum ab animo, esse præditũ ægritudine, tabescere dolore ac miseria, vivere in mœrore, vivere miserrimum, Consenescere, mœrore & lachrymis contorqueri in tristitiam. Versari in mœrore, jacere in mœrore, Ferre, vix sustentare mœrorem, lacerari, disrumpi mœrore, frontem contrahere, corrugare, obducere, caperare. Esse contractâ, adductâ, caperatâ fronte, demittere caput, esse demisso capite, Angi, affligi de aliqua re, angoribus confici, anxium esse, intimis sensibus angi, præcipuo quodam dolore angi, graviter affici, ferre acerbissimè, sentire acerbitatem, Mœror lacerat & conficit me, mœrores antevertunt mihi gaudijs, mœstitudo mihi obtigit, animo meo ægrè est, tempora eripiunt mihi animi alacritatem, miserrimè macerant, vehementissimè sollicitor, dolore angor incredibili, pessime est animo meo.

Der Trawrigkeit nachhengen.

Dare animum mœrori, dedere se ægritudini, dolori, servire dolori suo, permanere in tristitia, indulgere mœrori, dolori, Subire tristitiam, tradere se lachrymis & tristitiæ, revocare se ad mœstitiã, suscipere mœrorẽ.

Es ist eine Trawrigkeit drein kommen.

Intervenit, intercurrit, incurrit mœror.

Sich der Trawrigkeit entschlagen.

Erigere animum demissum, obsistere mœstitiæ, condire tristitiam temporum, ponere, deponere, abjicere, ejicere mœrorem, omittere tristitiam, exturbare ex animo ægritudinem, avertere cogitationem à miseriis, abducere se ab angoribus, tollere paulatim oculos.

Der Trawrigkeit loß werden.

Deduci à tristitia, aberrationem à mœstitia habere, recreari à mœrore, abesse à mœrore, tristitia tollitur, multum diminuitur ex mœrore, vacare mœrore.

Betrüben/Bekümmerniß machen/ zur Trawrigkeit Vrsach geben.

Turbare, contristare, obturbare, interturbare mentem alicujus, afferre animo mœrorem, injicere alicui curam, scrupulũ, conjicere in perturbationes, conficere alicui solicitudines, inferre alicui mœrorem, est mœrori hoc mihi. Augere, amplificare, acriorem facere ægritudinem, exagitare mœrorem, mœstitiam inferre, afferre acerbitatem, cruciatum. Dare, parere dolorem, tristitiam.

Deine Kranckheit betrübet mich.

Morbus tuus me solicitat, solicitum habet, gravi afficit solicitudine, graviter angit, afficit, affligit, acerbè vexat, vehementer acerbus, gravis mihi accidit, in magnam solicitudinem me adducit, graviter commovet, maximè perturbat, acerbissimũ animo infligit, incutit vulnus. Ex tuo morbo multum, permultum, plurimum acerbitatis, angoris, mœroris, mœstitiæ capio, suscipio, contraho, haurio.

Einem von Bekümmerniß vnd Trawrigkeit abwenden.

Avocare aliquem à mœstitia, deterrere, deducere aliquem à tristitia, à mœrore, Lenire, levare, minuere tristitiam, pellere, repellere, depellere, auferre, tollere, relaxare mœrorem, tristitiam, mœstitiam. Excitare mœstum, abjectum.

De Risu.

Das Lachen/ Gelächter/ Risus.

Anlachen/ Arrisio.

Küttern/sehr laut lachen/ Cachinnatio, cachinnus, risus effusissimus.

Epith. Magnus, major, maximus, mirus, mediocris, pudens, liberalis risus. Effusissimus, effusus, immoderatus, immodicus, immodestus risus, Nimia, impudens cachinnatio.

Lächerlich.

Ridiculus, perridiculus, admodum, oppido, penê ridiculus.

Lachend/ Ridens, arridens.

Lächerlicher weise/ Ridiculè, perridiculè, subridiculè.

Lachen/ Ridere, subridere, e-

dere, tollere, facere risum, multum, maximè, valdè, vehementer, satis ridere, præcordia mihi saliunt ad risum.

Sehr lachen/ kůttern/ ober laut lachen.

Tollere cachinnum, sublato cachinno ridere. Solvi in cachinnum, affatim ridere, solutè, profuse ridere corruere risu, emori risu, cachinnari, diffluere risu, risus simul occupat latera, venas, pectus.

Anlachen.

Arridere, leniter arridere.

Das Lachen kaum enthalten kŏnnen.

Vix tenere, continere, cohibere, inhibere risum, nimis ægrè continere risum, reprimere risum, abstinere à risu, temperari sibi à risu, moderari risui.

Zu lachen machen/ ein Gelåchter machen.

Movere risum, cachinnum, convertere, traducere animos in risum, vel ad risum, movere risum alicui, Excitare, concitare, facere risum, Cachinnum movere, risu alicui ilia distendere, risum invito excutere, ridendi causam vel ansam præbere.

Es wird ein Gelåchter.

Fit, erumpit, existit, consequitur risus.

De Fletu.

Weinen/ greinen/ heulen.

Fletus, lachrymæ, collachrymatio, lamentatio, ejulatio, ejulatus, ploratus.

EPITH. Magnus, maximus, mirè miserabilis, muliebris, assiduus fletus, Multæ, plurimæ, assiduæ, absurdæ, diuturnæ, quotidianæ lachrymæ, vis lachrymarum infinita, Abjecta, flebilis, lugubris lamentatio, ejulatio, acerbi gemitus & ejulatio, fœmineus plangor, virginalis ploratus.

Thrånen/ Lachryma, lachrymula.

Weinend/ Flens, lachrymans, illachrymans, lamentans, ejulans, plorans, voce lamentabili querens, deplorans, cui oculi sunt lachrymantes.

Beweinet/ defletus.

Was zu beweinen ist/ Flebilis, lamentabilis.

Mit weinen/ Flebiliter, per quam flebiliter.

Weinen/ greinen.

Flere, lachrymare, collachrymari, plorare, uberiùs flere, satis lamentari, flebiliter lamentari, non nimis, modicè lamentari, adhibere fletum, temerè lamentari, nõ posse tenere lachrymas. Profundere, effundere, reddere, præbere lachrymas. Debilitari, confici fletu, facere fletum, opplere sibi os lachrymis, irrumpere in fletum, terere, corrumpere oculos. Ex oculis profundunt se lachrymæ, ex oculis descendunt lachrymæ, oboriuntur mihi lachrymæ, hui ilico cadunt lachrymæ. Præ lætitia lachrymæ prosiliunt mihi, uber-

hi, uberrimus meus eſt fletus, aſſiduæ meæ ſunt lachrymæ, perennes, aſſiduæ fluunt ex oculis lachrymæ, nunquam non lachrymis hument oculi.

Dem Weinen nachhengen.

Dedere, tradere ſe lamentis vel lachrymis, jacere in lachrymis, lamentis, macerare ſe lachrymis.

Heulen mit kläglichem Geſchrey.

Ejulare clamitare cum ejulatu. edere ploratus, eſſe feſſum plorando, confici lachrymis, puerorum ejulatibus, & mulierum lamentis omnia circumſonabant, lamentationibus omnia complere.

Ich kan für weinen nicht reden.

Præ lachrymis plura loqui non poſſum, lachrymæ impediunt, interpellant ſermonem, impedior, prohibeor, reprimor, intercludor lachrymis, non poſſum reliqua ſcribere, tanta vis eſt lachrymarum, lachrymæ nõ ſinunt me loqui.

Beweinen.

Deflere, illachrymare, deplorere, lamentari, dolentius deplorare, ſæpe, ſæpius deflere, graviter, quotidie deplorare. Proſequi, decorare aliquem lachrymis, deplorare cum fletu, ad lachrymas aliquid recidere, Lugere, lamentari & complorare mortem & deplorare miſerias, & de miſeriis.

Zu weinen machen.

Excitare, movere fletum, Adducere, deducere ad fletum vel in fletum, elicere, afferre lachrymas, lachrymas excutere alicui, lachrymas ciere, impellere aliquem ad lachrymas, excire, deducere lachrymas, movere alicui fletum.

Das weinen kan was außrichten.

Lachrymæ valent aliquid, movent, commovent, flectunt, molliunt homines, Delere aliquid lachrymis. Moveor, commoveor lachrymis.

Auffhören zu weinen.

Abſtergere, reprimere, omittere fletum. Tenere, ſiſtere, cohibere lachrymas, abſtinere, temperare ſibi à lachrymis, finem lachrymis, fletui imponere. Fletus conquieſcit, conticeſcit, Conſumuntur, areſcunt, exareſcunt lachrymæ.

Nicht weinen.

Adeò fortiter plagas tulit, ut & lachrymas & genitus in poteſtate haberet.

Seufftzen.

Gemitus, ſuſpirium.

Das Schlucken/Singultus.

Epith. Magnus, maximus, luctuoſus, miſerrimus, lamentabilis gemitus, acerbi gemitus.

Seufftzend/ Gemens, ingemiſcens, ſuſpirans, leviter gemens.

Seufftzen.

Gemere, congemere, ingemiſcere, Graviter, leviter gemere,

mere, familiariter suspirare, palàm, clarè, occultè gemere, quotidie ingemiscere, facere, edere gemitum, in gemitu versari, ducere, trahere suspiria.

Auffhören von seufftzen.

Gemitus conticescit.

De Spe.

Hoffnung/ Zuversicht / Vertrawen.

Spes, specula, expectatio.

Zuversicht / Fiducia, fidentia, confisio.

Grosse Hoffnung/ Magna, major, maxima, eximia, summa, multa, uberior, omnis, una, bona, melior, optima, commoda spes, mirifica expectatio, crebræ expectationes.

Gewisse Hoffnung/Spes certa, certissima, firma, firmissima, explorata, minimè dubia, verissima.

Eine kleine Hoffnung / Aliqua spes, aliquid speculæ, nonnulla spes, expectatio, exigua, extrema, tenuis, pertenuis, spes fractior.

Vngewisse Hoffnung/ Incerta, incertissima, abjecta, nulla, nihil spei, fere desperata spes, dubia spes.

Vergebliche Hoffnung/Inanis, fallax, falsa, desperata spes.

Darauff man hoffet/Speratus, expectatus.

Hoffend/Sperans, plenus spei, plenus expectatione.

Der sich verlässet / Fretus, nixus, confisus, fidens, confidens, nimium fidens.

Auff gut Vertrawen/Fidenter, confidenter.

Hoffen/ vertrawen/ zuversicht tragen/ sich versehen/ warten.

Sperare, expectare, confidere, cum magna spe expectare, magnopere confidere, plurimū sperare. Uti, niti spe, habere quid spei, esse in spe. Summè, valde, vehementer, mirificè expectare, certo expectare, benè, optimè, rectè, avidè sperare, expectare. Præditum esse spe, tenet me hæc spes, oblector hac spe, inflatum esse spe, sustentari aliqua spe, in expectatione esse alicujus rei, vel rem esse in expectatione mea, Esse in spe, in spe sibi aliquid ponere. Spes residet in me, hæc res est in spe. In spe habere, in optima spe mihi pono.

Vertrawen / der Zuversicht seyn.

Fidere, confidere, non diffidere, devorare aliquid spe atq; opinione, ferociùs, nimium, nimis confidere, fiduciam esse in re, fido tibi, fido hac re, & huic rei.

Nicht trawen.

Parùm confidere, nihil confidere, diffidere, diffidere rebus suis, & de re sua.

Er setzet alles auff sich selbst/ er trawet jhm selbst alles zu.

Omnia in seipso statuit, collocat, ponit, Omnes in se locatas

spes habet, se spectat, suis nititur viribus, in se ipso omnia præsidia, ad omnes casus constituit, fiduciâ artis suæ ausus est sponsionem facere.

Eine Hoffnung vberkommen.

Venire in spem, adduci, induci in spem, cõparare sibi spem, nancisci spem, ingredi in spem, degustare speculam, concipere spem, spes nonnihil affulget, arridet, ostenditur hoc ad spem, affertur, ostentatur, relinquitur, injicitur alicui spes, Ad spem devolvi, spem videre, ad spem exardere, comparare spem.

Ich hoffe auff etwas.

Habeo spem bonam de hac re, de aliquo, rei alicujus. Sum in spe bona, spes mea est in hac re locata. Converto, pono, colloco spem in hac re, & in hanc rem, Spes mea pendet ex hac re, Spes messis in semente posita est, Ab educatione expectatio reliquæ vitæ dependet, Spero hoc certa votorum nuncupatione.

Ich hoffe es werde geschehen.

Spero futurum, spes est hoc futurum. Venio, erigor, adducor in spem fore. Habet, fovet me spes futurum, affulget, arridet, blanditur, injecta est mihi spes futurum, promitto, polliceor mihi futurum.

Ich hoffe des besten / ich habe eine gute Hoffnung.

Optimam spem habeo, optimè spero, optimâ spe nitor, spero secundissimum eventum. Omnia secunda, qualia volo expecto, ex mea voluntate omnia spero, Certa propemodum spes mihi relinquitur.

Mit verlangen hoffen.

Animi pendére expectatione, suspensum teneri expectatione, suspensum & incertum teneri spe. Cruciari, conturbari, angi expectatione, suspenso animo expectare, diem ex die expectare.

Ich habe alle meine Hoffnung auff dich gesetzt.

Omnem habeo spem in fide tua, omnem spem mearum rerum habeo in tua erga me benevolentia. Spem repono vel repositam aut propositam habeo in te. Spem constituo, defigo, colloco in te. Perfugium in Orpheo habuerunt, spes civitatis in eo vertitur, Spes opesq; ejus ex patre pendent. Spes mea in memet sita, posita est, in te acquiesco, Portus & perfugium mihi es, residet spes mea in virtute tua.

Es ist eine gute Hoffnung zu diesem Knaben.

Magna est expectatio ingenii ejus, spem affert summæ virtutis, est in egregia spe virtutis, omnia mihi summa promitto, polliceor de hoc adolescente. Sic, mirabilis est expectatio tui, magna est hominum opinio de te. Scito te in summa expectatione esse. Magna à te expectantur,

tur, quæ à summo ingenio expectanda sunt, Est tibi parata incredibilis quædam expectatio, sustines magnam expectationem imitandæ industriæ, percipiendarum bonarum artium, Magnum virum te sperant futurũ, Nihil humile, nihil vulgare, nihil angustum, omnia excelsa, ampla, mira, divina à te expectantur, nihil mediocre de te expecto.

Die geschöpffte Hofnung erfüllen/ ins Werck setzen/ was man von einem gehoffet hat.

Explere expectationem de se concitatam, satisfacere expectationi, Vincere spem aut expectationem. Omni cura providendum, ne fallat nos spes de te concitata. Omni animi contentione confirmabo spem de me conceptã, Præclarè respondere expectationi, sustinere ac tueri spem concitatam, Expectationem sive spem vincere, superare, Providendum ut tua studia cum opinione hominum consentiant.

Die Hoffnung hat mich darzu bracht.

Secutus sum hanc spem, adductus spe, concepta spes de hac re me impulit. Spes laudis me allevat, confirmat, sustentat. Provehi aliquo spe, facere aliquid fiduciâ quadã, spe incubare rei alicui, hæc spes me ducit.

Einem eine Hoffnung machen.

Facere, ostendere, injicere, afferre spem alicui, vocare, adducere in spem, in cogitationem meliorem, afferre aliquid ad spem, dare quid spei, confirmare, augere spem alicujus, oblectare aliquem jucundâ opinione, res habet spem, Concitare, movere, commovere expectationem, revocare aliquem ad spem, ostentare, proponere, afferre spem, adducere in expectationem, impellere in spem, dare spem, spem alicui relinquere, relinquere aliquid in spe, erigere ad spem. Comparare, detinere aliquem spe, alere alicujus spem, multum spei alicui adjicere, spem ferre, subministrare, rapere ad spem, excitare ad spem.

Vergebliche Hoffnung machen.

Lactare aliquem spe, inani spe, ducere, producere vanâ, sive inani spe, tenere animum expectatione cæcâ suspensum.

Einem wiederumb eine Hoffnung machen.

Revocare, referre, reducere, transferrre aliquem à desperatione ad spem, spem redintegrare, excitare, recreare aliquem, revocare, referre, reducere aliquẽ ad spem bonã. Confirmare diffidentem, jacentem animum, diffidenten excitare, opitulari, medicinam adhibere, remedium esse desperato.

Einem die Hoffnung nehmen/ entziehen/gering machen.

Orbare aliquem spe, turbare spes

ſpes, eludere expectationem, minuere, eripere ſpem, extenuare, debilitare, præcidere, opprimere, extorquere, adimere alicui ſpem, Excludere, tollere, auferre ſpem. Removere dimovere ſpe, Infringere, incidere, remorari ſpem, à ſpe avertere, deturbare de ſpe, ex ſpe.

Die Hoffnung verleuret ſich / iſt bald aus.

Spes me deſerit, ſpes extenuatur, evaneſcit, inveteraſcit, deficit, abiit, diſceſſit, evanuit, nulla ſpes relinquitur. Spes me relinquit, non habeo ferè ubi collocem ſpem, acciſæ ſunt ſpes noſtræ, infringitur ſpes, abeſt ſpes, decidere de ſpe.

Die Hoffnung fallen laſſen.

Animum à ſpe abducere, abjicere ſpem alicujus rei, depelli de ſpe, perdere, deponere, omittere ſpem.

Ich habe keine Hoffnung mehr.

Deſpero aliquid, & de aliqua re, in perditis & deſperatis habeo, nulla mihi ſpes eſt in te, deſpero à te, nulla ſpes mihi relinquitur, reliquam ſpem nullam video, nullâ habeo in ſpe hoc fieri poſſe, ne ſpem quidem expecto. Salus deſperata eſt, ſpes adempta, ſublata, nulla eſt, decidi de ſpe.

Die Hoffnung hat mich betrogen.

Spes me fefellit, decepit, deluſit, ſpes cadit in irritum, ſpes me fruſtrata eſt & fruſtratus ſum mea ſpe, falſus ſum mea ſpe, falſa lactavit me opinio, inani ſpe ductus ſum, fruſtra ſperavi, falſam ſpem alui, opinione deceptus ſum.

Es gehet anders / als ich gehoffet habe.

Non reſpondet expectationi meæ res, non ſucceſſit ut ſperabam, nõ proceſſit ex animi mei ſententia, aliter ac ſperabam contigit. Exitum habet alienum à ſpe mea.

Vnverſehens / wider mein Hoffnung vber verſehen / ohn mein Hoffnung.

Accidit, evenit præter ſpem & expectationem, improviſo, de improviſo, contra opinionẽ meam, cùm minimè expectarem, inſperato, ex improviſo nõ opinanti accidit, in improviſum, inopinatumque accidunt, Præter opinionem, repentè, præter ſpem, præter optatum, contra ſpem, contrà quàm ratus ſum.

Verzagung / Verzweiffelung / Mißtrawung.

Deſperatio, diffidentia.

Epith. Omnium rerum deſperatio, magna, fatalis deſperatio.

Verzagend / Deſperans, diffidens.

Verzagt / Deſperatus, dejectus animo, ab omni ſpe deſtitutus, propè deſperatus, nihil deſperatius.

Vnverhofft / Inſperatus, inexpectatus, improviſus.

In Verzweiffelung bringen.

Desperationem afferre, ad desperationem adducere, redigere, adigere, desperatione afficere.

Verzweiffeln / verzagen.

Desperare, desperare de re, diffidere, subdiffidere, planè se deserere & destituere, debilitari & concidi animo, in summam desperationem adduci, animo concidere, planè desperare, penitus, summè diffidere, Affici, perturbari, debilitari desperatione, deficere animo, animum ejus occupavit desperatio, cadere animo, nihil habere quo acquiescas, despondere animũ, succumbere fortunæ, putare succumbendum fortunæ, sinere se obrui magnitudine malorum, contrahere & dimittere animum, adhibere in consilium cogitationum suarum desperationem, opprimi, in desperationem venire, nõ ferre posse ictus fortunæ.

Es ist aus / es ist keine Hoffnung mehr.

Actum est, actum est de eo, acta res est, transactum est, Est res desperata, conclamatum est, habeo id in perditis & desperatis, ejus salus desperanda est, Est desperatæ, deploratæ valetudinis, res jam desperata, deplorata, perdita est, planè actum est de eo, eò redactus est, ut ope humana servari non possit. Spem melioris fortunæ habere non potest, ne salus quidẽ eum servare potest, malè ominor meis votis.

De Metu.

Furcht / Angst / Schrecken / Entsetzung / Grawen.

Timor, metus, formido, pavor, reformidatio, angor, anxietas, aculei & scrupuli solicitudinum cruciatus timoris.

Erzitterung / Verstürtzung.

Tremor, horror, terror, stupor, consternatio animi.

Epith. Maximus, summus, incredibilis, non mediocris, præcipuus, gravis, acerrimus, horribilis, parvus, minor, occultus, implacabilis, immanis, verus, falsus, fictus, cæcus, superstitiosus, communis, domesticus, subit⁹, recens, diurnus, nocturnus metus, timor, formido, &c. plurimi metus, plena omnia timoris, nocturni metus, inanes metus, improvisa formido.

Furchtsam / blöde / verzagt.

Timidus, pavidus, solicitus, anxius, pusilli, infirmiq; animi, qui ob infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem animi, ad omnes casus extimescit, pavens, suspensus metu, exanimatus, maximè sollicitus, quo nihil timidius, perturbatius, mirificè solicitus, naturâ timidus, nimis timidus, formidulosus, plenus formidinis, meticulosus, imbecillioris animi, qui umbram suã metuit, cujus animus in pedib⁹ est, qui metuit metum inanem.

Erschrocken/ erschreckt.

Exterritus, perterritus, perterrefactus, graviter exanimatus, territus, perterritus metu, perturbatus metu, perculsus timore, semivivus, exanimatus metu, quasi sauciatus jaculo, consternatus.

Erschrecklich / Terribilis, horribilis, horrendus, formidabilis, formidatus, metuendus, formidolosus, pertimescendus, valde timendus.

Zitterung/ Trepidatio, tremor, palpitatio, horror.

Erzittern / beben / Tremere, contremere, contremiscere, trepidare, toto pectore tremere, toto corpore perhorrescere, tota mente, atq; omnibus artubus contremiscere, tremore concuti, toto corpore contremiscit, perfundit eum horror, contremuit timore perterritus.

Zitternd.

Tremens, tremulus, toto pectore, tremens, tremebundus, tremiscens.

Sich besorgen/befahren.

Metuere, timere, vereri, subvereri, reformidare aliquid, extimescere eventum alicujus inceptionis, anxium, sollicitum esse.

Ich fürchte mich.

Sum in metu, in timore, Sū in solicitudine hac, sum plenus solicitudinis, præditus sum timore, sum solicitus, anxius, teneor hoc metu, habeo metum, animum pervagatur timor, extimesco formidines, angor cruciatu timoris, exalbesco, attingit me horror, perfundit me horror, formido malè, cadit in me timor, metus, me tenet timor, sustineo hunc metum, versor in metu, urgeor hac solicitudine, vexor solicitudine, extimesco, pertimesco, horreo, exhorresco, horresco, paveo totus, maximè timeo, æstuo, valde, graviter, incredibiliter, planè, animo, intimis sensibus timeo, angor, paveo.

Ich bin erschrocken / ich stehe in furchten.

Timor injectus est mihi, Metus, pavor territat mentem, animus est in timore, formidat mens, timor mihi incussus est, horror perfundit me, corculum sudat ex metu, corpus horret, perculsus sum timore, animo consternatus sum, perturbatus sum magno timore, incessit mihi timor, & incessit me timor, venio in timorem, suscipio timorem, metus me invasit.

Ich fürchte mich für diesem.

Timeo, metuo hostem, timeo, metuo mihi ab hoste, Pertimesco mihi ab ipsis, in metu hunc habeo, mihi unum hoc in metu est, metuo mihi ab illo insidias, metuo egestatem, metuit sibi periculum ab hoste.

Ich fürchte dieses dinges / ich trage Sorge dafür.

Pertimesco vicem amicorum, exti-

extimeſco de tua ſalute, timeo tuæ vitæ, magno timore afficior de te, in metu ſum propter te, malè tibi timeo, timet de honore ſuo, & honori ſuo, præcipuum metum, quod ad te attinet, habeo.

Für einem erſchrecken.

Obſtupeſcere aſpectu alicujus, conterreri, exterreri, conturbari alicujus aſpectu, horrere aſpectum aliorũ, vereri conſpectum alicujus.

Erſchrecken / ſich fürchten.

Extimeſcere, pertimeſcere, reformidare, horrere, horreſcere, cohorrere, cohorreſcere, pavere, intimis ſenſibus angi, præter modum exterreri, non mediocriter pertimeſcere, duci, rapi ad metum, incurrere metum, in timorem ſe convertere, in timorem venire, trepidatum eſt hic ab omnibus, timor exercitum occupavit.

Für Furcht etwas nicht verrichten können.

Dimoveri metu, reprimi, cogi, impediri metu, terrore, inclinari metu, prolabi in re timore, frangi metu, timor rei debilitat me, mens delibata metu concidit, metus contrahit animum.

Für Furcht vergehen / vmbfallen.

Exanimari præ timore, occidere præ metu, conſternari, ſtupefieri metu, prolabi, corruere timore, affligi, debilitari, confici metu. Me conficit ſolicitudo, animus exeditur ſolicitudine, membra debilia ſunt timore, fractus debilitatusq; metu eſt propter periculi magnitudinem. Pertimuit, vox faucibus hæſit, lingua hærebat metu. animus oppreſſus metu, diſcedere à mente timoris magnitudine.

Einen erſchrecken / eine Furcht einjagen / ein Grawen machen.

Terrere, territare, conterrere, exterrere, perterrere, perterrefacere, audacter territare, minaciter terrere, facere alicui timorem, movere alicui metum, ſtruere alicui ſolicitudinem, importare alicui ſolicitudinem, afferre alicui metum, timorem. Offerre, inferre, incutere, injicere, objicere metum, terrorem, timorem, exacuere, augere ſolicitudinem, formidinem, perturbare aliquem terrore, debilitare, affligere animos metu, afferre ad aliquem terrores, afferre aliquid triſtitiæ. Perterrere aliquem timore, opprimere animum alicujus formidine, exanimare metu, exturbare alicujus mentem, in metum adducere, ad timorem aliquid proponere, in timorem dare, addere perculſis horrorem, complere exercitum terrore, attonitum aliquem reddere.

Einen der Furcht benehmen / tröſten.

Confirmare alicujus animum, confir-

confirmare timentem, levare ſolicitũ, deducere à timore perterritum, Metum ejicere alicui, auferre, defendere à metu, ſubvenire alicujus ſolicitudini, lenire ſolicitudines, minuere, demere, levare, allevare metum, ſolicitudinem, eripere metum; detrahere ſolicitudinem, abſtergere, tollere metum, vacuum reddere metu, timore, removere metum alicui, adimere metum, Liberare, exonerare metu, afferre alicui tranquillitatem animo, eximere alicui ſcrupulum, metum levare, & metu levare aliquem, ex metu eximere, Docuiſti metum illum inanem eſſe, vindicare aliquem à metu.

Die Furcht hinlegen / ſich nicht mehr fürchten.

Reſpirare à metu deponere, abjicere metum, metum amovere, omittere timores, reſiſtere angoribus, contemnere ſolicitudines, comprimere timorem, abducere ſe ab angoribus, abducere animum à ſolicitudine, recreare ſe ex magno timore, effugere timorem, Pellere, depellere, propulſare metum.

Ohne Furcht ſeyn.

Vacare, vacuum eſſe, carere metu, procul eſſe à timore, ſine metu, ſollicitudine, angore eſſe.

Sicherheit.

Securitas, tranquillitas.

Epith. Summa ſecuritas, tranquillitas, maximè optata ſecuritas, expetita tranquillitas.

Sicher / Securus, tranquillus.

Sicherlich / tutò, tutè, ſecurè.

Sicher ſeyn.

Frui ſecuritate, perfrui tranquillitate, habere ſecuritatem, eſſe in tuto, ſecuram agere vitam, in ſecuritate agere, ſecurè agere, degere, conſtare animo, otioſo eſſe animo, ſine timore eſſe, non timere.

Sicher machen.

Reddere aliquem ſecurum, afferre alicui ſecuritatem, feciſti ut omnem timorem deponerem, abjicerem, ut auderem forti animo eſſe, ut animo vigerem, ne quid timerem, ut metu vacarem. Ad fortitudinem aliquem revocare, feciſti ut animus ſe colligeret, confirmaret, multum roboris reciperet.

De Cura.

Sorge / Cura, ſolicitudo, cogitatio multa & gravis.

Epith. Magna, maxima, ſumma, ſingularis, non mediocris, omnis, non exigua, gratiſſima, vigilans, gravis, gravior, accuratiſſima, acerrima, difficilis anceps, gravis, miſerrima, vetus, antiquiſſima, nova, quotidiana, perpetua, ſempiterna cura, Simplex, parva, minor, facilis, nonnulla cura, Multæ, plurimæ, optimæ, honeſtæ curæ, Curæ ad ſalutem publicam pertinentes.

Sorgfältig / **bekümmert** / Curioſus, curans, ſolicitus, maxi-

mè in-

mè intentus, percuriosus, bellè curiosus, nimiùm curiosus, anxius, inquietus animo, strenuus, acer, laboriosus, solicitudinibus plenus, curarum plenus.

Sorgfältig/ Curiosè, accuratè, exquisitè, cautè.

Sorgen/ Sorge tragen/ Sustinere curam, versari in cura, solicitudinem, curam habere, curâ implicari, solicitudine esse, in solicitudine esse, solicitudinem sustinere, solicitum esse, non dimittere aliquam curam, omni cura providere, hæ curę me tangunt, attingunt, afficiunt, movent, exuscitant, perturbant, commovent, afficiunt. Æstuare, satagere, in diversa rapi, animum in varias cogitationes dividere. Esse incredibili solicitudine, habere aliquid solicitudinis. Hæc res solicitat me, cogitatio rei habet me solicitum, est mihi solicitudini, distrahi curis. Esse in cura graviore, hæc res habet animum solicitũ. Distineri variis curis, vehementer occupatum esse, variis negociis impediri, multis negociis involutum, intricatum, illaqueatum, oppressum esse.

Bekümmert seyn/ sich mit Sorgen plagen.

Affici curis, occupari solicitudine, confici curis, confici cruciatu dolorum, cruciari curâ, macerare se curâ, habere curam plenam timoribus & miseriis, affligere se curis, contabescere curâ, premi solicitudine, solicitudinibus languere, curis coqui, jactari, in diversa rapi, inquietari. Animus habitat & pernoctat cum curis, excubat cura apud me. Me terrent curæ, solicitant, angunt, torquent, coquunt, exedunt animũ meum, vincitur animus, planeq; frangitur solicitudine, Ægritudo augescit mihi, agitatio mentis non acquiescit, curæ circumvallant animum, cor contabescit curis.

Für ein Ding sorgen / jhm angelegen seyn lassen.

Convertere, conferre, adhibere curam ad rem, vel in re, ponere, figere, defigere, configere curam, cogitationẽ, industriam in re, incumbere in curam, in rem curâ incumbere, habere sibi curæ, præstare curam, consumere in re curam, revocare se ad curam alicujus rei, curâ diligenti aliquam rem complecti, habere rationem alicujus rei, adhibere curam alicui, Convertere se ad curam vel in curã. Hæc res est mihi curæ, curæ meę referuntur ad hanc rem, consumuntur in hac re, opus est accurato in hac re, res mihi cordi, curæ, solicitudini est, de hac re ego videbo. Toto animo de hac re cogito, tuam utilitatem tantum specto, attendo quid res tuæ postulent, omnis cogitatio mihi est de commodis tuis, animus meus in tua utilitate fixus est

eſt, hæc me cura ſolicitat, ſum in curioſitate hujus rei, ſatagere aliena.

Für einen ſorgen/ Cavere alicui, ſatis providere alicui, proſpicere alicujus rebus, conſulere alicui, ſaluti alicujus, rationibus alicujus, Non reſpicere aliquem, curare aliquem ſolicitè, fovere aliquem, Gerere, habere, agere curam alicujus, cura eſt mihi de te.

Etwas verſorgen.

EPITH. Magna, ſumma, ſingularis, mira, admirabilis, incredibilis, inaudita, divina, conveniens, moderata, placida, perpetua conſtantia, Satis conſtantię, aliquid conſtantiæ, aliquantum conſtantiæ, nimia perſeverantia.

Beſtändig/verharrig/ſtandhafftig.

Conſtans, ſtabilis, perſeverans, nihil conſtantius, ſatis perſeverans, ſemper & in omni vita cõſtans, non ceſſans, ſemper urgẽs, inſtans, perſtans.

Beſtändiglich.

Conſtanter, firmè, firmiter, pertinaciter, indeſinenter, aſſiduè, continuè, indefeſsè.

Einen zur Standhafftigkeit vermahnen / Revocare aliquem ad conſtantiam.

Anhalten / fortfahren / ſtandhafftig seyn in ſeinem fürnehmen.

Inſtare, urgere, reſtare fortiter, conari, facere, quod inſtitueris, inſiſtere iiſdem veſtigiis, perſiſtere in ſententia, obfirmare ſe, certare ſecum ipſe, manere in voluntate, tenere inſtitutum, perſiſtere in aliqua re, in propoſito manere, à propoſito non deterreri poſſe, urgere reliqua, progredi ad aliquod exemplum conſervare ſuum inſtitutum, ad aliquem modum pergere, in aliquo ſtudio perſiſtere, perſequi aliquid blãdiente progreſſu, cõſtanter perſiſtere in ſuſcepto conſilio, obdurare, perſiſtere in via, quam ingreſſus ſis, porrò progredi cogito, conſtanter in eo, quod inſtitutum eſt, pertendere, ardenter ſuum propoſitũ perſequi, ab incepto non deſiſtere, perpetuò adhæreſcere rei, perſequi iter, quod quiſpiam ingreſſus eſt, permanere in ſuſcepto conſilio, fortiſſimè, cõſtãter perſeverare, adhibere conſtantiam, præſtare conſtantiam, perſeverare in conſtantia, nullũ finem facere agendi aliquid, nõ facere finem rei, non deſiſtere, non parcere operæ ſuæ, non ullum prætermittere tempus, vel locum agendi, non defatigare, non ſuccumbere labori, neque diem neque noctem intermittere, tundere eandem incudem dieſq; nocteſq;.

Fahre alſo fort.

Perge ut cœpiſti, tene, urge tuum inſtitutum, tene, quem cœpiſti curſum, tene quâ viâ ire cœpiſti & perge, tuam conſuetudinem tuere & ſerva.

Fort-

Fortkommen in einem Dinge / etwas drinnen verrichten.

Procedere, progredi in aliqua re, facere progeſſionẽ, progreſſum, proceſſum facere, proceſſum efficere, profectum facere.

Einen hindern/daß er nicht kan fortkommen.

A progreſſu arcere, à progreſſu tardare.

Nicht fortfahren/ſein Vorhaben bleiben laſſen.

Remittere de perſeverantia, diſcedere à conſtantia, ſine conſtantia eſſe, à propoſito declinare, egredi, aberrare.

Wieder zu ſeinem Vorhaben kommen/Ad propoſitum reverti, redire.

De Impedimento.

Hindernis/Verhinderung.

Impeditio, impedimentum, impedimenta naturæ, mora, remora, retardatio.

EPITH. Magnum, improviſum & inopinatum impedimentum.

Hindern / verhindern / auffhalten.

Impedire aliquem, obſtare, obſiſtere, impedimento eſſe alicui, impedire aliquâ re, Inferre impedimentum, moram objicere alicui, præpedire, demorari, detinere, falsâ ſpe producere, extrahere, retinere, tardare, tenere aliquem, obſepſerunt viam hujus rei agendę occupationes, Moram afferre, officere, præpedimentũ objicere alicui, retardare aliquem, acceſſit mihi aliquid improviſi & inopinati impedimenti, impediri occupationibus.

Einen an ſeinem Thun / oder Geſchefften verhindern/verſäumen.

Interpolare occupationes alicujus, abducere aliquem ab occupatione, avocare aliquem à ſuſcepto ſtudio, intervenire alicujus occupationibus, multa mihi, ne id faciam, obſtant. Hæc res me facit tardiorem & timidiorem, per moleſtiſſimum oculorum dolorem citius non licuit, multa ſunt, quæ mihi ad eã cogitationem ſuſcipiendum ſanè quàm incommoda ſunt, impedire curſum alicujus negocii, avocare aliquem à negociis, ab occupationibus, obſtrepere alicui occupato, Per te ſtetit, quo minùs id facerem, Prohibuit ne id facerem, à progreſſu arcere, tardare.

Eine Sache verhindern.

Diſturbare aliquam rem, Hanc rationem natura rei præcludit, moliri aliquid ad rem aliquam impediendam, ſe interponere, interturbare, objicere difficultatem, objicere impedimenta, occurrere, obviam ire, procedere alicui rei.

Armuth hindert an Ehren.

Paupertas prohibet, arcet, ſummovet ab honoribus, impedimento eſt honoribus, intercludit aditum ad honores, facit ut ho-

ut honores consequi non liceat, magnas difficultates objicit eũtibus ad honores, magna impedimenta opponit, viam obstruit ad honores, Cursum honorum impedit, interrumpit.

Einen an seinem Nutz hindern.

Obsistere alicujus commodis, adversari utilitati alicujus, commodũ alicujus remorari, remoram facere commodis alicujus.

Ich werde auff der Reise verhindert/ auffgehalten.

Tempestates me morantur, me retinent, tempus nubilum obstat, quo minùs veniam, interseptum est mihi hoc iter, vis hiemis me retardavit, Etesię nos morantur.

Vngelück vnd Gefahr verhindern.

Amovere malum, prævacere mala; prohibere aliquem à periculo, avertere furorem alicujus à repub. Depellere malum à cervicib⁹, repellere jugum servitutis, discutere pericula, propulsare periculum, reprimere pestẽ.

Eines Feindes oder bösen Menschẽ Vorsatz verhindern.

Impetum hostium frangere, debilitare, irritum facere, inanẽ reddere, reprimere, retundere, opponere, objicere se alicujus cupiditati, occurrere, obviam ire alicujus conatibus, frenos alicui injicere, retundere alicuj⁹ audaciã, reprimere conatum alicujus, privare potestate aliquid faciẽdi, oppugnare alicuj⁹ consilia, dissipare alicujus consilia, propellere impetum inimicorũ, retardare impetum, conatum alicujus refutare, prohibere, depellere, repellere, à conatu propellere, repellere, reniti, cohibere alicujus cupiditates.

Einem widerstehen / widerstreben.

Adversari, repugnare, obsistere, resistere, reluctari, occurrere alicui, cõfidẽter occurrere, fortiter, audacter resistere, occurrere quantũ fieri potest, obstrepere alicujus voluntati, adversari voluntati, reniti.

Hinderniß aus dem Wege räumen/ vberwinden was schwer ist.

Superare impedimentum diligentiâ, superare aliquâ ratione quæ obstant, ab impeditione liberari vel liberum esse, expedire nodũ, perfringere repagula, evellere spinas, exsorbere difficultates.

Verhindert/ Impeditus, præpeditus, valde impeditus.

Ohn hinderung/ Expeditè, nemine obstante, sine omni remora, nullis objectis impedimẽtis.

De Difficultate.

Beschwerde.

Difficultas, gravitas, moles, incommoditas.

Epith. Magna, summa, incredibilis difficultas, difficilis nodus, multæ difficultates, domesticæ difficultates.

Schwer/ nicht leichte.

Difficilis, gravis, molestus, operosus, laboriosus, arduus, una

res omnium difficilima, perdifficilis, perarduus, subdifficilis, gravis, admodum, omninò difficilis, difficile factu, asperũ, molestum, haud facile factu, omnium difficilimus, plenus laboris, arduus & plenus laborum, res summi laboris, plena difficultatis, magni ponderis negocium, opus multo negocio constans.

Schwerlich.

Difficile, difficulter, difficiliter, ægrè, perdifficiliter, gravè, gravatè.

Ein Ding schwer machen.

Afferre alicui rei difficultatem, hæc res objicit legenti difficultatem.

Etwas schweres für sich haben / schwer Ding machen / es ist mir sehr schwer.

Incurrere, delabi in difficultates, incidere in salebras, incidere in nodum difficilem, appellere ad scopulos, morari in tricis, hærere in salebra, affligi difficultatibus, affici difficultatibus, multum negocii habere in aliqua re, implicari difficultatibus, habere difficultatem, mihi imponitur difficultas.

Es ist ein schwer Ding / ein schwer Werck / es bedarff viel Kopffs.

Res hæc habet multum difficultatis & laboris, posita est in magno labore, difficilis res est, minimè facilis, plurimum habet difficultatis, negocii, laboris. Non est res, quę parvo negocio, levi labore, non magno studio possit effici, Magnæ difficultatis, multi laboris est, non operis exigui est, gravissima, laboriosa, operosa res est, in hac re multi sustinendi labores, multũ operæ ponendum, multùm vigilandum, multùm excubandũ animo, non leviter laborandũ; hic studii multũ, industriæ plurimum est adhibendum; opus est ingenio & industriâ ad hanc rẽ, requiritur ingenium ad hanc rem, arduum & difficile videtur, magnum sæpe negociũ hæc res eruditis exhibuit. Præcepta virtutis multis sunt obstructa difficultatibus, sunt res involutæ & quasi inenodabiles, nõ sũt, quarum vis virium, ea res singularis cujusdam artificii indiget, difficiles hoc habet explicatus, incurrit hæc res in magnam difficultatem, huic rei difficultatẽ affert, objicit illud; arx virtutis difficili ascẽsu est & ardua, ægrè hæc res obtineri potest, hac re potiar difficulter, haud facilè id consequi potero.

Ich werde abgeschreckt / weil es schwer ist.

Difficultas me deterret, exanimat, frangit, debilitat, reprimit, eripit mihi alacritatem.

Weil es so schwer ist / so hab ich desto besser Lust darzu.

Difficultas rei me exacuit, extimulat, cõfirmat; mihi animum addit, acuit, auget, exuscitat, accendit, incendit, inflammat, allicit

allicit animum.

Ein schwer Ding leichter machen.

Levare aliquem gravitate, mole, expellere molem à cervicibus, tollere difficultates, minuere alicui laborem, moliri, tollere difficultatem pro virili.

Vnnüglich/Impotentia.

Es ist vnnüglich/es kan nicht geschehen.

Fieri nullo modo potest, fieri non potest, abhorret hoc à natura, & natura abhorret ab hac re, fieri per naturam non potest, Per virium imbecillitatem hoc consequi non possum, in hanc mediocritatem cadere non potest, negant fieri posse, operam in eo perdit, qui id assequi conatur, diffido me præstare posse, est idem ac si quis volare conaretur, Repugnat, adversatur naturæ, vel natura repugnat, adversatur, reclamat.

De Officio.

Musse / Müssiggang / Zeit.

Otium, otiolum, vacatio, tempus, spacium, requies, tempus ocii & quietis plenissimum, amœnissimus secessus, loc⁹ quietis & tranquillitatis plenissim⁹, omnium rerum vacatio, commoda vacatio, libera & ociosa cessatio, oblectationis plena requies, tempus subsecivum, tempus exceptum & subsecivum.

Epith. Maturum, magnum, summum, nimiùm, vix satis honestum, moderatum, optabile, optatissimum, luxuriosum, inertissimum, desidiosum, mollissimum, commune ocium; multum, plus, plurimum ocii, oblectatio ocii honestissima, commoda vacatio.

Müssig/loß von allen Händeln/ein Müssiggänger.

Ociosus, quietus, vacuus, vacans, tranquillus, valdè ociosus, minùs ociosus, nihil agens, feriatus, vacuus ab opere, solutus omni opere, vacat curâ & negocio, liberior & solutior jam est, omnia actione vacuus, ociosus, nihil rerum agens, nullis negociis obstrictus, obseptus, occupatus, est ei laboris fuga, amor ocii.

Einen Feyertag machen/ machen daß einer müssig wird.

Reddere aliquem quietum, ociosum, vacuum, perducere aliquem ad ocium, omnem curam alicui adimere, laxamentum alicui dare, hoc attulit mihi ocii aliquid à quotidianis laboribus, concedo tibi ocium, per me tibi ocioso esse licet. Dare, suppeditare, concedere, tribuere alicui ocium, impertire alicui quietē, præstare alicui ocium, efficere ut aliquis ocio fruatur.

Lust zu Müssiggang haben.

Sequi, amplecti, complecti, amplexari ocium, ocii studio duci, ocio inhærere, sic complexus est ocium, ut ab eo divelli non possit, delector ocio, ocium me delectat.

Sich auff Müssiggang legen / zur Ruhe begeben.

Referre, conferre se in ocium, confugere in portum ocii, perfugere ad ocium, descendere ad quietem, quærere ocium, dedere se ocio, cessationis furtũ quærere, ad ocium se convertere, in ocium ire, missos facere labores, vitam quietam & ociosam sequi, dare se in molissimi ocii nexum, captare ocium, ætas à diurnis laboribus deflexa ad ocium.

Müssig seyn / Zeit haben.

Ociari, vacare, abundare, affluere ocio, vivere in ocio, perfrui ocio, uti vacatione, esse ociosum, in ocio esse, est mihi ocium, præbere se ociosum, habere vacuum tempus, sedere ociosum, quietum, abhorrere à negociis, ocio indulgere, ocium colere, nihil agere, cessare, vacare ocio, desidere, ocium tenere, otio frui, vacui tẽporis aliquid habere, concedetur mihi, contingit ocium, in summo ocio esse, summa est ei rerum tranquillitas, summa est ei animi quies, vivit suo arbitratu, spacium jam est, tempus est, tempus fert, tempus, spacium habere, operæ est, vacare animo, tempora subsecivа incurrunt, quicquid mihi est subsecivi temporis.

Er hat nichts zu thun / er ist müssig.

Vacui temporis aliquid habet, deest quod agat, opus tuis operariis deest, vacat à rebus seriis, per occupationns hoc ei licet, negociis vacat, liber est à negociis, quies est ei à negociis, negocia jam quiescunt, negociorũ nihil est, quiescit jam à negociis caret labore, vacat negocio, vacatio ipsi datur à re, tempus vacuũ & liberum ipsi datur & conceditur, remissus est à labore.

Für die lange weile.

Animi gratiâ hoc feci, temporis fallendi gratiâ, & animi laxãdi, recreandi gratiâ, ad fallendũ tædium temporis, temporis causâ fit.

Sein Leben in Müssiggang zu bringen.

Ociosam ætatem & quietam, sine ullo labore traducere, degere omnem ætatẽ in tranquillitate, Quietam, ociosam, tranquillam vitam ducere, traducere, agere, peragere, vivere, facilem ac expeditum habere vitæ cursum, tranquillè prorsus agere, omni molestiâ vacare, ocio frui jucundissimo, commodissimo, uberrimo.

Die Zeit in Müssiggang / vergebens zu bringen.

Ocio diffluere, languere ocio, hebescere ac languere ocio, torpere cessatione, tabescere ocio, dormitare in ocio, esse ociosum in ocio, vacuum tempus in ocio terere, perdere, consumere, trãsigere. Inficere, mollire animum ocio.

Seine Zeit auff etwas wenden.

Con-

Conferre ocium ad aliquā rem, Consumere, conterere ocium in aliqua re sumere subsecivi tẽporis aliquid ad aliquam rem, fructus ocii mei mihi constat.

Zeit bekommen.

Nancisci ocium, nancisci laxamentum, datur mihi aliquid vacui temporis.

Zeit nehmen.

Sumere sibi aliquid tẽporis, ociũ recuperare, ociũ redimere.

Müssiglich.

Ociosè, remissè, tranquillè.

De Ignavia.

Faulheit.

Ingnavia, inertia, pigrittia, segnitia, desidia, socordia, oscitatio, torpor, veternus.

EPITH. Inertissima, turpis ignavia.

Faul/träge/verdrossen/langsam/schläfferig/laß.

Ignavus, iners, languens, languidus, piger, segnis, desidiosus, socors, deses, tardus, nihil ignavius aliquo, homo laboris non nimium tolerans, expers operis & laboris, somni plenus, nihil agens, amicissimus ocio, desidiæ plenus, ocio diffluens, fugiens laboris, remissus animo.

Faulheit.

Ignavè, ignaviter, remissè, lentè, oscitanter.

Einen faul/träge machen.

Afferre languorem, desidiam, facere, afficere languidiores mẽtes, reddere segniorem, pigritiam incutere.

Sich auff Faulheit begeben/ auff die faule Seite legen.

Confugere ad portum inertiæ, desidiæ, dedere se languori, desidiæ, inficere animum desidiâ, dare se ignaviæ.

Faul/ trege seyn.

Pigere, desidere, dormitare, torpere, oscitari, indormire, egere calcaribus, desidiæ plenum esse, pigritiâ tabescere, socordiâ languere, languido animo esse, cõfici languore, dormire ex lassitudine, abhorrere à negociis, vitare, fugere, defugere, effugere, subterfugere, recusare laborem.

Einen Faulen auffmuntern.

Revocare languentem & defessum ad virtutem, excitare & incitare socordem, commovere languentem, indormientem tãtis rebus excitare.

De Procrastinatione.

Verzug/Auffzug/ Auffschub/ Verweilung.

Procrastinatio, cunctatio, mora, dilatio, prolatio, productio, prorogatio, commoratio, dilatio temporis.

EPITH. Minima, ociosa, odiosa dilatio, cessatio, procrastinatio. Longa, justa, probabilis, nefanda mora, paululum moræ.

Seumig/langsam/verzöglich.

Cunctator, cunctans, procrastinator, morator, dilator, lentus, lentulus, quotidie differens, protrahens, trahens, procrastinans, nihil lentius, tardius.

Auffgeschoben/ verzogen.

Prolatus, productus, prorogatus, in diem ex die dilatus, toties dilatus, in posterum dilat⁹, prolatus, productus, in breve tempus dilatus.

Langsam.

Tardè, lentè, cunctanter, sensim, aliquantò lentius.

Sich seumen / verweilen / warten / langsam seyn / verziehen.

Morari, tardare, cunctari, commorari, immorari, residere, sedere, cessare, prolatare, consistere, subsistere, resistere, Nectere, facere, interponere moram. producere moras, esse in aliquo morã, paululum hærere, totos dies commorari, ducere diem, referre se in aliud tempus, lentê, lentius agere, cessatorem esse in re aliqua, esse tarditatem in aliquo.

Einen auffhalten/verseumen.

Aliquem morari, demorari, remorari, tenere, detinere, distinere, valdè morari, multis morari, pluribus tenere, diutius, diutissimè tenere, commorari, tardare, retardare, vehemẽtissimè tardare, afferre alicui tarditatem, moram, Moram inferre, injicere, adjungere, impedimentum inferre, injicere, obstare, Sum hisce rebus mora, sum in mora hisce rebus, per me est hisce rebus mora, trahere aliquem operis expectatione, animos nostros detinuisti expectatione suspensos, tenere aliquem suspensum animi & animo, manum alicui injicere. consistere, cogere.

Eine Sache oder etwas auffschieben/verschieben/verlängern/ auffziehen.

Aliquid differre, proferre, ducere, producere, trahere, protrahere, prorogare, procrastinare, rejicere, ampliare, in breve tempus differre, in multam noctem producere, in longinquum tẽpus differre, in posterum, in crastinum, in diem tertium, ex die in diem differre, proferre, sæpi⁹ proferre, uti prorogatione, ducere diem ex die, reservare in alia tẽpora, sumere alium diem, eximere diem, producere quid in mensem aliũ, interjicere spacium, statuere diem satis laxam, spes prorogatur alicui in alium diem, assiduè diem ex die ducere, rem extrahere, pœnas in diẽ reservare, producere, proferre, protrahere diẽ nuptiis, producere moram alicui rei, bellũ ducere, in hyemen ducere bellum cogitabant, diem latius proferre protendere aliquid in aliquem mensem, rem protrudere, suspẽdere rei moram, facere, injicere.

Die Sache ist auffgeschoben worden/ hat sich verzogen/ hat lange gewehret.

Res rejecta, producta, dilata, prolata, protracta, protrusa est in sequentẽ diem, mensem, annũ, Res in longũ differtur, controversia usq; in noctem ducta, res perducta disputatione, usq; ad mediam noctem, res tracta in

serum

ſerum diei, mora interponitur ejus rei causâ, cauſa transfertur in ſequentum annnum, putantur detrudi comitia in proximũ annum, prorogata dies certaminibus, in añum extrahitur, protenditur, rejicitur in aliud tempus, reſervatur.

Wir wollen diß ſparen / aufſchieben/bleiben laſſen/biß wir zuſammen kommen.

Hæc & alia multa aliquando coràm, Hæc coràm fortaſſis cõmodiùs, hæc reſervabimus in congreſſum noſtrum, hæc præſenti ſermoni reſerventur, hæc brevi inter nos agemus, hęc ipſi inter nos communicabimus.

Sein Jawort aufſchieben/nicht bald zuplatzen.

Cohibere aſſenſionem, ſolutio interdum ſuſtinẽda eſt, rem ducere, ſuſtinere, cohibere, ſuſpendere.

De Negligentia.

Vnachtſamkeit / Vnfleiß/ Nachleſſigkeit.

Incuria, negligentia, indiligentia, neglectio, oſcitatio, ſocordia, torpor.

Epith. Magna, ſumma, mira, diſſoluta, agreſtis, turpis negligentia, incuria, obſcura quædã diligentia, deformitas negligẽtiæ, inertiſſima ſocordia.

Vnachtſam / nachleſſig/ vnfleiſſig.

Incurioſus, negligens, indiligens, oſcitans, diſſolutus, remiſſus, dormitans, ſupinus, negligens & diſſolutus, nimium diſſolutus, deſidioſus.

Vnfleiſſiglich/hinleſſiglich.

Negligenter, indiligenter, oſcitanter, conſultò negligẽtiùs, multò negligentiùs, tam oſcitãter, parùm diligenter, ſine omni cura nullo adhibito ſtudio.

Vnfleiſſig ſeyn/ thun/ handeln/ der Sachen vnfleiſſig abwarten / keine acht drauff haben.

Agere negligenter, prætermittere negligentiâ, dimittere uſum rei, agere aliquid ſomniculosè, abjicere curam rei, eſſe remiſſiorem, eſſe animo omiſſo, diſſoluto, non ſatis diligenter dare operam rei, non magnipẽdere, non magnifacere, nõ rumpere ſuos ramices alicujus cauſa, ſusq; deq; habere aliquid, ſõniculosè aliquid perſequi, agere negocium ociosè, vigilantem domire, non agere accuratè, nõ diligenter, nõ ſtudiosè, brachio levi aliquid agere, indiligentem operam adhibere, maximum campum leviſſimo ſaltu transvolare, negligentiâ languere.

Es iſt aus nachläſſigkeit geſchehen.

Res prætermiſſa, amiſſa, deſerta, diſſoluta eſt negligentiâ, res evanuit negligẽtiâ, incuriâ fratris hoc eſt factum, negligentia ipſi obſtitit, impeditus fuit negligentiâ & pigritiâ, negligentia ipſum retardavit, factum eſt per fratris negligentiam, & negligentiâ.

De Inconſtantia.

Vnbeſtändigkeit/Leichtfertigkeit.

Inconſtantia, mobilitas, varietas voluntatis, levitas, flexibilis volũtas, mobilitas ingenii; mutabilitas ingenii.

Epith. Magna, turpis, nimia levitas.

Vnbeſtändig/wanckelmütig/leichtfertig/

Inconſtans, mobilis, varius, vagus, præceps, fluctuans; nihil inconſtantius, ridiculè incõſtans, parùm conſtans; animo mobili, non ſui ſimilis, mobilior plumâ aut folio, homo inconſtantis animi, levis animi, mobilis, inſtabilis, parum firmi animi, ingenii ancipitis, ad omnem ſpem mobilis, homo commutabilis animi & multiplicis, leviſſimus, vani & mutabilis ingenii; ingenii temporalis.

Wanckelmütig/ vnbeſtändig ſeyn.

Remittere de perſeverantia, diſcedere à conſtantia, amittere conſtantiam; ſine conſtantia eſſe, non retinere conſtantiam, levitate à propoſito diſtrahi, non urgere propoſitum; relangueſcere, mutabilitate quadã à propoſito deduci; mobilitate ingenii à propoſito avocari, commutatione voluntatis propoſitum abjecit.

Vnbeſtändiglich.

Inconſtanter, leviter, variè.

De Faſtidio.

Verdruß/Eckel/Sattigkeit.

Faſtidium, ſatietas, tædium, nauſea;

Epith. Multum ſatietatis & faſtidii, minimum, delicatiſſimum, vitioſum, inſolans faſtidium.

Der ein Verdruß an einem Dinge hat.

Faſtidioſus nauſeans; abhorrens.

Mit Vnluſt/Faſtidioſè.

Dieſes macht einem ein Vberdruß/ man wird ſeiner ſatt.

Hæc res affert faſtidium, parit, facit, dat ſacietatem, ſatietate afficit, faſtidio fit, faſtidio eſt, tædioſa & moleſta eſt, oneri eſt, habet ſatietatem.

Ich habe des Dings ſatt / ich hab ein Verdruß dran / es iſt mir zuwider.

Cepit me hujus rei ſatietas, & cepi ſatietatem hujus rei, cepit me odium, tædium hujus rei, in faſtidio mihi hæc res eſt, affectus ſum ſatietate hujus rei, faſtidiũ eſt mihi hujus rei, ſatiatus ſum faſtidio rei; tenet me mei ſatietas, explevi naturam ſatietate, defatigatus, defeſſus ſum ſacietate; abalienatus ſum faſtidio, abhorreo ab hac re, faſtidio hãc rem & hujus rei, nauſeo ad hanc rem, tędet me hujus rei, tenet me odium ſcribendi.

Verdruß vberwinden.

Vincere, devincere, ſuperare, devorare, concoquere tædium, ſuperare ſatietatem, bono ſtomacho eſſe oportet, qui tot nugas devorare poſſit.

Den Vberdruß lindern/abwenden/ machen daß man eines Dinges nicht vberdrüſſig wird.

Occurrere ſatietati, hac re relevantur ſatietas & faſtidium, levare tædium, diſcutere faſtidium, nauſeam, tædium, depellere faſtidium, vitare ſatietatẽ, fugere, relevare ſacietatem.

De Omißione.

Vnterlaſſung/Ablaſſung.

Intermiſſio, omiſſio, prætermiſſio.

Etwas vnterlaſſen/laſſen anſtehen/ beſeits ſetzen / ligen laſſen.

Prætermittere, omittere, intermittere aliquid, quaſi tranſactum relinquere, conſulto relinquere, mittere, continere ſe ab aliqua re, abſtinere manus, fugere aliquam provinciam, ſubterfugere aliquid, removere ſe à negocio, gravari aliquid facere.

Ablaſſen/auffhören/ein Ding nicht vollenden.

Deſiſtere, ceſſare, Deſiſtere, ceſſare conatu, refugere ab inſtituto, confugere in ocii portum, facere modum rei, liberare ſe labore, removere ſe à labore, ab incepto deſiſtere, deſinere, abſtinere ab aliquo conſilio, nõ exequi perſequi rẽ, abjicere aliquod cõſiliũ, vel inceptũ, quod habeas in manib⁹, ſuperſedere re, ſuperſedere labore itineris, intermittere opus, deſinere artem.

Etwas anſtehen laſſen/ vnd ein anders für die Hand nehmen.

Aliquid poſtponere & aliud agere, ponere aliquid poſterius, & alteri operam dare, omnibus rebus poſt habitis hoc agam, retrò aliquid ponere, negligere hoc & aliud agere, miſsũ aliquid facere, miſſum aliquid habere.

Innen halten/ auffhören.

Conquieſcere, quieſcere, conquieſcat pauliſper lectio, conquieſcamus.

De Fatigatione.

Müdigkeit/Mattigkeit.

Languor, laſſitudo, defatigatio, defatigatio membrorum.

Müde/ Matt.

Fatigatus, defatigatus, feſſus, defeſſus, laſſus, languidus, admodum defatigatus.

Müde machen.

Defatigare, dare aliquem ad languorem, reddere laſſum, afferre languorem, languefacere, facere languidiorem, debilitare enervare, mollire, laſſitudine afficere.

Müde werden/müde ſeyn.

Defatigari, exanimari curſu. exanimari laſſitudine, defatigari ambulando, venire feſſum de via, non ſuppeditare labori, cõfici languore, affici laſſitudine, lãgueſcere, languere, admodum defatigari, frangi labore, defatigatione.

gatione, ingravescere, defatigatione retardari, de lassitudine languere.

Müdigkeit vertreiben.

Lassitudinem abigere, lassitudinem abstergere, eximere.

De Quiete.

Ruhe / Musse.

Quies, requies, tranquillitas, cessatio, intermissio, studium requiescendi; oblectatio animi, requiesq; curarum; tranquillitas animi.

Epith. Summa tranquillitas, plenissimus locus quietis & trãquillitatis, placatissima quies, oblectationis plena requies.

Ruhig / müssig.

Quietus, tranquillus, ociosus, quiescens, acquiescens, nihil quietius, paulò quietior, semper quietus, interdum acquiescens, nunquam quietus.

Ruhe machen / Ruhe bringen.

Afferre alicui requietem, tranquillitatem, revocare aliquẽ ad quietem, tranquillare aliquem, dare, suppeditare, cõcedere, tribuere, impetire alicui quietem.

Nach Ruhe trachten / Ruhe suchen.

Sequi tranquillitatem vitæ, animum à labore ad ocium traducere, tradere se quieti, quærere requiem, relaxare se occupationibus, exsolvere se occupationibus, sevocare animum à negociis, quietem quærere & recipere se ad quietem.

Ruhen.

Quiescere, acquiescere, conquiescere, perfrui tranquillitate, uti quiete, requietem habere, capere quietem, acquiescere aliquo in loco, curare corpus, degere in tranquillitate, requiescere, satis quiescere. Paulum, paululum, paulisper quiescere, requiescere, libentissimê requiescere, semper quiescere.

Ruhe verhindern / zerstören.

Interrumpere, impedire, turbare, interturbare alicuj⁹ quietem.

Ruhiglich.

Quietè, tranquillè, sedatè, placidè.

Unruhe / Inquies, turbatio, interturbatio.

Unruhig / Inquietus, nunquam quietus.

Erquickung / Erleichterung / Ergetzung.

Recreatio, renovatio, reparatio, redintegratio, instauratio, refectio, animi laxatio.

Erquicket / Recreatus, redivivus, renovatus.

Einen erquicken / zu frieden stellen.

Recreare, reficere aliquem, recreare, reficere mentem alicujus, recreare afflictum animum, facere animum alicujus firmiorem, relevare alicujus animum, afferre remissionem animi, addere alicui animũ, excitare abjectũ, afferre, instillare aliquid animi, levare aliquem ægritudine, demere alicui molestias, delere alicui molestiam, absterge-

gere alicui molestias.

Sich erquicken/erlustigen.

Recreare, reficere se, descendere ad animi remissionem, condire tristitiam temporum hilaritate, tollere oculos, confirmare animum, confirmare se colligere se, reficere se ex labore, oblectare se, redintegrare vires, allevari, respirare, reviviscere, redire ad se, petere oblivionem dolores à re aliqua, petere medicinam doloris ex re aliqua, asperitatem studiorum mitigare & mollire musarum cantibus, petere allevationem graviorem cogitationũ ex musarum cantibus, reperire allevationem, facultas mei recipiendi datur, mei colligendi facultas relinquitur.

Ablassen/auffhören/abstehen.

Cessare in opere, deponere de manibus opus, desinere, consultò relinquere, desistere, omittere rem, conquiescere, desistere ab incepto, suspendere rem, rem in medio relinquere, valedicere rei, vel longum valedicere, susceptam rem abjicere, institutũ omittere, facilè desistere, illicò, citiùs desistere, nunquam desistere, ne ad punctum quidẽ temporis respirare, abrumpere ludum, incipe ubi proximè destitisti, ubi proximè finieras.

De Fine.

Ende/Außgang/ Finis, eventus, eventa, *plural.* exitus.

Guter Außgang/gewündschtes Ende.

Bonus, melior, prosper, fortunatus, secundus, optatus, optabilis, jucundus, lautus exitus, finis rei, finis præstantior & divinior, eò res ipsa cæteris præstantior.

Böser Außgang/Ende.

Gravis, tristis, molestus, amarus, fœdus, exitialis, adversus, perniciosus, exitialis, crudelissimus, luctuosissimus exitus, eventus, finis.

Ungewisser/unversehener Außgang.

Inopinatus, improvisus, incertus, dubius, varius eventus, exitus, communia eventa.

Endung/das eusserste.

Terminus, terminatio, extremitas, extremum, ultimum, consummum.

Das letzte.

Extremus, postremus, supremus, summus, ultimus, novissimus.

Geendet/fertig.

Finitus, terminatus, conclusus, consummatus, absolutus, fectus, perfectus.

Das sich endet.

Finiens, desinens.

Den Außgang zu vorsehen.

Videre, providere, scire, cognoscere, prædicere exitum vel eventum rerum.

Befahren/fürchten/wie es möcht hinauß gehen.

Pertimescere, extimescere, perhorrescere eventus vel exitus, extimescere eventum inceptionis

nis periculoſæ, metuo ne id conſilii cœperim, quod explicare non facilè poſſim, exitum conſilii mei extimeſco, conſilium à me captum, ut eum quem volo exitũ habeat, opto magis quàm ſpero, utinam conſilio meo reſpondeat exitus, timeo tamen, ne non ita ſit. Vereor ne non optimè quod deliberavi ſuccedat, procedat, meum conſilium quò ſit evaſurum timeo, quàm feliciter mihi eventurum ſit ex conſilio meo, planè non video, equidem adverſa metuo, timeo mei conſilii quis ſit exitus futurus.

Ich weiß nicht wie es möcht hinauß gehen / Utrùm res eum finẽ qui principio reſpõdeat, à principio non diſſentiat, non diſcrepet, habitura ſit, ignoro, futurùmne ſit, ut extrema cum primis conjugantur, contex..atur, extrema primis reſpondeant, conſentiant, ſimilia ſint, non diſpicio, quem ſit exitum res habitura, ſimilem ne an diſſimilem principio, ſuſpicari nõ poſſum.

Einen guten Außgang gewinnen / wol gelingen / wol gerathen.

Provehi ad optatos eventus, exitum habere exoptatum, felicem, qualem volumus & optamus, res ex animi noſtri ſententia ſuccedet. Succeſſu res, quò volumus, eo concludetur, terminabitur. Eventus rei erit optimus, evadet res quo volumus, non aliter cadet ac volumus, ſequetur id quod optamus, optatis fortuna reſpondebit, rem cõſequetur exitus, eventus, finis exoptatus, procedere ex ſententia, benè evenire, bellè cadere, melius cadere, accidere, evenire, præclarè, optimè cadere, percõmodè, peropportunè, perquàm venuſtè, ex voluntate, proſperè, fauſtè, feliciter, benè & proſperè, frugaliter evenire, provenire, cadere, accidere, rem exitu vel eventu eſſe bono, licet ſperate ſecundiſſimum eventum, nihil adverſi timere, omnia ſecunda, qualia volumus, omnia ex noſtra voluntate, ex noſtra animi ſententia ſperare poſſumus.

Ein Ding wol hinaußführen.

Ex ſententia rem gerere, feliciter expedire, cõficere, ad eum quem volumus, exitum perducere, felici exitu concludere. Efficere ut res optimè ſuccedat, ut exitum habeat res quem volumus, ne quid adverſi contingat.

Gott gebe gut Gedeyen / guten Außgang.

Deus piorum conſilia & conatus ad bonos exitus ducit, provehit, Dat conſiliis felicem exitum,

Ubel gelingen / ubel hinauß gehen / einen böſen außſchnitt gewinnen.

Malè evenire, præter, contra voluntatem, cogitationem, opinionem cadere vel accidere, rẽ exitu eſſe malo, eventu eſſe malo,

lo, nihil procedit, res vertit malè, perincom̃odè cadere, iniquè, deterrimè cadere. En quo magnifica Justiniani promissa ceciderunt? contra quàm volebam, non ut volebam, secus ac volebam, aliter atque opinabar evenit, accidit, contingit, successit. Optatum exitum res consecuta non est, cupiditatem fortuna frustrata est, fefellit, delusit, irritam fecit.

Ein Ding enden / vollenden / zum ende bringen.

Afferre finem rei, producere rem ad exitum, imponere fastigium rei, facere finem, concludere rem, exitu, terminatione aliquâ, finire, claudere, concludere rem, facere finem, modum rei, statuere finem, expedire, conficere, absolvere aliquid, invenire, reperire finem, consequi exitum.

Ich habs zum ende bracht.

Perfunctus sum hoc labore, labori finem feci, finem imposui, laborem terminavi, ad finem, ad exitum perduxi, summam, ultimam manum imposui, complevi, confeci rem, addidi rei colophonem.

Die Sache laufft kompt zum ende.

Res venit, pervenit ad exitum, res spectat ad exitum, provehũtur, adducuntur ad exitum, habent finem, exitum, sunt in exitu, rei exit⁹ appropinquat, parũ abest quin ad exitum res pervenit, res eò processit, ut ab exitu non longè absit, ut ad exitũ ferè pervenerit, ut exitum penè attigerit. Rei finem ferè attigi, in exitu ferè sum rei.

Gott gebe Glück zu / daß es wol gerathe.

Quod agis Deus approbet, cõfirmet, ratum esse velit, ex animi sententia succedat, optimè, egregiè, præclarè.

Umbsonst arbeiten / vergebens / vergebene Mühe auffwenden / nichts außrichten.

Sumere operam frustrà, capere inanem laborem, suscipere laborem frustrà, ludere operam, conterere operam frustrà, perdere operam, perdere operam & oleum, agere actum, vel actam rem, lavare laterem, detrahere nudo vestimenta, piscari in aëre, narrare fabulam surdo, f[illegible]ere verba mortuo, nugas agere, fortuna elusit conatus, opera periit, inanis fuit opera, lõgè aliter illa ceciderunt, sequius res cecidit, laborem frustra impendere, inani se labore torquere, diligentiæ fructu privari, nõ assequi quod propositum fuit, fortuna conatum fefellit, elusit, frustrata est, res non successit, ex animi sententia minimè cecidit, industriæ fructum perdere, laboris fructu privari.

Ich habe mir dieses vorgesetzt / diß ist mein Ziel / dahin hab ich alles gerichtet.

Hic finis mearum actionum

est,

est,hoc unũ intueor,huc omnes actiones,omnes cogitationes,omnia consilia mea refero , huc quicquid virium habeo , confero,hoc mihi proposui , eò quicquid est dirigitur, finẽ rei agendæ hunc mihi præscripsi, consilium hoc meum est,hoc spectavi,hoc volui, hoc secutꝰ sum,id egi , eò mentem meam intendi, hic est terminꝰ,finis,scopus,quò tendunt cogitationes meæ,hęc est quasi meta, quò ut perveniã elaboro & evigilo , omnia mea consilia ad pacem spectant.

Von der Sach vrtheilen nach dem sie wol oder vbel ist hinaus gangẽ.

Notare,probare,comprobare, ponderare rem eventis vel ex eventis, exitus rei hoc approbavit,Ex evẽtu homines de te existimabunt , rei exitum hominũ judicia consequentur,ut res cadet,ut succedet,ut evenerit , ut ceciderit , ita de te homines judicabunt : qualis rei finis, exitꝰ, terminus,eventus erit,talem de te opinionem homines suscipient,ita consentient,congruẽt in utramque partem hominum de te judicia.Ex fine de pręstantia rei judicari debet , vel præstantia rei judicanda,ponderanda est.

Biß ans Ende.

Usq; ad finem, in finem usq; , ad finem usque , in extremam usq; partem, in postremam usq; partem.

Ohn ende/ohn auffhören.

Sine intermissione,indesinenter,continuè, assiduè , sine ulla intermissione, die ac nocte, nocte dieq;,sine interpellatione, noctesq; diesq;.

De Mercede.

Lohn/Belohnung/Verdienst.

Merces , pretium , præmium, meritum, promeritum , cumulus mercedis.

Epith. Magna,nimia,parva, certa,iniqua merces, summum, maximum , amplum , amplissimum, par præmium,pretium.

Geringes Lohn/Mercedula,vilis mercedula , frustum panis , levis quæstus,tenuis merces,vel mercedula,exiguum lucrum.

Verdienet/Meritus, promeritus.

Aus verdienst/billich/ Meritò.

Einem einen Lohn machen / bestimmen.

Statuere, constituere,facere alicui mercedem , pretium, proponere mercedem , pacisci pretium,decernere, exponere præmium , invenire alicui premiũ, decidere cum aliquo mercede, pretio , assignare alicui annuam pensionem.

Einen durch Besoldung bestellen.

Conducere,astringere aliquẽ mercede,devincire,obligare aliquem præmio, invitare, elicere præmiis , evocare præmiorum mercedibus , delinire aliquem præmio , propositis admodum opimis conditionibus aliquem invitare.

Er hat sich darzu bestellen lassen/ er ist durch Geschencke darzu gebracht worden.

Conductus, adductus, ductus, inductus, deductus fuit mercede, pretio, Commotus, victus, superatus fuit pretio, corruptus fuit pretio, abductus est à pretio, addictam, habet fidem pretio, secutus est præmia, excitat⁹ fuit præmio, ductus fuit præmiorum mercedibus, conductus fuit frusto panis à bipedum illo postremo.

Lohn geben/ lohnen.

Dare, tribuere, persolvere pretium, numerare mercedem, pędere pretium, afficere stipendio, amplificare pretium, duplicare mercedem, Donare, ornare, afficere aliquē pretio, solvere, persolvere præmia, mercedem, prę-mium alicui deferre, pretium enumerare, decernere alicui prę-mium, non potest ei satis amplũ præmium reperiri, donare, afficere præmiis.

Lohn verdienen / vmbs Lohn dienen.

Merere, mereri stipendia, perficere aliquid pretio, conduci mercede, pretio, promerere, promereri, comēreri, præbere operam non gratuitam, sed precio conductam.

Seinen Lohn fordern.

Quærere, petere, poscere, flagitare, exigere mercedem, exigere viles mercedulas.

Seinen Lohn bekommen.

Comparare, assequi, nancisci, capere, consequi, adipisci mercedem, præmium, frui præmiis, accipere mercedem, consequi operæ pretium.

Kunst wird wol belohnet.

Magna sunt viris eruditis proposita præmia, magna eos merces manet, fructum eruditionis ferunt uberrimum & præstantissimum, utilissimę res eos consequuntur, pro labore ferunt, nanciscuntur pretium vel mercedem honestissimam, decorantur præmiis, multas & magnas mercedes ferunt. Præmium hoc rei est.

Einem seinen Lohn nicht geben.

Denegare præmia beneficiis, expertem facere præmiorum, abuti præmiis.

Verdienet/ Meritus, promeritus, merens.

Außgedienet/ emeritus, emerita habere stipendia.

Vmbsonst.

Gratis, gratuitò, sine recompensatione, sine pretio, sine mercede, sine præmio, gratis collatum, exhibitum est, ex mera gratia.

De Vtilitate.

Nutz/ Genieß/ Frommen/ Gewiñ/ Vortheil.

Utilitas, utile, fructus, comodum, commoditas, opportunitas, emolumentum, operæ pretium, copia comodorum, ubertas utilitatis, commoditas vitæ, præsidia vitæ, compendium, lu-

crum,

crum, lucellum.

EPITH. Magna, major, maxima, multa, ſumma, honeſta, graviſſima, neceſſaria, ſolida, tuta, pergrata utilitas. Magnus, major, maximus, ampliſſimus, duplex, honeſtiſſimus, præſtantior, præſtantiſſimus, pulcherrimus, non obſcurus, non abſconditus, jucundiſſimus fructus, magnitudo utilitatis, Mirabiles, mirifici, læti, uberes, uberiores, uberrimi fructus. Plus emolumenti, plurima commoda, cōmodum honeſtum, laudabile, utile, rectū & honeſtum, Communis, publica, omnium utilitas, Sua, unius, aliena, aliorum utilitas. Cōmunis uſus, fructus, commodum, emolumentum, rationes cōmunes, commodum uniuſcujusq;, externæ commoditates, forenſis, domeſticus fructus, commodum uniuſcujuſque, commodū privatum, Novus, præſens, diuturnus, immortalis, extremus fructus, longi tempŏris uſura. Species, opinio utilitatis, turpis utilitas, mediocris, parva, minima utilitas, Minimꝰ, exiguus, exilior, tenuiſſimus fructus, turpe, leve, compendium, emolumentum, aliquid emolumenti, paululum compendii.

Nütze / dienſtlich / erſprieß·lich.

Utilis, perutilis, conducibilis, fructuoſus, frugifer, commodꝰ, opportunus, ferax, fertilis, opimus, non inutilis, factus hominum causâ, utibilis, neceſſarius ad uſum, paratus ad uſum hominum, ad fructus hominum, inventus ad uſum, præparatꝰ magno uſui, ad utilitatem hominum aptus, commodis alicujus accommodatus, bonus & commodus, proximus bono, plenus ſalutis, ſalutaris, quæſtum habẽs longè uberrimum, appoſitus, non alienus, ſaluberrimus, maximè utilis, multò opportunius, commodius, tantopere, valdê, vehementer utilis.

Ein ſehr nützlich Ding.

Nihil eſt uberius, fructuoſiùs, conducibiliùs, ad utilitatẽ præſtantiùs, nihil majoris emolumenti, unde plus manet utilitatis, plus emergat commodi, plus exiſtat emolumenti, nihil eſt è re magis, nihil magis ad rẽ pertinet, nihil pluris eſt, tantū continet utilitatis quàm fortaſſis ulla res præterea, quantum haud ſcio an ulla res præterea.

Nützlich/bequemlich.

Utiliter, commodè, opportunè.

Seinen Nutz ſuchen/auff ſeinen Nutz dencken.

Ducere rationem ſui commodi, utilitatem habere omnium antiquiſſimam, utilitatem primam ducere, in primis ponere, rebus cunctis anteponere, rationibus ſuis operam dare, curare utilitatem, habere rationẽ commodi ſui, conſulere commodo & tranquillitati ſuæ, Optare, ap-

petere, expetere commodum, cogitare de commodis, ſpectare commodum, dirigere aliquid utilitate, vel ad utilitatem, metiri aliquid utilitate, commodis rationem habere, ducere utilitatis, inclinare ad cōmodum, progredi ad utilitatem, ſequi commoda, quærere utilitatem, fructum, aucupari utilitatem, deſiderare utilitates, ſervire ſuis commodis, curę eſſe commoda, facere, dicere aliquid commodi gratiâ, providere, proſpicere, conſulere rationibus ſuis, ſibi quiſq; ruri metit.

Im Burgermeiſter Ampt ſeinen eigenen Nutz ſuchen.

Conſulatum quæſtui habere, Referre, conferre, convertere, torquere conſulatum ad ſuam utilitatem, commodum, abuti conſulatu ad rem ſuam, nundinari conſulatum ad utilitatem, metiri conſulatum utilitate, cōmodis, anteponere rationes ſuas communibus, ſequi cōmodum ſuum in juvanda republ. Privati commodi ſpe illud officium ambit, impelli ſuâ cupiditate, non utilitate communi, Conſulere ſibi potius, quam reipub. convertere conſulatum in ſuā rem, metiri omnia ſuis commodis, præmio, Servire, deſervire ſibi & ſuis commodis, omnia domeſticis commodis habere poſteriora.

Ich hab es Nutzens halben gethan.

Motus, commotus utilitate, deſiderio utilitatis hoc feci, impulſus, invitatus, emolumento, inductus fructu, raptus ad utilitatem, emolumento ductus, impulſus ſum in fraudem emolumento, coegit me utilitas, valuit apud me utilitas, feci, dixi hoc, commodi gratiâ, utilitatis vel fructus cauſa, propter utilitatem, ob utilitatem, ad emolumentum meum.

Hoffen ein Ding ſoll nützlich ſeyn.

Polliceri ſibi fructum ex aliqua re, proponere ſibi commodum, utilitatem, ſpem commodi, emolumentum alicujus rei, oſtendere alicui fructum, objicere alicui utilitatem ex re futura.

Nützlichen / dienſtlichen ſeyn.

Prodeſſe, expedire, conducere, inſervire, multum prodeſſe, fructuoſum eſſe, fructum reddere, gignere, fructum eſſe in aliqua re, conducibile eſſe, prodeſſe omnibus, ſemper prodeſſe, ſervire, inſervire, deſervire utilitati, efficere aliquid utilitatis, gignere, parere utilitatem, fructum, dare utilitatem, commodum, fructum, præbere utilitatem, tradere fructum, continere in ſe utilitatem, habere utilitatem,

litatem, pertinere, attinere ad commodum, utilitatem, cadere in utilitatis rationem, consistere utilitatem in re, existere utilitatem in re, inesse emolumentum, compendium, vel fructum, esse utilitati, fructui, usui, emolumento, & ex usu, ex re alicujus, conducere rationibus alicujus, ex commodo alicujus fieri, utile esse, commoditatẽ continere, creare, usum afferre, dare, habere, è re utriusque nostrûm erit, esse alicui magnæ utilitati, lucro, adjumento, conducere in rem, accidere ex usu alicujus, usus rei varius est & multiplex, res est saluti, spectat ad usum, fit meo, tuo, illius commodo, Consuletur hoc modo valetudini & commodis tuis, hi fructuosiùs collocant labores suos, Fit hoc ad communem studiosorum utilitatem; Literæ valent etiam in medio bellorum tumultu. Industra ejus fructuosa est reipubl. Conjuncta est cum utilitate, commodo publico. Opera in hac re benè collocabitur, operæ pretium est, mirificè utilis ad studia liber, magna præmia literis proposita sunt, labor hic feret aliquando lætitiam, ingenia perveniunt ad bonam frugem, evadunt ad bonam frugem, Opera mea erit in rem tuam, è commodo tuo, erit cum fructu, utilitate & commodo rerum tuarum, eloquentia ei fuit summo emolumẽto, fuit utilitatis eximiæ, cõmodorum, nec paucorum nec mediocrium, mors ejus factura est mihi emolumentum, erit mihi conducibilis, utilitate hæc res se tuetur.

Dieses dienet / hilfft darzu.

Pollet hoc ad fidem faciendam, adjuvat ad amicitias comparandas, Plurimum adjuvat, valet ad opus, ad potentiam, pertinet hoc ad tuam dignitatem, in bello ingenium plurimum potest, facit ad hanc rem, aptum est & congruens ad hanc rem, accommodatum est, conveniens, tempestivum, multum momenti habet, non mediocriter prodest, multum prodest, permultum facit, rationibus hisce plurimum conducit.

Andern Leuten dienen / befürderlich seyn / anderer Leute Nutz befördern.

Commodare, prodesse, inservire alicui, afficere aliquem utilitate, augere aliquem commodis, parare alicui utilitatẽ, commoditatem alicui creare, commodis alicujus consulere, servire, opera mea erit in rem tuam; reipub. commoda tueri, curare atq; adjuvare alicujus commoda, ad utilitatem publicam omnes mei labores referuntur, Philosophi præclarè de hominum genere merentur, navare studium utilitati publicæ.

Eines Dinges geniessen/eines dinges Nutzbarkeit empfinden.

Frui, perfrui aliquâ re, aliquâ re ad omnia uti, melius frui, cupidè, palàm, liberè, furtim frui, consequi, adipisci commodum, emolumentum, fructum, utile aliquid ex aliqua re pervenit, venit ad eum ejus rei cōmodum, obvenit mihi ex hac re utilitas, contingunt mihi commoda; accipere, percipere, metere, carpere, ferre, colligere fructum rei, habere commodum, utilitatem ex re, frui commodis, abundare commodis, socium, participem esse commodorum, capere ex re vel à re fructum, affici utilitate ex re, res est illi fructuosissima, commoditate ex aliqua re percipere, commoda capere, usum percipere, habere, rei usu frui, conducit mihi, præclarè mihi constat operæ meæ fructus, ejus rei fructus, Aliquid fructui esse, sumere fructum ex aliqua re.

Eines Dings grossen Nutz haben/grossen Gewinn erlangen.

Quàm plurimum lucri facere, reportare lucrum maximum, capere emolumenti plurimum, referre, reportare fructum non contemnēdum, demetere commoditatem plurimam, colligere utilitatem ex re plurimam,

Für seinen Nutz streiten.

Pugnare, dimicare armis, decernere pro commodis suis, tueri, conservare, commodum, utilitatem suam, obtinere, firmare, retinere, augere commoda, utilitatem suam.

Den Nutz eines Dings nicht groß achten/seinen Nutz nicht suchen.

Nullum in utilitate studium ponere, nihil industriæ locare, Diligentiam commodorū nullam adhibere, ad res nullas conferre, Nihil compendii sui causâ facere, despicere utilitatem, contemnere commoda, negligere utilitatem, fructum; anteponere aliquid suis commodis, utilitati, emolumento, præponere aliquid utili; anteferre, præferre aliquid commodis & rationibus, prætermittere, omittere, præterire, omittere utilitatem, commodum, emolumentum.

Einem an seinem Nutz vnd Frommen hinderlich seyn.

Oppugnare alicujus utilitatem, commoda, contra commodum alicujus facere, obstare, officere alicujus commodis; lædere, labefactare, pervertere, adimere, auferre utilitatem, cōmodum, detrahere de commodis, utilitate, privare aliquem utilitate, obsistere commodis, Hoc sejunctum est à commodis & rationibus meis, inimicum est rationibus meis, remorari alicujus commodum, intercludere alicui perfugium, invidere, deesse commodis alicujus, eripere, diripere fructum, impedire cōmoda, usum alicuj⁹ rei, imminuere utilita-

utilitatem alicujus, exinguere utilitatem.

Nicht ſehr nütze ſeyn/Non ſatis, ſervire, parum prodeſſe, minus expedire, proficere.

Nichts nütze ſeyn.

Infructuoſum eſſe, nullum ſui uſum præbere, non eſſe è re aliqua, rem levem eſſe, minimeq́; frugiferam, ſunt frugis expertia commenta, commoda hujus rei cadunt, deficiunt, commutantur, dies imminuit rerum utilitatem.

Keinen Nutz darvon haben.

Carere commodis, utilitate, perdere utilitatem, amittere utilitatem.

Wiederumb nütze werden / Recuperare commodum, revireſcunt rationes, quæ exaruerant.

De Damno.

Schade/Verluſt/Nachtheil/ vnnütze.

Damnum, detrimentum, diſpendium, jactura, incommodum, incommodatio, incomoditas, amiſſio rei, naufragium, calamitas, clades, ruina, noxa, inutile.

Epith. Magnum, majus, maximum, ſumum, grave incommodum, damnum, detrimentũ, jactura, Multa, plurima incommoda, damna, detrimenta, acerba damna, non contemnenda jactura, graviſſima jactura, Parum, nihil damni, pars minima incommodorum, incomodum, improviſum, inſperatum, inopinatum. Commune detrimentũ, domeſticum, corporis, fortunæ.

Schädlich / nachtheilig / vnnütz.

Pernitioſus, exitioſus, officiẽs, luctuoſus, funeſtus, damnoſus, nocens, noxius, peſtifer, calamitoſus, incommodus, inutilis, detrimentoſus, ingens incommodorum malorumq́; agmen ſecũ trahens, ſummè inutile, luctuoſus, funeſtus.

Vnnützlich/vnbequemlich/Inutiliter, incommodè, perincommodè, incommodum.

Schädlich/Pernitiosè.

Schaden thun / Schaden zufügen.

Incommodare, obeſſe, officere, nocere alicui, Ferre, offerre, dare alicui incommodum, afficere aliquem incomodo, damno, detrimento, malè, pernicioſiùs de aliquo mereri, conflare, concitare. inferre, addere alicui malum, facere alicui malè, afficere aliquem incommodis, malefacere alicui, afferre alicui aliquid mali, damni, dare magnum malum, ſubvertere aliquem, injungere reipub. detrimentum, importare alicui peſtem, omnẽ conatum in alicujus perniciem parare, perniciem alicui afferre, importare alicui incomodum, detrimentum, inferre detrimẽtum, invehere, imponere detrimentum, incommodum, ſtruere alicui calamitatem, inurere malum, illicere in diſpendum,

illicere

illicere in fraudem, machinari perniciem, lædere aliquem, parare alicui malum, vulnus alicui rei infligere, Plagam facere, injicere, infligere, imponere; Hæc res civitatibus detrimenta, infortunnia, incommoda parit, affert, infert, detrahitur ipsi de re familiari propter me.

Schädlich seyn/ Esse detrimento, fraudi, exitio; obesse, summè inutile esse, detrimenta sunt in re, sua comitas ei damno est, hęc res hoc habet incommodi, opes possessoribus sæpe exitio sunt, hæc res valet ad perniciem, non ad salutem, redundat hoc in caput autoris, perfidia autori fraudi esse solet.

Jhm selbst schaden.

Propria vineta cædere, sibi ipsi deesse, traducere sua, domesticum thesaurum calumniari.

In Schaden kommen.

Incidere in mala, accidere, evenire alicui damnum, incommodum, cadit in me damnum, accedere alicui incommodum, pervenit ad me incommodum, incurrere in damna, contrahere, facere damnum, detrimentũ, jacturam, suscipere incommodum, capere calamitatem, accipere aliquid detrimenti, augeri damno, facere aliquid damni, accipere plagam, affici incomõdo, detrimento, incommodum capere, accipere, damnum contrahere, accipere calamitatem, accidit mihi calamitas, accipere vulnus, subire jacturam, ferre detrimenta à fortuna, damnum adire, subire, ictu gravi percelli; prosterni penè.

Schaden leiden.

Ferre, perferre incommodum, damnum, jacturam, conflictari incomõdis, exhauriri jacturis, participem esse incomõdorum alicujus, sentire damna & detrimenta aliorum, incommodis affligi, cum detrimẽto aut incommodo aliquid facere, urgeri, onerari malis, adesse alicui malũ, confici malis, fraudari pecuniâ, jacturam facere alicujus rei, detrimentum facere, incomõdum alicui cadere, dignitas ejus injuriâ, damno, detrimento affecta est, Roma multa damna passa & perpessa est ex creatione tribunorum plebis, magnam sui jacturam fecit, gravissimis malis affecta est, vehementer vexata est.

Ich hab Schaden an der Nahrung gelitten.

Naufragium feci rei familiaris, periit res mea domestica, actum est de fortunis meis, multum detractum est de fortunis meis, prorsus eversæ sunt opes meæ, perdidi mea bona, evertit me bonis omnibꝰ fortuna, mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit, afflictæ sunt, profligatæ ac perditæ, extinctæ, eversæ meæ res ac fortunæ tuæ.

Du

Du hast an deiner Nahrung kein Schaden gelitten.

Integræ sunt adhuc res tuæ, salva sunt hactenus apud te omnia, nihil dum perdidisti, status idem est, qui antea rerum tuarum, eodem loci sunt, quo antea res tuæ, nihil detractum est de fortunis tuis, nullam jacturam res & fortunæ tuæ fecêre, nullum damnum tulêre, nullum detrimentum passæ sunt, nihil adversi subierunt, nullam partem desideras fortunarum tuarum, nihil eripuit tibi fortuna, abstulit, ademit, detraxit.

Mit Schaden klug werden.

Stultus accepto damno sapit, piscator ictus sapit, serò sapiunt Phryges.

Schaden vberwinden / erstatten.

Sarcire, dissolvere, consolari, compensare damna, mederi incommodis, lenire incommoda, liberare aliquem incommodis vel ex incommodis, tollere partem aliquam incommodi, resarcire detrimentum, inire damni illati sarciendi rationem, detrimentum reconcinnare, recuperare damnum, fortuna pensat adversa secundis, incommodis levari, exæquare, explere, sanare aliquid majoribus commodis, sorrigere aliquid; Dissolvere, reddere refundere dispendium ad assem, præstare, redimere culpam.

Ich wil dir gut für den Schaden seyn/schadloß halten.

Damnum præstabo, damnum à me repetes, præstabo te indemnem, Ego tenebor periculo.

Schaden verhüten.

Prohibere, rejicere, diminuere, propulsare detrimenta, refutare incommoda.

Schaden vermeyden/Vitare, evitare, fugere effugere incom̃odum, incommoditatem.

Ohne Schaden seyn.

Vacare damno, expertum esse incommodorum, sine incommodo aliquid facere, sine incõmodo factum est, incommodi hic expers est, ab incommodo integer, sincerus est, ignarus incommodorum.

Es schadet wenig / Minus leviter, parum, nihil nocet.

Ohn Schaden/Sine dispendio, nihil est incommodi in mora unius horulæ.

De Confectione.

Vollendung/ außmachung/fertigung.

Peractio, confectio, effectio, perfectio, expeditio, elaboratio, expositio, perpolitio, absolutio, molitio & effectio operis.

Vollendet/fertig/außgemacht.

Confectus, effectus, perfectus, absolutus, completus, expletus, expolitus, perpolitus, plenus, peractus, transactus, omni ex parte perfectus, expletus, undique aptus, perfectus, perfecte absolutus, opere mirabili perfectus.

ctus, æqualiter perpolitæ partes jam pridem effectus, terminatus, consummatus.

Fast fertig.

Penè perfectus, confectus, propè absolutus, non plane perfectus, non procul abesse à confectione.

Noch nicht fertig / vnaußgemacht.

Infectus, rudis adhuc & inchoata res, tantum affecta, nondum confecta res, tantum prima manus est operis, maturitas adhuc abest.

Fertig machen / vollenden / außmachen.

Efficere, conficere, perficere opus, absolvere opus, perfungi opere, extremum laborem, extremam manum rei adhibere, fastigium operi imponere, peragere, transigere, expedire, exequi, omni ex parte expolire, ad extremum usque exequi, planè expedire, rectè conficere, consumare, ad umbilicum aliquid perducere, finem imponere rei, coronidem addere, pensum cõgere, absolvere, ad exitum perducere aliquid, magnis laboribus conficere, multis vigiliis opus fuit ad tantam rem conficiendam, perficere instituta, elimare aliquid.

Etwas mit leichter Mühe fertig machen.

Facilè exsequi, contexere, absolvere rem, facilè & commodè transigere, sine labore conficere, exiguo tempore absolvere, menstruo spacio complere, feliciter dirigere, ludibundum, aliquid perficere.

Butzen / außbutzen / zierlich / hübsch machen.

Polire, expolire, expolitum, politum reddere, limare, elimare, limam adhibere, exornare, expolire, perpolire aliquid.

Es ist fast fertig.

Res est in effectu, brevi cõfecta res erit, est in eo, ut absolvatur, accedet operi jam extrema manus, ad exitum ferè perducta res est, maturitatem ferè est assecuta, confectum jam aliquid est, aut mihi est, vel appropinquat, non aberit longiùs, non longè abesse à re, res longinqua esse nõ potest; ferè res est absoluta, in exitu res est, exitum res ferè habebit, ad exitum veniet, ferè perfecta, absoluta, confecta res est, existit in orâ ultima, consistit in extremitate.

Gnug.

Sufficit, satis est, satis superq; est, sufficienter elaboratum, sat est.

Gäntzlich / hübsch.

Absolutê, plenè, politê, perfectè, expolitè, nõ invitâ Minervâ.

Erlangen / vberkommen / erhalten.

Consequi, adipisci, nancisci, assequi, obtinere, acquirere, conquirere, invenire, lucrari, facere rem, reperire rem & gloriã, comparare sibi aliquid, conse-

qui aliquid labore, vigiliis, industria pervenire licet eò, impetrare, ferre optatum, auferre ab aliquo impetratum,

Nicht können erlangen noch vberkommen.

Assequi non posse, consequi nequire, excidere re, impediri aliquà re à magnarum rerum adoptione, imbecillitate virium assequi non posse, vires mihi defuerunt, ne consequerer, nõ pervenire eò quò volumus, quò intendimus; metam non attingere, conatum frangi.

Recht thun/wol außrichten.

Rectè facere, jure facere, consili o, certo judicio facere; rectè & considerate, rectè & ordine facere, compositè, decẽter, aptè, benè, ritè facere, ita facere, ut reprehendi non possit, lepidè, probè facere.

Recht vnd wol machen.

Rectè conficere, subtilissimè expolire, accuratè efficere, conficere, absolvere, valdè graviter pertexere, gloriosissimè & magnificentissimè efficere, exactè, perfectè, ornatè, exquisitè, affabrè, faberrimè, ad perpendiculum, summâ curâ, elaborare, consummare, ad asciam factum est, quicquid ille dedolavit.

Vnrecht machen / vnrecht thun.

Indoctè, inscienter, imperit facere; casu, temere, inani quadam voluntate, repentino mentis impetu, nullâ satis firmâ certâve causâ adductum aliquid facere.

Es ist noch vbrig/ Super est, reliquum est, restat.

Ernewerung.

Instauratio, restitutio, refectio, renovatio.

Ernewert/ Instauratus, renovatus, interpolatus, refectus.

Ernewern / wieder new machen.

Instaurate, restituere, integrare, redintegrare, interpolare, renovare.

Wiederholen / noch einmahl machen/repetiren.

Iterare, geminare, duplicare, repetere, revocere à calce ad carceres, de integro resumere bellũ, de integro scribere; ex integro sancire legem, actum agere, dignum quod iterum legatur.

Von ewem/noch einmal/ De novo, denuò, ab initio, de integro.

Angenehm/ lieb.

Gratus, gratus valdè, jucundus, non ingratus, charus atque jucundus alicui, perjucundus, non insulsus, suavis, Plenus jucunditatis, delectationis, voluptatis, plenissimus suavitatis, refertus omni suavitate, dulcior alicui melle, aptus ad delectationem.

Es ist mir angenehm/lieb/ein gutes Dienst.

Pergratum mihi, perq; jucundum est, nihil mihi potest accidere gratius, Est magnoperè gratum, suprà quam dici potest, mihi

hi gratum est, atq; acceptum, nihil mihi contigit optatius, jucundius, nihil potuit esse gratius, nihil mihi ex pluribus tuis jucunditatibus gratius accidit, de tuis inumerabilibus officiis, hoc est mihi gratissimum, majorem in modum gratũ est, tàm gratum est, quàm quod gratissimum, sic mihi gratum erit, ut nulla res mihi gratior esse possit, non possum dicere, quam mihi gratum sit.

Einen Gefallen thun/einen Dienst thun.

Pergratum mihi feceris, scio me nihil gratius tibi facere posse, hôc nihil gratius facere potes, rem mihi præstabis gratissimam, valdè te de illa re amabo, non improbo studium tuum placendi mihi.

Vnangenehm.

Ingratus, non gratus, minimè gratus, acerbus alicui, molestus auditu, exitu, Insulsus, injucundus.

De Vsu.

Gebrauch/Vbung.

Usus, usurpatio, tractatio.

Epith. Frequens, assiduus usus.

Der ein Ding gebrauchet/ Utẽs, exercens, tractans.

Gebraucht/ Usurpatus, tractat⁹.

Was man gebrauchen kan/ Utensilis.

Gebrauchen/brauchen/vben.

Uti aliquâ re, usurpare rem; multum, plus uti aliqua re, ad omnia uti, præclarè usurpare aliquid, splendidè aliquâ re uti, crebro usurpare, assiduè uti; interdum, toties, semper, quotidie uti, usurpare, benè uti aliquâ re, benè & optimè collocare, vox non tantum adhibetur ad aures demulcendas, nos abutimur sagacitate canum ad nostram utilitatem; dicere hæc facilè est, sed usu exprimere difficilè, transferre ad usum, accommodare usum alicui rei ad aliquam rem, aliquid habere ad usum.

Mißbrauchen.

Abuti, improbè, perversè uti, impunè abuti, abuti aliquâ re ad rem faciendam, quæstui habere aliquam rem; res culpâ eorum, qui illam possident, sæpe fit pessima, malè aliquâ re uti.

Es ist lang nicht gebraucht/ Diu ab usu hominum hæc res abfuit.

De Bono.

Gut / das beste.

Bonum, melius, optimum, amplitudines bonorum; copia, cumulus, frequentia, abundantia bonorum; res sua natura bona, res fructuosa, rerum expetendarum abundantia, copia, quicquid filiis in parentum votis optari solet.

Epith. Magnum, maximum, summum, ultimum, extremum, longè optimum, nimium bonum, mediocriter bonum, simplex, unum, solum bonũ, plura genera bonorum, multa, plura, omnia bona. Præstans, excellens, egregium, verum, laudabile, ex-

expetẽdum, honeſtum, rectum, fructuoſum, lætabile, optabile, cum voluptate & delectatione conjunctum, nullum præſtabilius bonum, divinum, naturale, naturæ bonum, alienum, proprium, præteritum, præſens, Parva, exigua, perexigua, minuta bona.

Güter des Glücks.

Bonum fortunæ, fortuitum, externum, opinatum, quod nullo negocio fortuna ſuo arbitratu vel largitur vel eripit.

Beſtändiges Gut.

Bonum ſtabile, fixum, perpetuum, æternum, cujus eſt æterna poſſeſſio, cujus fructum nobis unà mors eripit, cujus uſus interitu vitæ, nullâ re præterea terminatur, cujus par vitæ uſus & poſſeſſio eſt, cujus poſſeſſio vitam æquat.

Ein gut Ding.

Bonus, melior, optimus, perbonus, belliſſim⁹, potior, potiſſimus, longè optimus, ſatis bellus. Eſt in hac re bonum, & in hac re bonum ineſt, & ineſt rei.

Gut/wol/ Adver.

Benè, meliùs, meliuſculè, optimè, bellè, belliſſimè, perbellè, probè, meliùs, valde bene, ſanè, bellè, nimiùm bene, minùs commodè.

Etwas als gut achten / erkennen.

Numerare, ducere, habere, putare, ponere, ſtatuere aliquid bonum, vel in bonis.

Wiſſen was gut iſt.

Noſſe, cognoſcere, intelligere, judicare, dijudicare, diſcernere bonum vel optimum, deligere bonum.

Nach dem beſten ſtreben.

Appetere, exquirere bonum, quærere, ſequi, expectare bona, omnium voluntas dirigitur ad bonum, conſilia cogitationesquè meas direxi ad optima quęque.

Einem gutes geben.

Dare, ſuppeditare, offerre, porrigere, tribuere alicui bonum, congerere in aliquẽ bona, afferre, afficere aliquid boni.

Etwas gutes vberkommen.

Impetrare, aſſequi, conſequi, adipiſci, nanciſci, capere accipere, percipere, ſumere bonum, affici bonis, potiri bono, pervenire ad bonum.

Etwas gutes haben.

Habere, tenere, poſſidere bonum, Participem, inſtructum, ornatum, ornatiſſimum, plenũ, refertum, abundantem eſſe bonis; expleri, abundare bonis, redundat mihi bonum. bonum in poteſtate mea eſt, Eſt mihi bonum, hęc res eſt mihi bono; Uti, frui bono, affluere bonis; eſt in te omnium rerum expetendarum affluentia, vel veriorum ac ſolidiorum bonorum copia.

Aus böſem kompt viel gutes/ Ex malis ſæpe bona proveniunt, proficiſcuntur.

Sein gutes erhalten/vertheidigen.

Tueri, augere, alere bonum, incrementum afferre bono.

Das gute wird erhalten/ Bonũ permanet, creſcit, conſervatur.

Gutes ſchaffet was gutes/ Bona non ad perniciem, ſed ad ſalutẽ valere debent, bona proſunt omnibus.

Sein gutes verlieren/drumb kommen.

Amittere bona, privari, ſpoliari, exſpoliari, deſtitui bonis, bona eripiuntur.

De Virtute.

Tugend/Ehrbarkeit/Redligkeit/Frömmigkeit.

Virtus, honeſtas, honeſtum, bonitas, probitas, integritas, innocentia, ſanctitas, ſanctimonia, ingenuitas, ſincerritas, candor; Laus, ſplendor, gloria, ornamenta, præſtantia, nomen, ſimulacra, genus, ratio, diſciplina, ſigna virtutis, decus honeſtasq;, natura visq; honeſti, actiones honeſtatis; magnitudo, amplitudo virtutis, inſignia virtutis; Dignitas, gravitas, pulchritudo, lumen, latitudo, uſus, ubertas, vis, robur virtutis. Indicia, monumenta; ſignificatio, ſpecimen, exemplum, effigies virtutis; Decus, ſplẽdor, autoritas, dignitas, facies, ſpecies, ſimilitudo, pulchritudo honeſtatis.

Epith. Magna, maxima, ſumma, præſtans, præſtantiſſima, præſtabilis, præclariſſima, princeps omnium, generoſa, excellens, excellentiſſima, inſignis, egregia, eximia, glorioſa, laudabilis, memorabilis, ſingularis, mirifica, admirabilis, incredibilis, divina, inaudita, cœleſtis, libera, perfecta, actuoſa, moderata, apta, amabilis, grata, ſpectata, nobilitata, cognita, perſpecta, audita, experta, nota, illuſtris, virtus, probitas, integritas, ſãctitas &c. multæ, plurimæ virtutes, Voluntaria, inſignita, ingenita virtus, innata probitas. Patria, regia, militaris, priſtina, vetus iñocentia; perpetua, immortalis, perennis, inſepulta virtus. Summa, gravior omni pondere, vera, undiq; perfecta, abſoluta honeſtas, forma honeſtatis undiq; expleta, adumbrata opinio honeſtatis, omnium ore celebratiſſimæ virtutes.

Mediocris, par, ęqualis, lenior, debilitata, afflicta, proſtrata virtus.

Fromb/ ehrlich/ redlich/ auffrichtig/ vnſträfflich / vnſchuldig.

Bonus, honeſtus, probus, integer, innocens, ſanctus, ingenuus, nemo integrior, ſanctior, nihil integrius, incorruptius, omnium ſanctiſſimus, multùm bonus vir, omnino integer, inprimis, comprimis honeſtus, quàm honeſtiſſimus, mitis, lenis benefica, liberalis natura; præclara, egregia indoles, corroboratum confirmatumq; probum ingenium, integerrimus, ſanctiſſimus,

simus, innocentissimus, primarũ artium princeps. Homo summâ probitate, frugi bonus, minimè malus, non malus, non nequam, judicio alicujus probatus, præditus vetere ac singulari innocentiâ, perbonæ frugi, sine vitio, remotissimus ab omni facinore, Bonus & honestus, optimus, omnibus rebus ornatus, bonus & benignus, ornatissimus, egregius, benè sentiens, dignissimus gradu amplissimo, præditus ornamentis honoris, summa honestate, haud impurus, amantissimus reipub. quem natnra finxit ad honestatem, homo unius omnium optimus, honestis studiis debitus, minimè fucatus, eximiâ quadam integritate vitæ vir, non illo est quispiã melior, non officii plenior, homo apertus, cupidus bonæ existimationis, sine macula, expressæ sunt in ipso eximiæ probitatis notæ, Probitatis, modestiæ, integritatis specimen, mirifica indoles virtutis, verâ laude probitatis neminem ipsi antepono, quasi lumen elucet sanctitas illius, homo nec doctior nec sanctior fieri potest, vir bonus & bonorum studiosus, sic bonus, ut meliorem non viderim, ita probus, ut nihil viderim melius, multâ probitate conspicuus, egregiâ vitæ sinceritare clarus.

Tugendreich.

Virtute præditus; Præstans, ornatus, ornatissimus, munitus, cognitus virtute, eximiâ, sumã virtute, summæ virtutis, excellens in omni virtute, splendidus propter virtutes; homo præclara sumã virtute, primarius virtute, præstantissimâ singulari virtute, princeps omnium virtutum, amantissimus omnis honestatis & dignitatis, vir immortalitate dignissimus, exemplar integritatis & justitiæ, instructissimus bonis animi, Deus quidã ad benefaciendum humano generi, à cælo demissus, omnis virtutis perfectissimum exemplar, specimen, animus temperatus virtutibus, totus est in probitate colendâ, omni virtutum laude cumulatissimus, in Philosophorũ animis aliæ actiones honestæ & laudabiles cõfectæ sunt & absolutæ, aliæ in eo sunt, ut absolvantur, aliæ inchoantur adhuc & conformantur, primisquè quasi lineis designantur. Præter cæteras virtutes hoc eximium habet.

Er ist reich von Tugend / aber nicht von Gütern.

Virtute potius abundat, excellit, eminet, valet, quàm divitiis, Eum virtus potius, quàm divitiæ commendant, virtutem magis, quàm fortunæ bona possidet.

Tugendreich seyn.

Valere, florere, præstare virtute, affectum preditum esse virtute, probitate. Ornari, orna-

tum,inſtructum eſſe virtute,eſſe in aliquo virtutem & ornamenta virtutis,eſſe aliquâ virtute; Adeſſe, ineſſe, inſidere, exiſtere virtutem in aliquo, Habere virtutem & ſigna virtutis, tenere virtutem, Excellere, antecellere,anteire,ſuperare, vincere alios virtute,Magnum,excelſum, ampliſſimum eſſe virtute, Parē eſſe alteri virtute, Prælucere aliis virtute, præ ſe ferre virtutē, Eſſe in aliquo honeſtatem,vivere cum honeſtate, Pollere, præſtare virtute, boni viri partes tueri,officio fungi.Præſtare quę bonum virum decent, quæ expectantur ab eo, qui boni viri nomen aucupatur. Ejus virtus enituit in multis, ſanctitas ejus lucet,multas ſignificationes facit,edit virtutis.

Ehrlich leben.

Honeſtè vivere, vitam honeſtam,piam,inculpatam agere, Cum ſumma integritate vitam agere, integram, perhoneſtam vitam agere,&c.

Ein ehrliche löbliche That.

Honeſta actio,optimum opus, optimè, honeſtè facta, honeſtiſſimum factum, honeſtas factorum,Actiones virtuti congruentes,conſentaneæ, res geſtæ,ſanctiſſimæ,juſtæ, Factum,facinus, opus præclariſſimum, pulchrū, pulcherrimum, egregium, laudabile,laude dignum,glorioſiſſimum,luculentum, Glorioſa, admiranda, immortalitate digniſſima opera.

Ehrliche Sache.

Res honeſta,decora,non aliena ab actione honeſtatis, honeſta decoraq; factu, non turpis, non odioſa,non vitioſa,propior virtuti, proxima ad gloriam, conjuncta cum virtute,conjuncta cum honeſtate,confuſa cùm virtute, decora, digna homine ingenuo, digna viro & decora, perhonorifica, conſentanea hominis excellentiæ.

Auffrichtig/recht/wol/redlich.

Benè, bellè, honeſtè, probè, integrè,ſanctè,inviolatè,incorruptè, candidè, quam honeſtiſſimè,honorificentiſſimè,liberaliſſimè, Honorificè, decenter, modeſtè,pudicè,liberaliter.

Tugend üben/ ehrbarlich leben.

Referre conſilia & facta ſua ad virtutem, colere virtutem, animum conformare ad virtutē, ad exercitationes virtutum, Præſtare probitatem & ingenuitatem, Probare alicui virtutem & innocentiam, tueri ſe ſanctitatę & integritate, referre omnem conatum ad honeſtatem, conſervare honeſtatem, tueri honeſtum, Re & operibus præſtare, quæ in aliis laudātur, edere glorioſa, admiranda, & im̃ortalitate digna opera, excolere, exercere, propagare virtutes, omne ſuum ſtudium conferre ad virtutē, benè ſentire, rectè facere, colere unam probitatem, rationē ducem in vita ſequi, poſſidere probi-

probitatem, ad ſtudia virtutis incumbere, excolere animum virtutibus, excubare in ſtudio virtutis.

Es ſind wenig frommer/erbarer Leute.

Probitas, integritas, vita illa, quæ cum virtute traducitur à paucis hodiè probatur, colitur, amatur, Probati mores à paucis hodie probantur, pauci ſunt qui probitate delectentur, probitatem colant, ament, ſectentur. Parvi hodiè eſt probitas & morum integritas, pauci ſunt, qui ſuum ſtudium in probitate ponant.

Tugend lieb haben/ darnach ſtreben.

Amare, diligere, admirari, amplexari virtutes, gaudere virtutibus, anteponere virtutem rebus omnibus. Appetere, expetere, optare, quærere, revereri virtutē, honeſtatē, honeſtum. Studere, operam dare, operam navare, ſervire virtuti, favere virtutibus, ad virtutem vel in virtutem incumbere. Studioſiſſimum, appetentiſſimumque eſſe honeſtatis, Anteponere, pluris exiſtimare honeſtatem, nihil in bonis habere præter honeſtum, metiri aliquid honeſtate, virtutem non negligere.

Philoſophia hilfft zur Tugend/ iſt ein Vrſach der Tugend/ Tugend kompt daher.

Philoſophia indagatrix, autor, magiſtra eſt ad virtutem, in Philoſophia ſunt elementa, ſemina, igniculi, ſcintillulæ, cotes virtutum, Honeſtas oritur, ducitur ab hiſce rebus, manat ex his rebus, Honeſtas trahitur, conflatur, efficitur ab hiſce rebus. Non ea vis eſt Philoſophiæ, ut in animis virtutem ingenerare poſſit. Ad virtutem conſequendam præcurſionem neceſſariā adhibent literæ. Informavit natura & impreſſit in animis adumbratas quaſdam virtutum & vitiorum notiones, Opes virtutis adminiſtræ ſunt.

Tugend erlangen/in Tugend zunehmen.

Conſequi, adipiſci, comparare, comprehendere virtutem, compotem eſſe virtutis, adipiſci, parare honeſtatem, conſequi virtutem cum im̃ortali gloria, Procedere, progredi in virtute vel ad virtutem, tuis laboribus ac vigiliis virtutem tibi peperiſti, tui labores virtutē pepererunt, ut virtute floreas, valeas, polleas, excellas, fruaris, laboribus tuis conſecutus es. Virtutem laboribus tuis fers acceptam, tuis laboribus virtutem debes, virtutem non haberes, teneres, poſſideres, niſi labores graviſſimos ſuſcepiſſes & pertuliſſes.

Etwas durch ſeine Tugend erlangen.

Gerere, conficere, efficere, perficere, conſequi aliquid virtute, Provehi, pervenire aliquò virtute.

Tugend wird wol belonet.

Magna sunt recta agentibus præmia proposita, omnes, qui se in recta vivendi ratione exercent magna merces manet, fructum rectè factorum viri boni uberrimum & præstantissimum ferunt, præclaram honestamq; vitam res utilissimę consequuntur, vitæ laudabiliter actæ & cū virtute traductæ præmium est decus & earum rerum copia, quas qui possidet optimè cum illo agi existimatur, fructum capere virtutis.

Tugend bringt Ehre.

Gloria comitatur virtutem, virtutis comes est, virtutem sequitur, cum virtute conjuncta est, ad virtutem adjuncta est, nascitur ex virtute, Virtus gloriam parit, largitur, affert, ad gloriam ducit, Virtus in luce, oculis, auribus omnium ponitur, In virtute magnus splendor, in vitiis magna deformitas.

Tugend hat seinen Nutz in Glück vnd Vnglück.

In utraq; fortuna maximus ex virtute fructus capitur, percipitur, colligitur, virtus tam in adversa quàm in secunda fortuna uberrimos fruct⁹ affert, magnas utilitates parit, semper fructuosa est, Juvamur semper à virtute, ecquando non utilis virtus est? Fruimur semper virtute, capimus voluptates ex ipsis virtutibus & honestis actionibus. Animus virtutibus perficitur & ad Dei similitudinem quasi perducitur, non præmiorum mercedibus ad rectè agendum duci debemus.

Tugend kan vnd vermag alles.

Omnia sunt sub potestate & ditione virtutis, virtus omnium regina est, dominatur una & regnat, summum jus habet. Virtuti omnia parent, cedunt, subjecta sunt omnia. Virtus valet ad omnia, imperium habet in omnia, omnia tenet, possidet, jure ac potestate suâ complectitur. Quid est, quod virtus non assequi possit? Omnia potest quem penes est virtus, vincit omnes opes virtus, superat omnes difficultates, perrumpit durissima, pertransit quaslibet angustias, quævis claustra, Illustrat omnes tenebras, lucet in tenebris, Pulsa loco manet, non surripitur furto, non eripitur vi, non vetustate senescit, non incendio corrūpitur, nullis capitur insidiis, nullos fortunę casus extimescit, habet vim infinitam, valet ad omnia.

Sich durch seine Tugend erhalten.

Tueri se sanctitate, integritate, sustentare se virtute, munitum esse innocentiâ, Cui comes virtus non est, qui non tegitur virtute nō virtute munitus est, qui se virtutis armis non tuetur, destitutus virtutis subsidio, tutus esse non potest.

Einen werth achten / hoch halten wegen der Tugend.

Suſpicere, admirari virtutem alicujus, Favere, lætari, delectari virtutibus alicujus, Voluptatem capere ex virtutibus alicujus, diligere, gratam eſſe probitatem alicujus, honorare virtutem, gratulari virtutibus alicujus. Honorare, laudare, amplificare virtutem, prædicare virtutes alicujus, teſtimonium dare virtuti.

Tugend hindern / der Tugend im wege ſtehen.

Debilitare, imbecillam reddere virtutem, nervos virtutis elidere, incidere. Minuere, attenuare, tollere, evertere virtutem. Corrumpere formam pulchritudinemq; honeſtatis, Obſcurare ſplendorem honeſtatis, extinguere honeſtum.

Von Tugend ablaſſen / müde werden der Tugend.

Deficere, recedere, deflectere, degenerare à virtute, Relinquere, deſerere, perdere, abjicere, amittere virtutem, deſerere honeſtum, abduci à re honeſta, periculi magnitudine.

Wolſtand / Zierligkeit.

Decorum, decus, honeſtum, decor, convenientia, rectum, rectè factum, benè factum, officium, munus, partes.

Epith. Maximum, ſummum, juſtum, pium, debitum, certum, ſanctum, ſolenne, rectum, neceſſarium, honeſtum, gratum officium, Multo majores, graviresq; partes, primæ, præcipuæ partes.

Zierlich/Decorus.

Geziert/Decoratus.

Gebürlich.

Conveniens, congruens, conſentaneus, accommodatus, appoſitus, maximè aptus, nihil cõmodius, aptius, perappoſitus, peraccommodatus, benè appoſitus.

Vngebürlich / vngeſchickt.

Indecorum, inhoneſtum, indecens, minùs decorum, præter decorum, alienum ab honeſtate, decoro.

Zierlich / füglich / billich.

Decorè, decenter, convenienter, congruenter, aptè, accõmodatè, appoſitè, idoneè, commodè, quàm maximè accommodatè, apprimè, rectè, ſatis decorè, meritò, non immeritò, non injuriâ, jure optimo, non ſine cauſa.

Es gebüret / geziemet ſich / es iſt billich.

Decet, convenit, maximè decet, addecet, decorum eſt, conveniens eſt, peraccommodatum eſt, oportet, par eſt, jus eſt, honeſtum, juſtum eſt, æquum eſt.

Es ſtehet dir zu / es gebüret dir / es iſt dein Pflicht / dein Ampt / du muſt.

Tuum hoc eſt munus, officium, tui eſt muneris, tuarum partiũ, ſunt tuæ partes. Hoc à te poſtulatur, expectatur, exigitur. Hoc homines à te expectant, hoc ad

te pertinet, attinet, spectat, in te convenit, te decet, tuum est, Nō licet tibi hoc negligere, propriè hoc in te cadit, hoc tibi omnis ratio suadet, proponit. Non potes hoc non facere, hoc à te tanquam debita res exigitur, hoc præstare debes, convenit officio tuo, Facies hoc ex officio vel officii ratione, satisfacies officio, persolves rationes officii, transiges tuas partes, explebis quæ tui sunt muneris, tueberis hoc modo tuum munus. Consules officio, defungeris amici officium, pertinet hoc ad officium tuum, est humanitatis tuæ.

Es ist vnbillich / gebüret sich nicht / es ist wider deine Pflicht / es ist nicht recht.

Minimè honestum est, haud æquum est, haud par est, minimè rationi consentaneum est, non decet, non convenit, non oportet, jus non est, fas non est, nefas est, iniquum est, flagitiū est, criminis est, turpe est, hoc honestū non fert, non patitur. Ratio non concedit hoc, non permittit, Si hoc feceris, culpam committes, flagitiū facies, flagitiosè facies, Iniq;, injustè, inhonestè, turpiter, improbè, præter honestum, æquum, jus, contra honestum, æquum, jus facies.

Wider sein Ampt vnd Pflicht thun.

Egredi officio, ab officio desciscere, deflectere, recedere, discedere, decedere, discrepat hoc ab officio, contra officium est, nihil magis contrarium officio esse potest, in hac re migrabit à te officium.

Er thut was er thun sol / Fungitur officio, est in officio.

De Moribus.

Gute Sitten / Zucht / Mässigung / Bescheidenheit.

Mos, mores, disciplina, modestia, moderatio, temperatio, humanitas, mansuetudo, suavitas in moribus, integritas, sanctitas morum.

Epith. Boni, optimi, justi, integri, religiosi, commodi, emendati, purgati, temperati, modestissimi, gratissimi, humanissimi, faciliores, facilimi, amabiles, suavissimi, placidi, incorruptissimi, amabilissimi, compositi, domestici, antiqui, novi mores, sanctissima disciplina, summa, incredibilis modestia; Singularis moderatio, magna, facilis moderatio, gravitas mixta, modestia.

Gleiche Weise / Sitten / Similitudo, societas morum.

Vngleiche Sitten / Weise / Dissimilitudo, distantia, varietas morum, dispares mores.

Eingezogen / sittig / mässig.

Modestus, ornatus, præditus modestiâ, ingenio modesto, sumâ modestiâ, bono ingenio, temperatus, temperatis, moderatisq; moribus.

Nicht gar gute Sitten.

Est paulò minùs tēperatâ modestiâ,

destiâ, paulò minùs moderatione temperatus.

Sittsam/ höfflich/geschlacht/ bescheiden.

Moratus, benè, melius, optimè moratus, magna morum elegantia, est mellitissimis moribꝰ, suavissimis, candidissimis plusquam niveis, eo vitæ cultu, ac munditiâ est, quæ ad elegantiã accedit, non ad barbariem, Modestus, moderatus, commodus, frugi, temperatus, nemo moderatior, vehementer moderatus, permodestus, satis planè frugi, naturâ ipsâ moderatus, Præstare, tenere modestiam, uti moderatione, adhibere moderationẽ, suâ sponte moderatus. Essẽ bonis moribus, moribus esse limatum, præditum, ornatum esse modestiâ, est in eo singularis modestia, est singulari modestiâ, habet moderationem, tenet suæ vitæ modum, præbet se moderatum, modestum, elucet, apparet in illo moderatio.

Mässiglich/ züchtiglich.

Modestè, moderatè, temperãter.

Mores lehren.

Erudire ad modestiam, reddere aliquem modestiorem, moderari, temperare alicujus mores, præesse, præfectum esse moribus, esse magistrum morum, regere, corrigere, emendare alicujus mores.

Sich der guten Sitten vnd der Zucht befleissigen.

Diligere modestiam, venari laudem modestiæ, Fingere, conformare, imitari mores, disciplinam, delere, evellere barbariem ex moribus, Mutare, immutare mores, Mutationem, commutationem facere morum.

Es ist nicht seine Weise/es ist wider seine Art vnd Natur.

Alienum est à moribus illius, abhorret hæc res à moribus illius, non cadit hæc res in mores eos, disjuncti sunt ejus mores ab hac re, non congruit cum moribus ejus.

Er kömpt auff sein alte Weise.

Redit ad mores suos.

Nacharten/einem nachfolgen.

Formare se in mores alicujus, imitari mores alicujus, persequi vitam alicujus, vitam alicujus exprimere, vel mores.

Grobe/Bäwrische Sitten.

Rusticitas, barbaria, insulsitas, mollities, vitium, culpa in moribus, acerbitas morum.

Epith. Mali, depravati, corrupti, improbi, impuri, perditi, rustici, duriores, horridiores, feri, immanes, barbari, perditissimi mores, agrestes, inculti, incompositi, incomti mores.

Grob/vnhöfflich/tölpisch/ ein Flegel/Pengel.

Rusticus, inurbanus, infacetus, illepidus, insulsus, barbarus, ineptus, inconcinnus, agrestis, durꝰ, subagrestis homo. Est pessimis præditꝰ moribus, est ingenio perverso, difficili, duro, à ratione

tione averſo, perverſi ejus ſunt mores, eſt moribus illaudatis, malè moratus, peſſimè moratus, tetrico convictu eſt, incommodis moribus eſt, durus in cultu, durus, horridus vitâ in morib⁹, Minus moderatis, decentibus, convenientibus moribus.

Bäwriſch/ vnhöfflich.

Inurbanè, barbarè, ineptè, inſulsè, vaſtè, putidè, inciviliter, ruſticè.

Geberde/ Geſtus, motus corporis.

Fein gute Geberden.

Moderatus, moderatior, ſedatus, conſtans, tardior, conſideratior, venuſtior motus vel geſtus, venuſtas in geſtu, artis & venuſtatis plen⁹ motus, dignitas motus, apta motio, conſentiens, idoneus motus.

Böſe/vngeſchickte Geberden.

Difficilis, deformis; turpiſſimus, vaſtus, agreſtis, flexus, fractusq́,, odioſir, ineptiis non vacans motus, turpitudo in geſtu, peccare in geſtu.

Epith. Geſtus vel motus naturalis, contra naturam, motus palæſtricus, oratorius, Motus vel geſtus athletæ, gladiatoris, hiſtrionis.

Sich ſtellen/geberden/zieren.

Agere geſtum, imitari motum, uti geſtu, geſtum arripere, in geſtu & motu diſcendo elaborare, cavere vitium in geſtu.

Vngezogen / wüſte / vnbeſcheiden/ vnbedachtſam.

Parùm modeſtus eſt, non ſatis modeſtè, vivit, modeſtiâ, modo, ratione non ſatis utitur, modeſtiam ignorat, longe abeſt à modeſtia, parùm modeſtis eſt moribus, de modeſtia nihil laborat, nullum ei modeſtiæ ſtudium eſt, expers eſt modeſtię, temere agit, imprudenter, ſine ratione, ſine modo, immoderatè, immodicè, inconſideratè, incōſultè, prorſus ſine conſilio, inconſultus eſt, temerarius, imprudens, inconſideratus, immoderatus, immodeſtus, immodicus. Ob im̃odeſtiam, imprudentiam, temeritatem, immoderatam vitæ rationem, locus ei in aula non fuit.

De Felicitate.

Glückſeligkeit/Seligkeit/Wolfart/ gut Glück.

Felicitas, beatitas, beatitudo, proſperitas, altitudo fortunæ, oblectatio vitæ, bonum, quo cętera omnia continentur.

Epith. Summa, incredibilis, par, optabilis, expetenda, perpetua felicitas, abſolutè beata vita. Optabilis, maxima proſperitas. Fortuna proſpera, ſecunda, florens, commoda, optima, facilis, benigna, incolumis, præſtās, florens, excitata. Præſtantia, abundantia fortunæ, flatus fortunæ proſper, valdè ſecundi venti, res ad voluntatem fluentes, res ſecundiſſimæ, florentiſſimæ, optatus, optabilis rei exitus.

Selig/glückſelig/ Felix, beatus,

per-

perbeatus, proſper, fauſtus, fortunatus, florens, nimium beatus, omnibus rebus felix, aliquãtò felicior, nihil fortunati⁹, quã beatiſſimus, cumprimis beatus, ſummè beatus, verè fortunatus, perfectè beatus, valdè ſecundus, aſſiduè, ſemper beatus, repente tanquam ſomnio beatus, refertus, abundans, affluens bonis, ornatus fortunâ, præditus ornamentis fortunæ, cumulatus commoditate præter cæteros, quem Deus curat.

Glücklichen/ ſeliglich/ wol.

Feliciter, feliciſſimè, benè, beate, beatiſſimè, fortunatè, fauſte, proſperè, ſatis feliciter, ex ſententia, proſpero curſu fortunæ, feliciter & fortunate, expedite, cum aliqua felicitate, Fortunâ comite, ſuffragante, læto omine, bonis avibus, benignitate Dei, Dei beneficio, Deo approbante, non repugnante naturâ, non invitâ Minervâ.

Nach der Seligkeit ſtreben.

Quærere, expetere beatam vitam, ad felicitatem aſpirare, votis omnibus vitam beatam expetere.

Glückſelig machen / Fortunare aliquem, Perducere aliquem ad vitam beatam. Afferre, dare, tribuere, præſtare alicui felicitatẽ, efficere beatum, Deus piorum labores fortunat, eorumq; conatus & conſilia ad bonos exitus ducit.

Diß Ding macht einen ſelig.

Hæc res facit, efficit, perficit, abſolvit vitam beatam, magnũ momentum habet ad bene beateq; vivendum, Eſt via quæ ad ſummum fert, Vita beata exiſtit in hac re, conficitur, comparatur, completur, continetur hac re. Hæc res complectitur vitam beatam. Per hanc rem ad felicitatem ampla, maximeque certa patet via, felicitas ſita eſt in hac re, fundamentum felicitatis in eo poſitum eſt, vulgaris opinio præcipuam partem felicitatis in hac re conſtituit.

Er iſt glückſelig / es mangelt jhm nichts/ es gehet jhm wol.

Felix fortunatusq; eſt, habet felicitatem, comoditatem, proſperitatem, eſt in felicitate, ineſt, extat in eo felicitas, utitur felicitate, vivit beatiſſimus, benè beateq; vivit, nihil ei deeſt ad felicitatem, nihil deſiderat, requirit ad ſummam felicitatem, poſſidet ſummum bonum, feliciter & beatiſſimè cum illo agitur, præclare cum ipſo agitur, feliciſſimè cum ipſo agitur, vitam beatiſſimè tranſigit, vivit diu in fortuna, commoda congruunt ei innumera, fortuna illum complectitur, Deus ipſi eſt propitius, ejus fortunas nemo ſuperat, æquat omnium fortunas, felicitate præferri, præponi ei nemo poteſt, eâ fortunâ utitur, quæ poteſt eſſe maxima, tam beatus eſt, ut qui maximè, nihil non optabile conſecutus

eſt,

eſt, nihil ad felicitatem ei deeſt, ea poſſidet, quæ vitam beatam efficiunt, quæ in vita ſunt expetenda, nemo eſt paratior in iis rebus, in quibus ſita eſt felicitas, rebus omnibus affluit, optimus eſt rerum ejus ſtatus.

Sein Glück blühet.

Hic floret, floreſcit, præ cæteris floret, ſatis, honeſtè, cũ ſumma dignitate floret, ad ſūmam gloriam floreſcit, abũdat omnibus copiis, in ſumma opum atq; honorum affluentia vivit, fruitur, floret fortunâ.

Es gehet jhm wol von ſtatt / es gehet jhm nach ſeinem Wundſch / es gelinget jhm.

Conſecutus eſt ſucceſſionem proſperam, accidunt, eveniunt illi omnia ſecunda, ſunt ipſi res ſecundæ, utitur ventis ſecundis, rebus ſecundis, proſpero fortunæ flatu, ſuccedunt, procedunt omnia, provehitur ad optatos eventus, nihil ipſi non proſperè ſuccedit, contingit hoc ipſi divinâ quadã virgulâ, ſuperat fortuna res, fluunt illi omnia ex voluntate, ex voto cadunt omnia, ex animi ſententia ſuccedunt, habet, conſequitur ſucceſſus proſperos, vehitur ſecundo vẽtu, eveniunt res ipſi proſperè, negocium omne ſuccedit ſub manus, fortuna juvat, comprobat conſilium, Deus cupit illum ſervatum.

Die Sache gehet wol von ſtatt.

Principium benè habet, res eſt per bono loco, meliori loco, fluit res ad voluntatem, ſecunda eſt, optatum finem ſortitur, benè, proſperè, pulcherrimè procedit, ſuccedit.

Wenn dirs wol gehet.

Si tibi fortuna ſuffragabitur, favebit, facilis erit, facilem ſe tibi ac benignam præbebit, Si tibi optimè cum fortuna conveniet, ſi fortunâ uteris proſperâ, ſecundâ, facili, &c. Si tibi erit optimè, ſi cōmodè tecum agetur, ſi res tibi ad voluntatem fluent, reb⁹ tuis florentibus, fluentib⁹.

Er iſt nicht mehr glückſelig.

Vita ipſius beata labefactata eſt, claudicat, erepta, amiſſa eſt.

De Conſcientia.

Gewiſſen.

Conſcientia, religio, mens ſibi conſcia, animus ſibi conſcius, teſtimoniũ, ſignum conſciẽtiæ.

Gut Gewiſſen.

Conſcientia recta, rectè factorum, benè actę vitæ, optimę mẽtis. Conſcientia præclara, ſtabilis, jucundiſſima, integra, bona, Sedatus, quietusq; animi ſtatus, memoria recte factorũ, conſciẽtia rectæ voluntatis, animus bonus, mens recti conſcia.

Jch tröſte mich meines Gewiſſens / ich verlaſſe mich auff mein gut Gewiſſen.

Conſolor me meâ conſcientiâ, conſcientia me delectat, conſolatur, Lætor meâ conſcientiâ, nitor conſcientiâ meâ, ſuſtento me meâ conſcientiâ, utor perfugio

gio hoc, literulis ſcilicet noſtris & conſcientiâ conſiliorum meorum, mea cõſcientia mihi pluris eſt, quam omnium ſermo, ſuſtentor præclarâ conſcientiâ, conſcientia rectè factorum magno mihi ſolatio eſt, recreor, reficior meâ conſcientiâ.

Einem ein Gewiſſen machen.

Terrere, deterrere aliquem religione, Injicere, offerre alicui religionem, afferre, inferre alicui religionem.

Gewiſſens halben nicht thun dürffen.

Eſſe alicui religionem aliquid facere, vel eſſe in aliquo religionem, habere rem religioni. Providere, cedere, concedere, parere, ſervire religioni, trahere, vertere aliquid in religionem, moveri religione, impediri, prohiberi religione.

Das Gewiſſen hat groſſe Krafft.

Magna vis conſcientiæ, grave pondus conſcientiæ, conſcientia removeri non poteſt.

Ein böſe Gewiſſen.

Mens malè ſibi conſcia, irrequieta, mens ſcelerum furiis agitata, Labes, vulnus, contagio, angor & ſollicitudo conſcientiæ, vindex facinorum conſciẽtia. Sceleſtæ mentis tormenta, ſcientia peccati, conſcientia ſceleris, labes animi, importunitas animi, ſollicitudo animi, conſcientia mala, infelix, animus malè ſibi conſcius.

Sein Gewiſſen beſchweren.

Devincire ſe ſcelere conſciẽtię, diſcedere à recta conſcientia, non oportet diſcedere à recta conſcientia trãſverſum unguẽ.

Vom böſen Gewiſſen geplaget werden.

Commöveri, exanimari, convinci, conſtringi, opprimi, impediri, cruciari, aſtringi, teneri conſcientiâ, conſcientia percellit animum, angore conſcientię cruciari, conſcientia ſceleratæ mentis agitari, vexari, angi, premi, ſtimulari, Scelerum furiis agitari, rapi, torqueri, terreri, vexari, exagitari, præcipitem ferri. Conſcientia ſtimulat, cruciat, mordet animũ, pœna conſcientiæ remanet, deſperatio propter conſcientiam metuenda.

Das Gewiſſen nicht achten.

Contemnere, negligere, non magni facere conſcientiam.

Jhm bewuſt / Conſcius.

Jhm bewuſt ſeyn / Conſcire.

Gar zu Gewiſſenhafft ſeyn / nimia, ſumma, magna religio.

De Malo.

Böſe / arg.

Malum, pejus, peſſimum, deterius, deterrimum. Moles, multitudo, turba mali vel malorum, genera malorum.

EPITH. Magnum, majus, maximum, ſummum, ultimum, extremum, poſtremum, ingens, infinitum, maltum, multũ, plus mali, graviora mala, Exitioſum, pernitioſum, odioſum, pejꝰ malum. Opinatum, præmeditatum

ante provisum, expectatum malum, improvisum, insperatum, non opinatum malum. Mala animi, corporis, fortunæ. Malum naturale, volũtario judicio contractum, nativum, delatum, humanum, commune, fatale, præcipuum, civile, alienum, intestinum, occultum, inclusum, præteritum, inveteratum, recens, præsens, urgens, nascens, impendens, appropinquans, futurum, æternum, infinitum, sempiternum, diuturnum malum. Parvum, minus, minimum, exiguum, levius, mediocre, tolerabile malum, mediocritas mali, nihil mali.

Böse/arg/ärger.

Malus, pejor, pessimus, deterior, deterrimus, vitiosus.

Bößlich/vbel/ärger.

Malè, pejus, pessimè, deteriùs, deterrimè, pravè, vitiosè, perperàm, paulò deterius.

Ein Anstiffter / Vrsach des bösen.

Seminator, semen, sementis, stirps, radix, mater, lerna malorum.

Einem böses thun.

Incommodare. Facere, efficere, conflare, concitare, miscere, inferre, afferre, dare, addere, inurere alicui malum.

Das böse wächst/Vnglück nimpt vberhand.

Malum crescit, ingravescit, serpit, disseminatur latius, occupat plura loca, radices agit,

De Peccato.

Sünde/Missethat/Fehle/Vbelthat/Mißhandlung.

Delictum, peccatum, maleficium, malefactum, commissum, crimen, culpa, noxa, noxia, lapsus, offensio, Semen, igniculus, conatus improbitatis.

Laster/Bubenstück/Schelmstück/grosse Sünde/Boßheit.

Vitium, malitia, improbitas, pravitas, perversitas, impuritas, nequitia, facinus, flagitium, nefas, crimen, scelus, maleficium, immanitas sceleris, maleficium sceleris, maculæ scelerum, libidinum, crimen maleficii.

EPITH. Magnum, majus, maximum, apertum, manifestum, audacius, grave, commune, alienum peccatum, delictum, mendum, erratum, factum, commissum, Magnitudo, infamia, atrocitas peccati, Multa, permulta, iñumerabilia, crebra, quotidiana peccata, errata. Varii lapsus, periculosa offensio, animadversione dignum peccatum. Mediocre, levius, leve, tolerabile peccatum, delictum, erratum. Parva, minora, minima peccata, minima noxa, Paulo minus consideratum factum.

Magnum, majus, maximum vitium, maleficium, perversitas, facinus, scelus, magnitudo sceleris, Summum vitium, scelus, grande, insigne vitium, improbitas, nequitia, scelus, singularis

impro-

improbitas,miranda malitia,mirifica improbitas, incredibilis perverſitas, nobile facinus, non mediocre vitium, Stultiſſimum facinus, perſpicuum vitium, manifeſtũ flagitium, ſcelus, aperta improbitas, diſſimulatione quâdam tecta improbitas, ſcelus, occultum facinus, clandeſtinum ſcelus. Turpius, turpiſſimum facinus,flagitium,vis,turpitudo vitiorum.

Malum facinus,perdita nequitia.Improbum, non ferendum, nemini conceſſum, indignum, indigniſſimum facinus, ſcelus, impia fraus,inceſtum, flagitium, ſcelerata, nefaria fraus, facinus, Sceleſtũ,nefarium facinus,libidines nefariæ flagitiorum, nefariũ, nefandum ſcelus,tetrum vitium, facinus. Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum, importunum, immane ſcelus,facinus.Importunitas, im̃annitas ſceleris, facinoris, ferum & im̃ane facinus,atrox facinus, truculentiſſimum & nefarium facinus,deteſtabile ſcelus, inauditum improbitatis genus, acerbiſſimum ſcelus, infeſtum, immane facinus,non ferenda nequitia,inauditum facinus,ſcelus, flagitii & dedecoris plenum factum,nullum ſcelus abeſt ab hoc ſcelere, in uno hoc ſcelere inſunt omnia, capitalis fraus, capitale crimen,inexpiabile ſcelus, fraus, delictum, enorme, morte piandum ſcelus.

Vitia non naturæ ſed culpæ, humana vitia, voluntarium maleficium,alienũ ſcelus,maleficiũ, Propria ſcelera,domeſtica,fraterna flagitia,vitia juventutis, ventris,gutturis, Commune, pervagatum,uſitatum ſcelus, Vetera, recentia flagitia,ſuperius,novum facinus,præſens fraus,ſcelus.

Multa,plurima vitia,multitudo vitiorum,peccatorum,Multa flagitia,tot ſcelera,duo, tria vitia,unica malitia & nequitia alicujus, Sexcenta,innumerabilia,infinita ſcelera, tanti acervi facinorum, turba flagitiorum, plenus flagitii, immenſa vorago aut gurges vitiorum, omne genus nequitiæ, flagitii,ſceleris.

Paria,ſimilia vitia, improbitas.

Schelm / Böſewicht / loſer Bube / Schalck.

Sceleſtus atque audax, ſceleratus, ſceleroſus, ſcelus, ſingulari ſcelere,ſcelere atq; audaciâ ſingulari,præditus ſcelere, cumulatiſſimus ſcelerum, flagitiorum omnium homo. Omnium ſcelerum, libidinũq; maculis notatiſſimus, omnium ſcelerũ flagitiorumq; documentum, ſceleribus flagitiisq; contaminatiſſimus, teter & ferus,teterrimus, vitâ omni inquinatus, ore, manu, linguâ inquinatus, plenus flagitii, ſceleris,animi perditi,nequã, Nequiſſimus omnium,qui ſunt,qui fuerunt,qui futuri ſunt.Perditus,flagitioſus,flagitium hominis, contaminatus multis flagitiis, verſatus à pueritia in omni flagitio, ſtupro,cæde,Improbus, inſigniter improbus, inſignis omnibus notis turpitudinis, notus vitiis atque improbitate omnibus,plenus vitii probriq;, profligatus & perditus, perditiſſimus, profli-

profligatiſſimus & perditiſſimꝰ
omnium hominũ, perditus ſce-
lere, perditâ nequitiâ, accomo-
datus ad facinus, paratiſſimꝰ ad
omne facinus, diſſolutiſſimus o-
mnium hominum, turpis vitâ,
peſſimus peſſimorũ, mala mens,
malus animus, malè cõciliatus,
nefarius, maleficus, caput ſcele-
rum, natus & accommodatus ad
nequitiã, paratiſſimus ad omne
facinus, meditans initâ ratione
ſcelera, mens imbuta ſcelere, co-
opertus ſceleribus, redundans
ſcelere, refertus ſceleribus, Præ-
ceps demẽs, perditus ſcelere, in-
famis vitiis, flagitiis. Adverſariꝰ,
hoſtis virtutis, pravus, perverſus
conſceleratus, facinoroſus, de-
ſperatus, magnus nebulo, maxi-
mè vitioſus, nihil vitioſius, im-
probius, turpius, nequius, per-
verſius, tetrius, unus omnium
deterrimus, deterrimus, nequiſ-
ſimus, impuriſſimus, improbus
& naturâ nocendi & malefaciẽ-
di cupidus, nullius hominis ita
eſt depravatus animus, omnibꝰ
probris contaminatus, labes &
pernicies urbis, relictus ab omni
honeſtate, in luto flagitiorum
volutatus, inuſta eſt ipſi omnis
turpitudinis nota, non homo,
ſed cœnum & barathrum, Inpri-
mis flagitioſus, valdè vitioſus,
omnino improbus, perflagitio-
ſus, uſq; eò improbus, uno vitio
minùs vitioſus, imanis, impor-
tuna, nefaria, tetra, horribilis,
infeſta, pernitioſa, funeſta, imã-
niſſima, fœdiſſima peſtis, mon-
ſtrum exitioſum, prodigium,
voluntate perditus.

Ein Hauffen loſer Buben.

Multi, quam plurimi improbi,
Multitudo, numerꝰ, ubertas, ma-
nus, vis, magna natio improbo-
rum, impiorũ, perditorũ, Cater-
væ, greges, colluvies, colluvio
perditorum deſperatorum, Te-
meritas, amentia perditorum.

Ein Anfänger aller Schelmſtück.

Scelerum architectus, machina-
tor vi iorũ, gurges, vorago, ſator
ſartorq; ſcelerum, princeps ſcele-
rum & maleficii, meſſor ſcelerũ.

Galgẽſchwengel/Henckermeſſig.

Furcifer, carnifex, verbero, ma-
ſtygia, trifurcifer, flagrio compi-
talitius, facinoroſus, pervicos ur-
bis verberibus actus.

Lecker/der nichts taug/leicht loſe Geſindlein.

Homo leviſſimus, haud magni
precii, minimi precii, nihili, culex,
lumbricus, ſtercus, effoſſus ex
ſterquilinio; poſtremus bipedũ,
nacta, vappa, balathro, Homo
non nauci, non quiſquiliæ, non
aſſis, non trioboli, non ſeſunciæ,
non ſemiſſis, nullius rei, nõ treſ-
ſis, nequam, remigium Ulyſſis.

Ubel/ſündlich/ ſchelmiſch.

Vitioſè, vitiò, malè, malignè,
malitioſè, maleficioſè, improbè,
impiè, pravè, perverſè, tetrè, im-
purè, fœdè, ſpurcè, ſceleratè, ſce-
leſtè, flagitioſè, nefariè, nequiter,
perditè.

Etwas für eine Sünde achten/oder zur Sünde machen.

Ponere alicui aliquid in crimine vel criminis loco, dare aliquid crimini, vitio, Ponere in crimine, vertere vitio, Putare, ducere, judicare, habere aliquid nefas, putare aliquid vitiosum, in culpam aliquid convertere.

Einen verführen / zu sündigen Anleitung geben.

Inducere aliquem in peccatum, commovere, impellere aliquem ad maleficium, facinus, scelus, Autorem & impulsorem esse sceleris. Excitari, incitari flagitiis, rapi in fraudem, præcepta tradere improbitatis, scelerum, præbere exempla nequitiæ, officinam alicubi habere nequitiæ, diversorium flagitiorum, perfugium nequitiæ, infici pravitate, vitiis, facere aliquem vitiosum, reddere deteriorem, scelere imbuere, adducere ad nequitiam.

Sündigen/fehlen/mißhandeln/unrecht thun.

Delinquere, peccare, labi, labi per imprudentiam, delabi in vitium, facere aliquid malè, tetrè, cum temeritate, cum imprudentia, facere nequiter, turpiter. Patrare aliquid, admittere noxiã, multa inhonesta, Committere aliquid, esse in noxa, in crimine, in vitio, haud abstinere culpâ, mereri malã rem, comereri culpam, promereri malum, incurrere in genus injusticiæ, deficere à virtute, dedecus admittere, conciscere aliquid, offendere, aberrare, vehementer peccare, paululum offendere, nihil delinquere, humano more, usitato more peccare, in eam partẽ, quę cautior est peccare, quàm sæpissimè peccare, contrahere culpã, subire, suscipere culpam, incurrere in crimen, contaminare se culpâ, incidere in vitiũ, magnopere peccare, in hoc genere peccatur, in Deum peccare, peccare syllabam, peccatum, in aliquam partem peccare, facere pravê, peccatò se polluere, designare aliquid, incidere in peccatum, facere perperã, obire facinus, incurrere in dedecora, in se cõsciscere facinus, peccatum est id facere, irretire se erratis. Est in eo peccatum, hæret in ea re peccatum, suscipere peccatum.

Muthwillig sündigen.

Studiose, consultò delinquere, peccare, scienter in malum ruere, Impudenter peccare, delinquere, in peccata ruere, abjectâ omni verecundiâ peccare, sine modo, impudentissimè peccare, non pudore ullo deterreri, abduci, removeri, avocari à studio, à voluntate, à consuetudine peccandi.

Es werden jetzt allerley Sünden begangen.

Omnes in omnem culpã prolabuntur, incurrunt homines in iniquitatem, nulla culpa est, quã homines non subeant, nullum hodie flagitium ignoratur, prætermittitur.

Durch ander Leut Sünden beschädiget werden.

Exulcerari, perire ſcelere aliquorum, perferre alicujus fraudem, violari, pollui, fœdari alicujus flagitio.

Sich auff Schelmſtück legen.

Cogitare maleficium, facinus, verſare mentem ad malitiam, cōminiſci ſcelera, conari, anhelare ſcelera, conquirere aliquid ſceleris, concipere ſcelus, flagitium, meditari initâ rationeſcelera, meditari ſcelera.

Groß Laſter begehen.

Sceleratè agere, ſummum dedecus admittere, piaculum committere, culpam gravem committere, iniquiſſimè facere, ſcelus perpetrare, maximo ſe aſtringere ſcelere, grave piaculum admittere, virtuti bellum indicere, multa nefariè committere, facinus facere ſceleſtum, Pejus, peſſimum facinus patrare, flagitium facere, admittere, committere, ſuſcipere, admittere aliquid in ſe ſceleris cōmittere aliquid ſceleratè, violare Deorum & hominum jura, accedere ad facinus, ſcelus, proficiſci ad maleficium, venire ad vitia, admiſcere ſe vitiis, admiſcere animum vitiis, dedere ſe vitiis, ingurgitare in ſe vitia, devincire, obligare ſe ſcelere, obſtringere ſe ſcelere, implicare ſe maleficio, per malitiam aliquid facere, factitare maleficium, perficere ſcelus, conficere facinus, edere ſcelus, inquinare, contaminare ſe vitiis, flagitiis, ſceleribus, volutari in omni genere ſcelerum & flagitiorum, verſari in flagitio, flagrant apud eum vitia, relinquere, imprimere veſtigia vitiorum, monumentum nequitiæ ponere.

In Sünden leben / in Sünden fortfahren.

In flagitiis volutari, verſari, flagitiis inquinari, in flagitia ſe ingurgitare. flagitiis nobilitari, ſcelere affluere, vitiis cumulari, in omni ſcelerum flagitiorumq; genere ſe volutare, in ſpurco, impuro, turpi, immundo peccatorum cœno ſe volutare, volvere, ſpurcare, conſpurcare. Perſtare in pravitate, implicatum & illaqueatum vitiis teneri, perſeverare in vitiis, non minuere, ſed augere vitium, nunquam à vitiis animum, mentem, cogitationem abducere, nūquam non de vitiis cogitare, tua mens nunquam ab improbis cogitationibus diſcedit, abducitur, avellitur, ſemper vitia cogitat, in omnem ſcelerum ac flagitiorum turpitudinem præceps ruit, anhelat ſcelus, Repetere facinus, iterare ſcelus, relabi in idem flagitiū, ut canis ad vomitum, convertit ſe ad deteriora, proficit in pejus, indies deterior evadit.

Von Sünden ablaſſen / Sünde meyden.

Vitare, evitare, fugere, effugere, declinare vitium, recedere à vitiis, diſcedere à malitia, ponere vitia, temperare ſibi à malo, vitare culpam, honeſtiùs vitam inſtituere, abſtinere vitiis, ſcelere, à vitio ſe revocare, omni ſtudio vitiorū turpitudinem fugere, recedere ab errato, finem facere vitiorum, cavere vitia, prætermittere vitium, ad bonam fru-

gem revocari, redire in viam.

Schelmſtück helffen anrichten / Koppeltheil mit an den Sünden haben.

Socium eſſe, adjutorem ſe prębere ſceleris, ſocietatem coire, fœdere conjungi ſceleris, Conſcium eſſe flagitiorum, ſatellitem eſſe, participem, ſocium, affinem fieri vitiorum, ſcelerum, culpæ, fautorem eſſe flagitii, Contagio ſceleris latè patet, conjungi crimine, aut ſocietate criminis cum aliquo.

Er iſt ſo gut als jener.

Par, ſimilis, ſimilimus eſt illi ſcelere, flagitiis, Certat cum illo flagitiis, ſuperat illum flagitiis.

Sich für Sünden fürchten.

Horrere, metuere, reformidare, pertimeſcere, extimeſcere crimē, angi ſuſpicione culpæ, metuere culpam, pertimeſcere invidiam nequitiæ.

Sich böſen Buben widerſetzen / Schelmſtück hindern / wehren / ſtewren.

Dimicare cum improbis, inimicum, hoſtem eſſe improborum, reſiſtere nequiſſimo cuique, frangere furorem improborum. Reſiſtere, obſiſtere ſceleri, arcere, pro pulſare, tardare, frangere ſcelus, infringi improbitatem, ſummotus ille eſt maleficio, tollere vitiū, extincta & deleta eſt improbitas, opprimere, conprimere, extinguere, funditus delere improbos, amovere nebulonem, reprimere, retundere improbitatem, opponere, objicere ſe improbitati, facere, efficere, ne quis iniquè cogitata poſſit perficere, vel improba conſilia ad exitum perducere, lōgius malitia proceſſiſſet, niſi incurriſſem, occurriſſem, obviam iviſſem, impediviſſem, impedimē, ta objeciſſem, malorum improbitatem coercuiſſem.

Einen von Sünden abhalten / abmahnen.

Avocare aliquem à delicto, à peccatis deterrere ab errato, revocare aliquem à vitio, ſcelere, deducere aliquem de pravitate, abducere à vitiis.

Sünde büſſen.

Eluere maculas flagitiorum, maculas ſuperiori ætate contractas lachrymis delebo, Expiare, purgare ſcelus, culpam præſtare, redimere.

In Sünden ergriffen werden.

Teneri in manifeſtis flagitiis, opprimi, prehendi in furto, deprehendi in furto, in adulterio, teneri manifeſtè in flagitio.

De Culpa.

Schuld.

Culpa. noxa, noxia.

EPITH. Magna, major, maxima, ſumma, turpis, ſimilis, varia culpa, Perparva, minor, tolerabilis, noñulla culpa, minima noxa.

Es iſt ſeine Schuld.

Suo vitio perit, ſua fraus illum vexat, inſectatur, affligit, concidit flagitiis ſuis. Culpâ illius hęc contracta ſunt, illius culpâ hæc acciderunt, incidis in ærumnas propter illum, non tuo delicto hoc contingit, ſed culpâ illius, peccatum illius eſt, Contingit, accidit hoc culpâ illius, factum, Comiſſum hoc eſt culpâ illius, conſiſtit, hæret, reſidet culpa in eo, pertinet ad illum, ille eſt in culpa.

Die Schuld auff einen andern legen.

Culpam conferre, transferre, derivare, injicere in aliquem, transferre in aliquem peccatū, tribuere, attribuere, aſſignare alicui culpam.

Vbelſtand/es ſtehet vbel.

Indecorum, præter decorum, à decoro alienum, Non decent, dedecent hæc bonum virum, nequaquam decorum eſt, flagitium eſt, turpe eſt.

De Infelicitate.

Vnglück.

Infelicitas, infortunium, malum, Infeſta, afflicta, ſpoliata, durior, indigniſſima fortuna, Infeſtus, iniquiſſimus caſus, injuria fortunæ, caſus adverſi, caſus infauſtus, exitus rerum adverſi, varietas fortunæ, &c, ſupra.

Vnglückſelig.

Afflictus, conflictatus, abjectus, multatus à fortuna, percuſſus vulnere fortunæ, infortunatus, peſſimè fortunatus, perculſus fortunæ vi, extremè infelix, nemo infelicior, infortunatior, infeliciter cum illo agitur.

Vnglückſelig/ Adv.

Infeliciter, inauſpicatò, haud auſpicato, auſpicio malo, contra auſpicia, funeſtis omnibus, ſine ope Deorum, diis hominibusq; invitis, ave ſiniſtrâ, adversâ.

Groß Vnglück.

Ingens infortunium, Ilias, lerna, mare, pelag9 malorum, Niobes mala.

Das Glück iſt mir zu wider/ ich bin gar vnglückſelig.

Fortunâ utor planè infeſtâ, adversâ, difficili, Fortuna me fefellit, defuit, infeſta mihi eſt, adverſatur mihi, obſtat, reflat, obeſt, mala mihi importat, fortuna impedit me, premit, urget, cogit, affligit, exercet, feriit, deformavit, mulctavit. Fortuna premit, urget, cogit me in hunc caſum, ademit, eripuit, abſtulit omnia, adverſæ ſunt mihi omnes felicitates, Conflictor duriore fortunâ, deſertus ſum à fortuna, amiſi ſecundas fortunas, planè verſor in miſera fortuna, res ſunt mihi adverſæ omnes, redactus ſum in ſummam infelicitatem, amariſſimam fortunam per omnem vitam deguſtavi, omnia infortunia ſubivi, malè mihi cū fortuna convenit, caſus adverſi mearum rerum tranquillitatem perturbarunt, perculſus fortunæ vi jaceo, langueo, fortuna mea jacet, ſempiterna nox meis fortunis offuſa eſt, Miſerrimo, deteriore, ſingulari fato utor.

Es iſt niemand ſtets glückſelig/ wir ſind alle dem Vnglück vnterworffen.

Nullius eſt perpetua felicitas, nullius eſt felicitas, nullis interrupta malis, nemó fortunâ perpetuò utitur bonâ, nemo eſt cui non accidat infortunium, Fortuna fingit, arctatq; humana ut lubet, vita noſtra objecta, ſubjecta, propoſita eſt omnibus telis for-

fortunæ, Dii nos homines quaſi pilas habent.

Es gehet mir nicht von ſtatten / es gelinget mir nicht.

Parum, ſecus, nequaquam, ut ſperavi, ſucceſſit, minus proceſſit, ſucceſſit, Res mihi malè ceſſit, haud benè evenit, nõ fluxit ad meam voluntatem, Ventus deſeruit noſtram navem.

Sich beſorgen für Vnglück.

Reformidare, metuere, timere, pertimeſcere, extimeſcere caſus adverſos, rotam fortunæ, Terreri fortunæ impetu.

De Confeßione.

Geſtehē/bekeñen/nit in Abrede ſeyn.

Agnoſcere erratum ſuum, confiteri delictum vel de delicto, nõ negare culpam, crimen, ingenuè confiteri de imbecillitate ſua, non inficiari, non inficias ire, annuere ſe peccaſſe, fateri ſcelus & fateri de ſcelere. Acerbum eſt negare non poſſe, quod turpiſſimum eſt confiteri, ponere negationes, nihil refellere poſſe.

Er hat es bekandt.

Convincitur, urgetur, tenetur confeſſione, patefactum eſt ejus confeſſione.

Einen darzu bringen/dz er bekeñet.

Adducere aliquem ad confeſſionem.

Bekäntniß/ Confeſſio, confeſſio errati.

Verneinen/leugnen/verleugnen.

Negare, inficiari, pernegare, abnegare factum, crimen, inficias ire ſe feciſſe, conſtanter negare ſe auctorem eſſe, tegere, occultare ſua vitia, refellere crimen, derivare, removere, amovere à ſe crimen, culpam, Vitiis virtutis nomina imponere.

De Pœnitentia.

Buſſe/Rewe/Bußfertigkeit.

Pœnitentia, pœnitudo, dolor commiſſorum delictorum, ſtudium correctioris vitæ.

Es rewet mich/es iſt mir leyd.

Pœnitet me peccatorũ, commoveor, doleo delicto meo, errata mihi dolorem cruciatumq; afferunt, Pudet me criminis, cõmoveor recordatione culpę, vehementer, omnino pœnitet me, ſuppudet, ſubpœnitet me nequitiæ, Facinus pœnitet me, capit me pœnitudo facti, pœnitẽtiâ tangor, ducor, ſubit me pœnitẽtia, agnoſco culpam, pœnitet me quòd hoc fecerim, magno hoc redemtum velim, dolet mihi me admiſiſſe delictum.

Einen bekehren / von Sünden abmahnen/auff einen guten Weg bringen.

Revocare aliquem à vitio ad virtutem, ab immanitate ad humanitatem, Convertere animos imperitorum à vitæ pravitate ad cultum Deorum, avocare aliquem à delicto, deterrere ab errato, deducere à pravitate, abducere à vitiis, Civitas emendatur & corrigitur principum cõtinentiâ, philoſophia emendatrix, expultrix vitiorum, vitiorum fibras evellere.

Sich bessern/frömmer werden/von Sünden ablassen/ Busse thun.

Corrigere ſe, revocari à vitio ad virtutem, animum ad frugẽ applicare, abſtinere ſe à ſcelere, recedere ab errato, declinare à delectis, vitare culpam, Ponere, declinare vitia, corrigere peccatum, repellere animi labem, evellere aliquid inſitum morib⁹, evellere id quod poſitum eſt in moribus, Deſinere, parere improbiſſimis dominis dedecori & turpitudini, facere finem libidini, mutare animum, reverti ad ſanitatem, redire in viam, recipere ſe ad bonam frugem, tẽperare ſibi à maleficio, finem facere vitiorum, Cavere, vitare, evitare, fugere, effugere vitia, diſcedere à malitia, recedere à vitiis, honeſtiùs vitam inſtituere, honeſtioris vitæ initium ordiri, laudabiliorem vitam exordiri, prætermittere vitium, revocari ad bonam frugem, rejicere turpem & flagitioſam vitam, omiſſis & abjectis vitiorum illecebris rectè vivere, traduci ad mẽtis ſanitatem, à vitio ſe revocare, corrigere pravos mores, vix aliquando reſipiſcere.

Wiederumb in Sünde fallen.

Ad eundem furorem redire, iterum deficere à fide, à priſtina mente deſciſcere, diſcedere, abduci, redire ad priſtinos mores, ut canis ad vomitum.

De Religione.

Gottesdienst / Religion.

Religio, cultus Dei, Res, nomen, autoritas, ſanctitas, vetuſtas religionis, Res divina, religio ſacrorum, vetera inſtituta, religionesq́,, ſacra, ceremoniæ.

Epith. Magna, major, maxima, ſumma, mira, juſta, ſancta, auguſta, pura, publica, præclara, domeſtica, externa, aliena, priſtina, antiqua, antiquiſſima religio. Maxima, ſacra ceremonia, incredibilis ceremonia, auguſta myſteria, ſacræ religiones, ſanctiſſimæ religiones, Pura religio & cultus Deorum, ſolennis religio, ſolennia ſacra, ſtata, ſolennesq́; ceremoniæ, religioſa ſacra.

Fictæ religiones, Occulta, inaudita, nefaria ſacra, ignotæ ceremoniæ, perverſa atq; impia, inexpiabilis religio.

Der der Religion erfahren ist.

Interpres religionis, peritus religionum, qui ſcit, quib⁹ Deus rebus aut viribus ſe coli gaudeat.

Priester Ampt verwalten.

Antiſtitem, regem eſſe Sacrorum, ceremoniarum, Magiſtrũ, autorem eſſe ceremoniarum, Interpretari religiones, præeſſe religioni, ſacris ceremoniis, moderari religiones.

Die Religion vertheidigen/ erhalten.

Tueri ſacra, cæremonias, religiones, tutorem, cuſtodem eſſe ſacrorum,

ſacrorum, defendere religiones ceremonias.

Der fleiſſig des Gottesdienſts abwartet/ Gottfürchtig.

Deditus religionibus, imbutus religione, ſanctus, diligens in religione aut cultu Dei, maximè religioſus, religioſus, nemo ſanctior, cui in animo verſatur religio.

Des Gottesdienſts abwarten/ Gottesdienſt verrichten.

Facere ſacra, res divinas, conficere, obire ſacra, perſequi ceremonias, colere religionem, ſacra, operam dare rebus divinis, curare, procurare res divinas, ſacra, placare Deum religione, religioſiſſimè, ſanctiſſimè Deum colere.

Einen Gottesdienſt anrichten.

Inſtituere religiones, cõſtituere ſacra, inſtituere ceremonias, res divinas, inducere religionẽ. Prodita, tradita ſacra, Aſcita, accerſita, accepta ſacra.

Eine Religion annehmen.

Admittere, accipere, ſuſcipere religionem, ſacra.

Sich zu einer Religion bekennen.

Habere, tenere religionem, confiteri religionem, vigere religionem apud aliquos.

Seine Religion erhalten.

Confirmare, ſervare, conſervare, retinere religionem, ceremonias, ſacra.

Die Religion verlieren.

Amittere religionem, interire, occidere ſacra.

Etwas zum Gottesdienſt geben.

Vovere, dicare, conſecrare aliquid Deo, conſecrare aliquid religioni, auguſtè ſanctèq; conſecrare, Opes nullibì meliùs, quam in Dei cultu collocantur.

Den Gottesdienſt abſchaffen.

Tollere religionem, avocare animos à religione, delere, extrahere radicitùs ex animis religionem, extinguere religionẽ.

Gottesdienſt fortpflantzen/Propagare religionem.

Religion wieder anrichten/ Reſtituere religionem.

Seine Religion wieder bekommen/Recuperare religionem.

Des Gottesdienſts oder Religion wegen abgehalten werden.

Impediri, prohiberi religione, in religionem vertere, trahere, in religionem venire.

Der Religion halben etwas zulaſſen.

Liberare religione, religione eximere, religione ſolvere, exſolvere.

Heiligkeit/ Sanctitas, ſanctimonia, ſanctitudo.

Heilig/ Sacer, ſanctus, ſacroſanctus, auguſtus, divus, ſacratus, Deo dicatus, dedicatus.

Heiligen / heilig machen / weihen.

Sacrare, ſanctificare, conſecrare, Deo dicare, dedicare, auguſtè ſanctèq; conſecrare, vovere, devovere.

Die Kirche.

Ecclesia, cœtus piorum, cœtus complectens veram confessionē doctrinæ cœlitus patefactæ, cœtus Dei, societas Christianorum, pius Christianorum cœtus, pia Christianorum turba.

Die Christliche Kirche / Ecclesia Catholica.

Gottes Wort / die Bibel.

Verbum Dei, immotum Dei verbum, sacra scriptura, sacrosancta scriptura, sacra Biblia, sacri libri, codices, Doctrina divinitùs vel cœlitùs patefacta, literæ sacræ, literę divinitus inspiratę, Oracula divina, divinitus edita.

Das alte Testament.

Vetus testamentum, fœdus Dei vetus, fœdus quod pepegit Deus cum populo Israelitico, fœdus cujus ministri Moises.

Beschneidung / Circumcisio, Sacramentum circumcisionis.

Beschneiden / Circumcidere infantes, tollere præputium sacro ritu.

Beschnittener / Verpus, apella, circumcisus.

Die zehen Gebot / Lex, Lex Dei, decalogus, decem præcepta.

De Sacrificio.

Opffer / Sacrificium.

Opfferung / Sacrificatio, immolatio, litatio, libatio.

Schlachtopffer / Hostia, victima.

Versühnopffer / Piaculum.

Versühnung / Expiatio, procuratio.

EPITH. Hostia, victima, major, maxima, conveniens, decora, grata, gratior, humana.

Sacrificium solenne, statum anniversarium, vetustum, occultum, plurima sacrificia.

Sacra privata, gentilitia, paterna, adoptiva, perpetua.

Opffer geben zum Opffer.

Redimere, præbere hostias ad sacrificium, ducere, adducere hostias.

Opffern.

Sacrificare, facere sacrificium, rem divinam, factitare sacrificia añiversaria, Obire sacra soleñia, immolare Deo bovem, hostiam, agnos, taurum, cędere victimas, supplicare Deo thure, vino, expetere pacem Deum hostiis, mactare victimas, placere Deum, instaurare sacrificium, cōstituere procurationes, parentare hostiâ, colere Deum sacrificiis.

Beym Opffer seyn.

Operam dare, deservire rebus divinis, colere sacra, ceremonias, obire sacra, persequi ceremonias, uti iisdem sacris.

Man opffert / Litantur hostiæ, conficiuntur, curantur, procurantur jam sacra.

Menschen opffern / Funestare, cruentare aras & templa humanis hostiis.

Gott ein wolgefällig Opffer thun / Libare, litare.

Versühnen / reinigen / Piare, expiare, procurare, lustrare.

Unversühnlich / Inexpiabilis.

Unversühnter / Pollutus, qui

debet diis expiationem.

Etwas verunreinigen/ Polluere, violare, maculare, fœdare, inquinare, contaminare.

Das newe Teſtament/ Novum teſtamentum, novum fœdus.

Ein Chriſt/ ein Gliedmaß ď Chriſtlichen Kirchen.

Chriſtianus, Qui Chriſto nomen ſuum dedit, veræ religionis doctrinâ inſtructus, Qui civem Eccleſiæ Chriſti ſe profitetur, Complectens veram confeſſionem doctrinæ cœlitus patefactæ. Qui nobis Chriſtianæ religionis & fidei ſocietate conjunctus eſt, qui verâ religione imbutus eſt.

Ein Heyde.

Homo ethnicus, gentilis, paganus, veræ religionis ignarus, nullâ cognitione doctrinæ cœlitùs patefactæ imbutus, qui eſt extra Eccleſiam.

Sacrament/ Sacramentum, ſacri ritus Eccleſiæ.

Das Sacrament gebrauchen/ Uti iiſdem ſacris, compotem eſſe ſacramentorum eorundem.

Sacramentſchwermer/ Dipnoſophiſta, divinorum myſteriorum obtrectator.

De Baptiſmo.

Tauffe.

Baptiſmus, baptiſma, lavacum ſacrum, vitale, ſalutare, Divina lavatio, myſtica ablutio, ſacer fons Eccleſiæ, ſanctiſſimum lavacrum, ſacrum luſtricum.

Einen tauffen.

Baptiſare aliquem, Mergere, immergere, tingere, intingere, lavare, abluere aliquem ſacro baptiſmate, ſacro lavacro.

Getaufft werden.

Baptiſari, Tingi, mergi baptiſmate, Conſecrari Chriſto per baptiſmum, Baptiſmum percipere, in Chriſtianam militiam nomen ſuum dare, Devincire ſe Chriſtianæ religioni per baptiſmum.

Zu Gevattern ſtehen.

Aliquem ad ſacram baptiſmatis aquam ſuſcipere, afferre aliquem ad ſacrum lavacrum. Per me initiatus eſt Eccleſiæ.

Ein Bate.

Sponſor, teſtis baptiſmi, Pater myſticus, luſtricus, Propater, ſuſceptor, initiationis arbiter, fidejuſſor, promater.

Ein Tauffbate/ Profilius ex baptiſmate, profilia.

Gevatter/ Compater.

Gevatterin/ Commater.

Tauffſtein/ Baptiſterium.

Waſſerkännichen/ Guturnium.

Widertäuffer/ Dibaphus, retinctor, libertinus, anabaptiſta.

Abendmahl/ Gottes Tiſch.

Menſa Domini, cœna Domini, cōmunio ſacra, ſynaxis, Euchariſtia, epulum Chriſti, cœleſte convivium, Sacramentum veri corporis & ſanguinis Chriſti.

Zum Sacrament gehen/ Uti ſacrâ ſynaxi, ſacrâ communione.

De Pietate.

Gottsfurcht/ Frömmigkeit.

Pietas, cultus Dei, amor, metus, veneratio, reverentia Dei, obſervantia erga Deum, pietas adverſus Deum. Sanctitas, laus pietatis, religionis, Probitas, ſanctimonia, ceremonia in Deũ.

Epith. Summa, ſingularis, inſignis, commemorabilis, mira, incredibilis, divina pietas, cultus diligens, juſta veneratio.

Gottsfürchtig/fromb.

Venerans, verens Deum, deditus religionibus, imbutus religione, ſanctus & diligens in religionibus, nemo ſanctior, unus omnium ſanctiſſimus, ſanctitatus & doctrinæ ſpecimen, cœleſtium contemplationi addictus, deditus, qui ſolus cœleſtibus vacat, qui tantum divina agitat animo, ardens religionis & pietatis cultor, præditus, prę ſtans eximiâ pietate, plenus religionis, pietatis, colens religioné, homo ſummâ religione, exemplar antiquæ religionis, pius in Deum.

Gottsfürchtig ſeyn.

Honorem Deo præſtare, Deum animo ſpectare, colere Deum, amare & metuere Deum, vereri, timere Deum, Venerari, honorare Deum, Colere pietatem, tribuere numini pietatem, præditum eſſe pietate, Pietate aliquâ eſſe, elucet in eo ſanctitas, animum & cogitationes ſuas ad Deum referre, piè religioſeque vivere, cum pietate vitam ducere, in omnibus rebus ducem Deum ſequi, Vitam agere cum pietate conjunctam, nihil non piè cogitare, multũ venerari Deum, Diligenter, magnâ curâ, piè, religiosê, religioſiſſimè, ſanctiſſimè, caſtiſſimè Deum colere, Plurimùm Deum venerari, Deum ſanctè venerari, Deum & æternitatem cogitare.

Gott erkennen/Intelligere, ſcire, noſſe, cognoſcere, agnoſcere Deum, contemplari animo Deum, intellectus divinitatis.

Frömmer ſeyn als ein ander/ Superare alios pietate, ſuperiorem, præſtantiorem eſſe pietate aliis.

Ein göttlich/geiſtlich Leben anfahen/ Deo ſe dicare, addicere, dedere, totum tradere, ſe ad Deum conferre, ſuas cogitationes, omnia ſtudia in uno Deo figere, locare, ab uno Deo pendére, Deum, & res divinas curare, divina ſtudia colere, Chriſtianam pietatem nõ vulgari inſtituto complecti, Chriſtianam pietatem proprio ſtudio complecti, Deum & æternitatem cogitare.

Etwas in Gottes Namen anfahen.

Deum adhibere ad cogitationes ſuas, in ſuis cogitationibus ad Deum confugere, ſua conſilia ad Deum referre.

Einen verführen/von der Gottesfurcht abhalten.

Deducere aliquem à pietate, avocare animos à religione, extrahere radicitus ex animis religionem.

Heiliglich/Göttlich/Religiosè, piè, ſanctè.

Gottloſigkeit/Impietas, profanatio, ſimulatio pietatis.

Gottloß/vnfromb.

Impius, profanus, in omni religione impius, hoſtis, prædo religionum, impius in Deum, cōtemnens religiones, in omni religione atheus, parùm piè, minùs religiosè vivens.

Gottloß Leben führen.

Parùm piè, parùm religiosè ſacris operam dare, in templo verſari, Impium, inimicum eſſe Dei, hoſtem Dei eſſe, adverſari Deo, bellum indicere Deo, violare Deum, non habere rationem pietatis, omittere pietatem, à religione declinare.

Nichts wiſſen von der Gottes-Furcht.

Neſcire, negligere, relinquere, repudiare, irridere, negare Deum, ignorantia divinitatis, expertum eſſe religionis, contemnere religiones.

Die Religion vnd Gottesdienſt zerſtören.

Perturbare, conturbare, pervertere religiones, violare, labefactare, polluere religionem, extinguere religionem, Perturbatio, confuſio religionum, proſtratæ & afflictæ religiones.

Gottloſiglich / Impiè, nefariè, ſceleratè.

De Superſtitione.

Aberglauben/Superſtitio.

EPITH. Magna, maxima, muliebris, anilis, barbara, cōtaminata, imbecillis animi, ſuperſtitio.

Abergläubiſch/Superſtitioſus, religioſus, nimium ſuperſtitioſus, addictus rebus inanibus.

Abergläubiſch/Superſtitiosè.

Es iſt ein Aberglaub darzu kommen/Acceſſit ad rem ſuperſtitio.

Abergläubiſch machen.

Implere animos ſuperſtitione, refarcire vitam omni ſuperſtitione, ſuperſtitionem fundere per gentes, obligare, imbuere animos ſuperſtitione.

Abergläubiſch ſeyn.

Obligatum, imbutum eſſe ſuperſtitione, conflictari ſuperſtitione, animum impletum habere ſuperſtitione, credere omnia cum ſolicitudine ſuperſtitioſa, concipere ſuperſtitioſa, ſuperſtitio occupavit animos.

Einem den Aberglauben außreden/Tollere ſuperſtitiones, ejicere ſtirpes ſuperſtitionis, levare, liberare aliquem ſuperſtitione.

Dem Teuffel dienen/Venerari, ſequi dæmones, Parere dæmoniis, mancipare animas ſpiritibus immundis.

Apoſtaſia oder Verleugnung der Religion/Apoſtaſia, defectio à vera religione.

Abfallen / die Religion verleugnen/Deſciſcere à religione, abnegare ſe Dei cultorem, deficere à vera fide, prodere religionem, cœleſte ſacramentum deſerere.

Abgefallener/Apoſtata, deſertor ac proditor religionis.

Bild/ Götze/Abgott.

Dii, idolum, imago, simulachrum Dei, signum marmoreum, signum ex marmore, ære, ænea signa, Hercules marmoreus, factus ex ære, &c.

EPITH. Amplum, excelsum, præclarè factum, antiquum, æneum, Eburneum, &c. ligneum, nudum signum, simulacrum.

Groß Bild/ Colossus.

Gegossen Bild/ Sigillaria, simulachra.

Außgehawen Bild/ Sculptile.

Der Fuß darauff das Bild stehet.

Suppedaneum, &c.

Bild machen.

Fingere simulachrum, pingere, fabricare, conflare simulachrum.

Ein Bild setzen oder heiligen.

Ponere, locare, collocare, statuere, constituere simulachra, dedicare, consecrare simulachra.

Bilder anbeten.

Venerari simulachra, honestare, cohonestare statuam adorare imagines, venerari pro Deo imaginem, venerari Deorum simulachra, &c. signum hoc est in magna religione.

Bilder stürmen.

Demoliri, dejicere, deturbare, evertere, frangere, concidere, revellere, avellere, tollere, auferre, excidere, affligere statuas.

Bilderstürmer.

Iconomachus, imaginum interfector, statuarum eversor, monumentorum disturbator.

De Precibus.

Gebet/Bitte/Anruffung.

Precatio, preces, petitio, obsecratio, adoratio, invocatio, supplicatio, deprecatio, obtestatio.

EPITH. Humilis & supplex precatio, obsecrationes & preces humiles, magnæ, longæ, justæ, miseræ, luctuosæ, quotidianæ, diuturnæ preces, diligentissima deprecatio, solennis precatio, sceleratæ preces.

Beten/Gott anruffen.

Adorare, precari, invocare com-

re com-

re, comprecari Deum, ex animo precari, fundere preces, flagitare, efflagitare apud Deum precibus, ſupplicare Deo, obſecrare, in ſacris publicis nihil aliud à Deo petunt, Flexis genibus & conjunctis manibus dixi precationem dominicam, ſollicitare Deum precibus, uti prece, precatione, obſecratione, deprecatione, Petere precibus, orare aliquid precibus, obteſtari, contendere precibus, efflagitare aliquid precibus, reliqua eſt mihi precatio.

Vorm Tiſche beten / Conſecrare menſam.

Einem vorbeten.

Præire verba orationis Dominicæ, ſoles mihi præire Germanice, ſoles mihi præire verbis.

Ich bitte.

Etiam atque etiam peto, Peto, quæſo, oro, obſecro, rogo, omnibus precibus oro, per fortunas quæſo.

Ich bitte dich.

A te peto, rogo te & quidem valde rogo, Obteſtor te, Eſt quod à te magnopere oratum velim, agere cum aliquo precibus, venire oratum rem aliquam, multi mecum egerunt ut hoc facerem, amabo te da mihi hoc, velim mihi hoc des, curæ hoc tibi ſit, illud memento curare, operam da & effice, Vigila in eo, quæſo à te, ut hanc moleſtiam meâ cauſâ devores.

Einen hefftig / mit allem fleiß bitten.

Vehementer, valde, magnopere, etiam atque etiam, majorem in modum, omnibus precibus ab aliquo petere, rogare, omni contentione, magnâ curâ, magno ſtudio, magno animi labore, juſta de cauſa ab aliquo petere, à te peto ut majore curâ, majore ſtudio nullo poſſim, Precario rogare, omnibus à te precibus atque obſecratione contendo, nihil magis contendere, maximè petere, ſummè, ſummopere, tantopere petere, vehementer, etiam atque etiam petere, rogare, orare, condendere, diligenter, diligentiſſimè petere, acriùs rogare, intentiùs petere, Majore, ardentiore, omni ſtudio petere, rogare, contendere, precibus omnibus, orare & obteſtari; Singulari ſtudio, quàm poſſum ſtudioſiſſimè, valdè, ex animo à te contẽdo, hoc ita à te poſtulo, peto contẽdo, ut fortunas in eo meas poſitas putem, precibus tecum ago quàm poſſum diligentiſſimis, rogo te quàm

ſtudio-

studiosè possũ, rogo magis quàm à me vis, aut pateris tu rogari, per fortunas quæso.

Ich bitte dich wegen unser Freundschafft.

Rogo te pro amore nostro, amoris nostri causâ, pro nostra amicitia, pro jure nostræ amicitiæ, pro nostra inveterata amicitia, pro nostra summa conjunctione, pro pari inter nos & mutua benevolentia, pro tuo perpetuo in me studio, pro plurimis officiis, paribus ac mutuis, pro tua fide diligentiaq;, peto à te vel si pateris oro, quantum me amas, tantum à te peto. Cura pro eo, quanti apud te sum.

Ich bitte dich so es dir gelegen / so es dir nicht zu wider / so du kanst.

Si ea res te nihil offendet, rogo te, si ita expedit, Si quid res tibi dabit facultatis, si tibi videtur, eâ lege tamen, si tibi quoque hoc è re utriusque nostrum fore videtur. Peterem à te, si opus esse existimarem, si grave non est, si tibi erit commodum, quod commodo tuo fiat, quod commodo valetudinis tuæ fiat, quantum tua patietur valetudo, quod sine molestia tua fiat. Si honestè, & pro dignitate poteris, quantum tua fides dignitasq; patietur, si non alienum à dignitate tua putabis, quod tibi rectum & æquum videbitur, quantum tua fert voluntas, nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam, non essem tibi molestus, si per alium hoc agere possem, velim bonam in partem accipias quod dicam.

Freundlich bitten.

Familiariter, amantissimè, blandè & concinnè, blandiùs petere, rogare, obsecrare.

Außdrücklich bitten / Apertè, palàm, nominatim, ordinatim petere, rogare.

Ich scheme mich / ich mag nicht viel bitten.

Pudenter, qudentissimè hoc rogo, peto, verecundiùs contendo, impedior verecundiâ, ne pluribus verbis te rogem, Verecundia me impedit, non dimittam pudorem in rogando meum.

Kürtzlich / mit kurtzen Worten bitten.

Breviter, paulum petere, rogare, Si de tua voluntate dubitarẽ, multis à te verbis peterem. Magnitudo rei longam fortassis orationem desiderat, conjunctio verò nostrorum animorum brevitate contenta est, pluribus tecum agere nõ debeo, longiorem orationem tua non expectat humanitas, non patitur, non fert amicitia nostra, minimè patitur amicitia nostra, ut de pluribus rogem, negligẽter petere, remissiorem esse in petendo.

Offt und viel bitten.

Diu multumq; rogare, postulare, flagitare, sæpe, sæpiùs, creberrimè, assiduè rogare, implorare, nõ desistere, non defatigari, non finem facere in rogando, rogandi, quotidie flagitare, semper rogare, poscere, flagitare.

Für einen bitten / vorbitt thun / intercession thun / Collect einlegen.

Verba facere pro aliquo, perficere alicui aliquid precibus, supplicare alicui pro aliquo, præbere se deprecatorem pro periculo, laborare pro aliquo, pro salute alicujus, præbere se deprecatorem, relictus sum hic deprecator, plurimis pro te supplicem me objeci. Petere pro aliquo, petere alicui benevolentiam & liberalitatem alicujus, aliquod beneficium, autoritate intercedere, deprecari pro aliquo, apud aliquem, Tendere Deo manus pro aliquo, Ille precibus ad Deum fusis regis causam fovere & sustentare non desinit, Obsecro te ut coneris hoc à Deo mihi impetrare, ut miserum senem precibus vestris Deo commendetis, me fusis ad Deum pro me precibus adjuvare digneris. Multi, qui à te aliquid obtinere vellent, egere mecum, ut ad te suâ causâ scriberem. Age quæso diligenter cum illis, adhibe studium ac diligentiam in prensandis, appellandis, rogandis senatoribus, deprecari alicui ne vapulet.

Abbitten / ich bitte dich / verzeihe mirs.

Oro ut ignoscas, peto ut ignoscatur, Peto veniam errori, delicto errato, delicti alicujus.

Bittlich/Precario, suppliciter.

Ein Bitter / der da bittet / Petitor, Petens, precator, rogator, rogans, orans, deprecator.

Das bitten / Rogatio, rogatus, oratus.

Anhaltung / forderung / heische / Postulatió, postulatum, flagitatio, efflagitatio.

Epith. Aequa, æquior, honesta, brevis, gravissima, tacita postulatio, flagitatio, Impudens, valentior, improba, insulsa, turpis postulatio, flagitatio. Minis & promissis factæ sollicitationes, usitatę formulæ postulationis, novum genus postulandi, intolerabilia postulata.

Einforderer / Anhalter.

Postulans, deposcens, flagitans, flagitator, molestus, assiduus, acer flagitator, sæpiùs rogans.

Fördern / Condition fürschlagen / Artickel proponiren.

Requirere, postulare-poscere, deposcere, exposcere, flagitare, efflagitare, Interponere postulata, afferre postulationem, deferre, referre ad aliquem postulata, edere postulata, solicitare, exigere.

Unverschämpt fordern.

Audacter, impudenter, impudentissimè postulare, contendere, convicio efflagitare, molestè rogare, injuriâ postulare.

Wider fordern/Reposcere.

Zusammen bitten/Corrogare.

Demütig Gebet/Supplicatio.

Flehend/ Supplex, miser, calamitosus, sordidatus, cum lachrymis, in squalore & luctu jacens supplex.

Flehen / suppliciren.

Supplicare, supplicare alicui. Exhibere, conferre se, confugere supplicem ad aliquos. Ire supplicem alicui, Adire, accedere, venire supplicem ad aliquem, manus tendere alicui supplices, Esse supplicem aliquorum, supplex me obsecravit, fidem alicujus obtestari, misericordiam alicujus implorare, suppliciter se insinuare,

fracto animo atq; humili ſupplicare alicui.

Demůtiglich/ vmb Gottes willen bitten.

Precibus omnibus orare & obteſtari, Per Deum, per fortunam, per dextram, per ſenectutem, per cineres, per omnia ſacra, per divina humanaq; omnia, per extremi judicii diem, per Deum atq; homines, per genua orare, obſecrare, obteſtari, rogare, Flens petiit, flagitavit, obſecravit, oravit, obteſtatus eſt, ſupplex precibꝰ, querelis, lachrymis, humili & ſupplici oratione, infimis precibus, flẽs paſſis manibus orat, rogat, petit, obſecrat, Loqui ſuppliciter & demiſsè rogare, voce ſupplici poſtulare, orare ſupplicibꝰ verbis, ſuppliciter cum aliquo agere, quam poteſt ſuppliciter rogat, ſupplices manus tendere.

Ein Fußfall thun / zu Fuſſe fallen.

Abjicere ſe ad pedes alicujus, Projicere, proſternere ſe ad pedes alicujus, Accedere, jacere, provolvi ad pedes, advolvi pedibus alicujus, volutari ad genua alicujꝰ, amplecti alicujus genua, tendere manus alicui, Perferre omnem adeundi & conveniendi alicujus indignitatem & moleſtiam. Ego ſqualore ſordidus, lachrymis & mœrore cõfectus veſter ſum ſupplex, Peto precibus & lachrymis proſtratus ad tuos pedes.

Wilfahren / erlangen / zulaſſung.

Impetratio, adeptio, conceſſio, conceſſus, permiſſus, gratificatio, obſequium.

De Precibus.

Gebet erhören / thun was einer gebeten hat.

Audire preces alicujus, Locum relinquere precibus, cedere precibus, concedere poſtulationi alicujus, Non deeſſe flagitationi alicujus, non ſuſtinere preces alicujus, miſereri ſupplicum, obſequi, concedere aliquid poſtulanti, roganti, opẽ ferre ſupplicibus, levare, erigere, ſuſtentare ſupplicem, morem gerere roganti, attendere preces, obtemperare alicui. Placari, permoveri precibus, deprecatione, Locum dare, concedere precibus, ſit apud te precibus meis locus, Valuerunt, autoritatem habuerunt apud eum preces. Adduci, deduci precibus, Facere ut miſericordia ſupplicibus occurrat, roganti debere nõ poſſum. Quicquid petebam offerebant prolixè & copioſè. Quod rogas, ne dubita, quod rogas, in optimam partem accipio, dabo quod rogas facile admiſi ejus preces.

Erlangen/ erhalten / bekom̃en was man gebeten hat.

Conſequi, aſſequi id, quod optavimus, adipiſci, impetrare orando, obtinere, efficere orando, exorare, pervincere, ferre optatum, auferre ab aliquo impetratum, id quod petimus, pondus habuere preces, aliquid ponderis habuerunt, impetrare optatum, Votis tempeſtatem effugere, à morte ſe revocare, aſſequi, conſequi rem precibus. Preces profuerunt, Tenere, obtinere rem libentibus omnibus, obtinere aliquid. Omnia ſumma obtinere, gratiâ alicujus,

faci-

facile, facilime, nullo negocio impetrare, privatim obtinere, precibus impetrare, damnari votis.

Erbitten / erweichen.

Exorare, Flectere, movere, persuadere, precibus flectere, movere, permovere, adducere, mollire, emollire aliquem precibus ad exauditionem, movere assensionē.

Gott erhöret der Frommen Gebet.

Deus adest, opem fert, præstò est, opitulatur, subvenit invocātibus, implorantibus se, confugiētib9 ad se, Non sinit piorum preces esse irritas & inanes, excipit preces piorum, non rejicit suppliciter rogantes pios, Deus occurrit piorum votis, piorum precibus facilem se præbet.

Zweiffeln am Gebet

Dubitare de orationis eventu, male ominari de suis votis.

Abschlagung / wegerung / Recusatio.

Abschlagen.

Recusatus, repuditatus, inorat9.

Abschlagen / sich wegern.

Recusare, repudiare vota & preces, nō admittere preces, negligere postulata, aspernari obsecrationem, preces, refragari petitioni, reprehēdere preces, resistere precibus, refragari petenti, Negare, recusare aliquid petenti, deserere implorantem auxilium, rejicere aliquem à pedibus, absterrere, non admittere supplicem, Abnuere, renuere, negare, denegare, vehementer, valdè recusare, præcisè negare, sine ulla exceptione præcidere, subnegare aliquid, negligere preces, denegare quod petitur, gravatè, gravatim aliquid facere, occupatio tua denegat mihi hoc, nolle obsequi. Non recipere dicta alicujus in aures, in aures non immittere.

Unerbittlich seyn.

Esse ingenio duro, atque inexorabili, præbere se in aliquem implacabilem, inexorabilem, inexpiabilem, non relinquere locum precibus, non molliri misericordiâ vel precibus, rogatus fit deterior, In negando pertinax est.

Abschlägige antwort bekommen / Fehlbitt thun.

Repulsam ferre, accipere, referre, pati, frustra implorare, minus obtinere, frustrà petere posthaberi in petitione alicujus rei, nil preci relictum est loci, Nullus precibus locus est, accidit præter votū.

De Voto.

Ein Gelübde.

Votum, multa vota.

Ein Gelübde thun / Geloben.

Votum vovere, nuncupare, suscipere, facere, polliceri, Suscipere vota Deo, suscipere vota pro aliquo, pro aliqua re, facere vota Deo de ægroto.

Des Gelübdes schüldig seyn.

Voto teneri, votum debere, damnatum esse voti. Obligatum esse sponsione voti, obstrictum esse religione voti, devotionis convictus. Deus occurrit illi in votis.

Gelübde bezahlen.

Votum reddere, solvere, persolvere, dissolvere, exolvere, dicare, dedicare aliquid Deo ex voto.

De Iuramento.

Ein Eyd / Schwur,

Iusjurandum, juramentum, fides, metus, vis jurisjurandi, jusjurandum conceptis verbis.

Epith. Tantum, tale, clarissimum, justum, verissimum, pulcherrimum, commune, injustū jusjurandum.

Iusjurandum delatum, relatū, judiciale, de calumnia, suppletorium.

Verschwerung/ Abjuratio, ejuratio.

Verschweren/ Abjurare, ejerare.

Zusammenschwerung/ Conjuratio.

Zusammen schweren/ sich zusammen verbinden.

Conjurare, societatem jurare.

Einem den Eyd aufferlegen/ Adigere aliquem ad jusjurandū.

Bey dem Eyde fragen/ Sacramento aliquem rogare, jusjurandum deferre.

Sich erbieten zum Eyde/ Deferre jusjurandum, pollicere jusjurandum.

Einem den Eyd erlassen.

Liberare, solvere aliquem jurejurando, facere alicui gratiam jurisjurandi, jusjurandum remittere.

Schweren/ ein Eyd thun/ bey seinem Eyd außsagen.

Jurare, sanctè jurare, conceptis verbis jurare, jusjurandum jurare, dare alicui jusjurandum obligare, devincere se sacramento, jurejurando, astringere fidem jurejurando, Adhibere religionem in testimonio, conjungere suam religionem cum testibus, accommodare jusjurandum suum ad rem, dicere juratum, Privatim, publice jurare, aram tenens juravit, dare jusjurandum arbitratu alicujus, confirmare aliquid jurejurando, accedere ad aram jurandi causâ, dare fidem jurisjurandi, facere fidem, interponere fidem, contendere sacramento, juratus hoc tibi dico.

Sine dubitatione, verissimum jusjurandum, magna voce, ex animi sententia juravi.

Schweren/ daß man den Eyd vorsaget.

In concepta verba jurare, aliquo præeunte jurare.

Hoch vnd thewer schweren.

Adjurare, dejerare, omnia adjurare ad summam, per omnes Deos jurare, affirmare aliquid omni asseveratione.

Ich sags bey meinen trewen/ so wahr ich lebe/ als mir Gott helffe.

Iuratus tibi affirmo, jurejurando confirmo ejusmodi rem esse. Ita mihi Deus benefaciat, adsit, faveat; ita me respiciat Deus, servet, tueatur, non deserat, ita mihi à Deo prospera contingāt omnia, ita mihi optata contingant: Ita quæ opto feliciter eveniant: Ita vivam, diu feliciterq; vivam, diuturnâ lucis usurâ fruar, ita sim salvus, incolumis, felix, beatus, nihil adversi videam in vita.

Es ist also/ oder Gott straffe mich.

Ejusmodi affirmo tibi rem esse, ne sim salvus, ne vivam, dispeream, perdat me Deus, malè mihi Deus faciat, Deum sentiam iratū, malè mihi sit, nihil ex animi sen-

tentia succedat, ita adversa mihi sint omnia.

Warlich/Fürwar.

Certè, herclè, ædepol, profectò, me Hercule, ecastor, mecastor, reverâ, oppido, pol, ædepol, Ita me amabit Deus, benè amet, juvet, ne vivam, ne sim salvus, moriar, malè mihi sit, jurato mihi crede.

Man hat keinen Eyd gefordert.

Res sine religione peracta est, nemo adactus est ad jusjurandũ, nemo sacramento rogatus est.

Den Eyd halten.

Servare fidem jurisjurandi, cõservare, retinere jusjurandum, tenere, quod Deo promiseris, valeat jusjurandum.

Den Eyd wenig bedencken.

Negligere, contemnere jusjurandum, fidem, violare jusjurandum, facere contra jusjurandum, religionem, fidem, deesse religioni.

Einem geschwornen Glauben geben.

Approbare jusjurandum, probare alicujus fidem & religionẽ, credere jurato, secundum fidem & religionem dicere, non dubitare de religione alicujus.

Ein Geschworner.

Iuratus, obstrictus, constrictus jurejurando, qui tenetur religione, jurejurando, Religio, autoritasq; jurati hominis,

Der nicht geschworen hat/ Injuratus, solutus, exemtus religione.

Meyneid/Perjurium, perfidia.

EPITH. Manifestum, maxime, illustre, insigne perjurium.

Meyneidiger/ der falsch schweret.

Perjurans, minimè religiosus in testimonio, delibutus perjuriis, perjurus, perfidus.

Zu falschem Eyde bewogen werden.

Perduci ad perjurium, latebra hoc modo quæritur perjurio, emitur jusjurandum, depravatũ est illius jusjurandum.

Falsch schweren.

Pejerare, conceptis verbis pejerare, semel pejerare, perfidum sacramentum dicere, falsum jurare, linguâ jurare mentem injuratam tenere, Pretio addictam habere fidem, Venale habere sacramentum, Meditari, confirmare perjurium, anteponere pecuniã religioni.

Einen falschen Eyd vmbstossen/ Distringere, dissolvere perjuriũ.

Des Meyneids halben gestrafft werden / In pœnam vocari perjurii.

De Ominibus.

Ein Zeichen/ ein Anzeigung.

Omen, Ostentum, portentum,

Ein gut Zeichen / gute Anzeigung.

Omen bonum, optimum, lætum, prosperum, prærogativum.

Böse Zeichen.

Malum, triste, detestabile, funestum, obscœnum, dirum, tetrum, infaustum, adversum, calamitatẽ portendens, incommodum significans mali eventûs omen.

Bedeuten/ ein Anzeigung gebẽ/ Porten-

Portendere, oſtendere, monſtrare præmonſtrare.

Ein Zeichen vberkommen / Capere, conſequi omen, conjectū eſt omen in hanc rem. Omino ſum hoc videtur.

Jhm das Zeichen gefallen laſſen / Accipere, probare omen, facere alquid bonis ominibus.

Ein Zeichendeuter / Ominator.

Etwas deuten / jhm ſelbſt etwas deuten / Ominari, melius ominari, malè ominari ſuis votis.

Da ſey Gott für / daa es nicht geſchehe / Deus avertat, prohibeat, deteſtetur, obruat omen.

Durch Zeichen gewarnet / erinnert werden.

Oſtendi aliquid monſtris & portentis, denunciari, notari aliquid portentis, portenditur aliquid ex oſtentis, Præmoneri, admoneri portentis.

Die Zeichen bedeuten etwas / zeigen an.

Omina ſignificant futura, præſignificant hominib⁹ quæ ſunt futura, nunciant, portendunt, oſtendunt, monſtrant, apportāt, prædicunt aliquid. Signa rerum futurarum à Deo oſtenduntur, Res futuræ portenduntur, ſignificationibus aliquid oſtenditur, homines admonentur oſtentis, metus magnorum periculorum portenditur ex oſtentis, bella denunciantur portentis, denunciantur ſignis, ſigna habent, faciunt, dant, portendunt, præbēt ſignificationem alicujus rei.

De Prophetia.

Weiſſagung / Warſagung.

Divinatio, vaticinatio, prædictio, prędictum, fatum, effatum, ſententia divinitus immiſſa. Ariolatio, conjectura divinationum, præſagium, auſpicium, viſ, ratio, diſciplina, via, genera divinandi, præſenſio futurarum rerum, Prædictiones rerum futurarum, fatorum, vatum. Reſponſa, admonitus vatum, ſcientia rerum futurarum.

Epith. Naturalis, artificioſa, magnifica, ſalutaris, præſtantiſſima, vera divinatio, clara, perſpicua divinatio, opinabilis, facilis divinatio, non difficilis cōjectura, divina prædictio.

Furibundæ prædictiones, ſuperſtitioſæ ariolationes.

Ein Prophet / Warſager.

Propheta, divinus vates, verus, optimus, vigilans, futurorum præſcius vates.

Warſager Geiſt.

Non cæcus impetus eſt, ſed divini numinis inſtinctus atq; afflatus, inflatus, inſtructus, furor divinus.

Weiſſager / Warſager / Zeichendeuter.

Divinus, divinans, vaticinans, fatidicus, ariolus, ariolans, ſapiens, conjector, ſortilegus, interpres oſtentorum, Chaldæus.

Warſagen / weiſſagen / zuvor ſagen.

Divinare, vaticinari, ariolari, augurari; augurare; conjicere,

prædi-

prædicere, prænũciare, præsignificare, permulta conjicere mirabiliter, non obscurè prædicere, in multos annos prædicere, declarare vaticinationibus, prænunciare futura, numerare evẽtura, obnunciare, dicere ea, quæ fiunt, dicere omnia quæ acciderunt futura, incitatus fuit ejus animus divino furore, Concitata ejus mens fuit afflatu divino. Tenere divinandi disciplinam, augurari aliud conjecturâ, uti divinatione, prædictione, multa declarantur vaticinationibus, Divini conjiciunt, divinant, pręnunciant, prædicunt.

Weissagen/außlegen/deuten.

Interpretari prædicta, effata, vatum, adhibere explanationes, interpretationes oraculis, Interpretari, explanare vaticinia, cõjicere quid ex oraculo.

Wol errathen/recht zuvor sagẽ/ Conjicere multa mirabiliter, benè, meliùs, acutè, argutè, acutiùs. Prudenter conjecturâ assequi, naturaliter divinare, prædictio ejus habuit fidem.

Wol geweissaget/getroffen.

Divinatus, conjectus, prædictus mirabiliter. Malè, benè conjecta.

Vorhin sagen/zuvor sagen.

Prædicere, antedicere, præmonere, prænunciare, Dixi hoc futurum, sic fore, renunciavi hæc sic fore, Nonne prius communicatum oportuit? nonné oportuit præscisse me antea.

Die Warsager umb Rath fragen.

Referre rem ad divinos, consulere divinos, audire prędictiones vatum, colere vates & conjectores, accersere, accire, convocare, introducere, convenire haruspices.

Der Warsager nicht achten.

Negligere divinationem, improbare, irridere prædictionem rerum, Rejicere, refellere, repudiare divinationem, explodere divinationẽ, tollere haruspicinnã extispicum divinationem, dissolvere, delere auspicia, irridere, contemnere haruspices.

Seine Weissagung woher nehmen/ Ducere, repetere alicunde divinationem, Divinatio hinc orta est.

Vormerckung/ Præsagitio, præsensio, prognosticon.

Eine vormerckung uberkomen/ Extrinsecus injicitur & inculcatur præsagitio, tribuitur illi divinatio alicunde.

Göttliche Offenbarung / Antwortung/ Oraculum.

Oraculum, responsum, veteres prædictiones fatorum.

Epith. Innumerabilia; vera, veracia, verisimilia oracula, Celebre, clarum, sincerum oraculum. Falsa, flexiloqua, obscura, ambigua oracula.

Das Oraculum fragen.

Petere, sciscitari oraculum de re aliqua.

Apollo **gibt Antwort/** Oracula

Apollo dat, fundit, edit, reddit oraculum, Editum, dictum hoc est ex oraculo, declaratum est ex oraculo, prolatum, effatũ est ex oraculo. Funduntur oracula instructu afflatuq; divino.

Warsagung aus dem Vogel Geschrey.

Auspicium, augurium, auguratio, autoritas auspiciorum, augurii, tripudium.

Epith. Bonum, optimum, preclarum, divinum, juge auspicium, veritas auspiciorum, secundum auspicium, publicum, populare, artificiosum, ratum auspicium, Coactũ, expressum, malum, sinistrum, ementitũ auspicium, simulachrum, vitium auspicii, superstitiosa auspicia.

Auff Vogelgeschrey achtung geben.

Operam dare auspiciis, praeesse auspiciis, interpretari auspicia, colere & posteris prodere auspicia, tribuere multum auspiciis, ementiri auspicia, agere auspicium, servare de cœlo, servare auspicia, pulcherrime augurari.

Ein Vogelschawer/der auff Vogelgeschrey achtung gibt.

Augur, auspex, pullarius, peritus auspiciorum, augurii, interpres auspiciorum.

Epith. Bonus, optimus, summus, perfectus, publicus, antiquus augur.

Was zum Vogeldeutung gehöret/ Auguratus, auspicatus, auguralis, augurius.

Glücklich/Auspicatò.

Vnglücklich/Inauspicatò.

Warsagung durchs Eingeweid/ Auspicina, haruspicina, divina ars haruspicum, autoritas haruspicinæ.

Eingeweid/ daraus man weissaget/Exta.

Epith. Exta bona, argutissima, tristissima, habitus & color extorum.

Ein Warsager durch Eingeweid.

Aruspex, Haruspex, extispex, faciens haruspicinam, interpres extorum, qui dedit se cognitioni extorum, Aruspex divinus, summus, vanus, futilis.

Die Eingeweid bedeuten etwas.

Significatur, declaratur, ostenditur alquid extis, percipio, præsentio aliquid extis, admoneor extis, Prohibent, minantur alquid exta.

Traumdeutung.

Conjectio, conjectura, somniorum interpretatio, explanatio, artificiosa somniorum interpretatio, vera, facilis, certa conjectura somniorum.

Traumdeuter.

Conjector, interpres somniorum, qui facit conjecturã somniorum, Conjector vaferrimus, levissimus, indoctissimus.

Einen Traum deuten lassen.

Uti interpretibus somniorũ, adhibere explanationes interpretum,

pretum, deferre ad cōjectorem, narrare viſa conjectori, interpretatio ſomnii à conjectore facta.

Traum deuten.

Conjicere, augurari, divinare, facere conjecturā ſomniorum.

Planeten Leſer oder deuter.

Aſtrologus, aſtrologiæ peritus, interpres ſignorum cœli & aſtrorum.

Warſagen aus dem Geſtirn.

Promittere aliquid de Planetis vel aſtris, conjicere aliquid ex conſtitutione planetarum.

Wetterdeuter/Fulgurator, qui interpretatur fulgura.

Weiſſagung aus der Hand/Chiromantia.

Weiſſager aus der Hand/Chiromantes.

Der einem aus dem Angeſicht weiſſaget/Metopoſcopus.

Der aus des Leibes Natur weiſſaget/Phyſiognomus.

Ein Todtenbeſchwerer/Necromanticus, Necromantes.

Die Weiſſagung durch die Todten/Necromantia.

Die Kunſt aus dem Fewer zu weiſſagen/Pyromantia.

Der aus dem Fewer weiſſaget/Pyromantes.

Die Kunſt aus dem Waſſer zu weiſſagen/Hydromantia.

Der aus dem Waſſer weiſſaget/Hydromantes.

De Sortibus.

Loß/Sors.

Loſung/Sortitio, ſortitus, ſortilegium, ſubſortitio.

Loſen.

Sortiri, ſorti committere, permittere, ſortem conſtituere, ducere, cōparare, Revocare rem ad ſortem, facere ſortionem, conjicere ſortes in ſitellam, mittere utramque ſortem, uti ſortibus, conjicere ſortes in hydriā, Conjiciatur ſors de hac re, vel conjiciatur, hæc res in ſortem.

Das Loß iſt gefallen.

Sors edita, ducta, educta eſt, exiit, cecidit, evenit, Sortitio evenit.

Er hat es durchs Loß vberkommen.

Obtigit, obvenit ipſi rẹs ſorte, potius eſt hac re ſorte, obtigit ipſi ſortito, vicit ſorte, ſorte ipſi hæc res aſſignata eſt, data, tributa eſt ipſi res hæc ſorte.

Das gefallene Loß nicht haben wollen.

Infirmare, diſturbare, diſſipare ſortes.

Der das Loß gibt.

Sortiens, ſortilegus.

Durchs Loß/Sortitò.

Ohne Loß/ Sine ſorte, extra ſortem.

De Magia.

Zauberey/Schwartzkunſt.

Magia, ars magica, præſtigiæ magicẹ, diabolicæ, nigromātia.

Zauberung/ Verblendung.

Incantatio, faſcinus, faſcinum, faſcinatio, incantamentum, prẹſtigiæ magicæ, præſtigium, de-

 luſiones,

siones.murmura chaldaica,pręcantatia.

Bezaubern / zäubern / verzäubern.

Incantare,fascinare.effascinare aliquē,maleficiū alicui inferre,fieri aliquid incantationibus.

Verblenden/ vergauckeln.

Perstringere, fallere intuentiū oculis.Circumstantibus ita oculorum aciem perstringere , ut non advertant dolum.

Ein Zauberer / Schwartzkünstler/ Gauckler.

Magus,maleficus,nigromanticus,præstigiator,Thessal',Chaldæus, oculorum præstrictor.

Zauberin/ Hexe/Wettermacherin.

Saga,lamia,præstigiatrix,malefica, præcantrix, venefica, incantatrix.

Zauberey vertreiben.

Tollere maleficium,excantare,incantationèm removere.

Beschwerung/Exorcismus.

Beschweren/ Adjuvare, exorcisare.

De Hæresi.

Ketzerey/ Hæresis,prava de rebus divinis opinio.

Ketzer.

Hæreticus,Hæresiota,heretista,Sophista christianus , obtrectator veræ Ecclesiæ , impietatis magister,pravè de rebus divinis sentiens, sectarius.

Ertzketzer/Hæresiarcha, autor & princeps factionis.

Er ist ein Widertäuffer.

Anabaptista est,Aberravit ad hæresin,prævaricatus est in hæresin Anabaptistarum, Partibus Anabaptistarum favet , studeo infectus est,Partes Anabaptistarum sequitur,fovet.

Er wil ein Aristotelicus seyn.

Gloriatur se Aristotelis germanum interpretem , dicit se Aristotelē esse, Ex Aristotelis disciplina & familia esse vult.

Von eines Meynung abstehen.

Partes alicujus deserere , oppugnare.

De Personis Ecclesiasticis.

Der Bapst.

Pontifex maximus , summus, supremus.Episcopus Episcoporum,Papa,præsul Romanus,Beatissimus Pater.

Zum Bapst machen.

Constituere, instituere pontificem. Commendare alicui sacra religionesq;.

Er ist Bapst.

Pontificium munus sustinet, Pontificis agit partes , pontificē agit,Pontificis loco est, Pontificis personam gerit,sustinet,moderatur jam religionem.

Eine Pfründe/Canonicat.

Sacerdotium,canonicatus.

Eine Pfründe haben.

Præesse sacerdotio,esse in collegio sacerdotum,præditum esse sacerdotio,venire in sacerdotium,consequi , appetere sacerdotium.

Einen zum Canonicat oder Priester erwehlen.

Elige-

Eligere aliquem ad ſacerdotium, Dare, mandare alicui ſacerdotium, renunciare aliquem ſacerdotem, cohoneſtare aliquem ſacerdotio.

Cardinal / Cardinalis, pater purpuratus.

Ertzbiſchoff / Archiepiſcopus, metropolitanus, primæ ſedis epiſcopus.

Biſchoff / Epiſcopus, antiſtes, antiſtes ceremoniarū, interpres religionis, peritus religionum.

Ein Biſchoff ſeyn / Gerere Epiſcopatum, munia Epiſcopi exequi, præſtare, pontificum munus ſuſtinere.

Biſchoffshut / Mitra, cidaris, tiara, galerus epiſcopalis.

Coadjutor / Epiſcopus deſignatꝰ.

Weyhbiſchoff / Initiator, Epiſcopi vicarius, imaginarius Epiſcopus.

Prælat / Præſul.

Canonicus / Opimis ſacerdotiis præditus, in collegium ſacerdotum aſſumptus.

De Concionatoribus.

Ein Prediger / Eccleſiaſtes, concionator, miniſter verbi, miniſter eccleſiæ, à cōcionibus ſacris.

Eine Predigt / Oratio ad populū, Concio, Homilia, concio ſapiens, accurata, vehemēs, gravis.

Predigen / Docere Evangelium, promulgare Evangelium, præconium facere verbi divini, publicè explicare Evangelium, ex ſuperiori loco, ex alta turri concionari, concionem habere, facere verba ad populum, alloqui populum.

Predigſtul / Suggeſtum, pulpitum, ſuggeſtus, cathedra.

Einen predigen laſſen / Dare, committere alicui concionem.

In die Predigt gehen / Adire ad cōcionem, venire in conciōē.

In der Predigt ſeyn / Eſſe in concione, intereſſe concionibus.

Ein guter Pfarrer.

Sacerdos, Epiſcopꝰ, religioſus, religioſiſſimus, caſtiſſimus, pervigil, obſervator & cuſtos Dominici gregis. Obſervantiſſimus eorum, quæ ad curam gregis Dominici pertinent, dignitatem Epiſcopalem vitæ integritate exornat, Epiſcopatus munere cum ſumma laude & ratione perfungitur. Epiſcopus multis modis ſuſpiciēdus, Præſul reipub. Chriſtianæ ſalutaris, gregem Chriſti ſuæ curæ ac fidei creditum ſedulò tuetur, alit, fovet, paſcit, agit Epiſcopum integerrimum.

Eine Pfarre / Parochia, Parœtia, Sacerdotium.

Ein Pfarrer in der Stadt / Sacerdos urbicus, urbanus.

Ein Pfarrer auffm Dorffe / Sacerdos in pago, in vico.

Spittal Pfarrer / Sacerdos ſuburbanus.

Feld Prediger / Sacerdos caſtrenſis.

Cappellan / Diaconus / Diaconus, ſacellanus, miniſter ſacrorum, miniſter Eccleſiæ.

Er iſt ein Diaconus.

Diaconum agit, Diaconi munus administrat, partes Diaconi administrat, Sacrorum administratione fungitur.

Ein abgesatzter / degradirter Pfarrer.

Sacerdos exauguratus, resecratus, infulis exut⁹, civili juri redditus, spoliatus sacerdotio.

Kirchner / Custos / Aeditimus, æditimus, ædis sacræ custos, curator, mystagogus.

De Monasteriis.

Ein Kloster / Monasterium, Cœnobium, claustrum, consortium monachorum.

Prediger Kloster / Monasterium prædicatorum.

Barfüsser Kloster / Monasterium Franciscanorum.

Augustiner Kloster / Monasterium Augustinianorum.

Minoriter Kloster / Monasterium minoritarum.

Creutzgang im Kloster / Ambitus interior cœnobii, porticus cœnobii.

Ins Kloster ziehen.

Suscipere vitam monasticam, suscipere religionis professionem, inire vitam monasticam, dare nomen monachismo, sodalitati Jesuitarum, initiari monastica religione, referri in numerum monachorum. Conferre se in sodalitatem hominum cultui divino mancipatorum.

Aus dem Kloster lauffen / Deserere monasterium, deficere à suscepto monachismo, exuere vitam monasticam semel initam, abjicere cucullum.

Ein Mönch / Monachus, monasta, Deo dicatus, insigni verticali conspicuus.

Augustiner Mönch / Monachus Augustinianus.

Frawen Bruder / Monachus Carmelita.

CellBruder / Monachus Alexianus.

Außgelauffener Mönch / Desertor religionis monasticæ, monachus fugitivus, monachus excucullatus, instituti sui desertor, cucullatus erro.

Abt / Abbas, archimandrita, archimonachus.

Probst / Præpositus, præses, præsidens.

Prior / Cœnobiarcha, primas monachorum.

Cleusner / Solitarius.

Einsidler / Waldbruder / Anachoreta, Eremita, monachus sola loca incolens.

Eine Nonne / Virgo sacra, sanctimonialis, Deo sacra, virgo sacrata, dicata, devota Deo, sacerdotula, monacha, sacerdos fœmina, nonna.

Nonnen Kloster / Monasterium monialium.

Eptissin / Antistita, sacerdos primaria, vestalis maxima, primigenia, vetustissima, monialiũ antistita.

Pater im Jungfrawen Kloster / Præfectus sacrarum virginum.

Ein Märterer / Martyr, qui sanguine

guine ſuo teſtatur de doctrinæ veritate.

Ein Märterer werden / Martyrio admoveri, martyrium pati, martyrii coronam adipiſci.

De Templo.

Kirche/Gotteshauß.

Templum, ædes ſacra, ædes divino cultui dicata, delubrum, fanum.

Capell/Ædicula, ſacellum.

Götzenhauß/Ædes idolorum.

Thumkirche/Baſilica, Dominicum, templum Cathedrale.

Pfarkirche / Parochiale templum.

Sacriſtey/ Sacrarium, intimũ ſacrarium.

Heimlicher Ort in der Kirchen/ adytum, penetrale.

HaußCapell/ Lararium, ſacellum domeſticum.

Epith. Templum maximum, ſanctiſſimum, ampliſſimum, egregium, clariſſimum, præclarum, magnificentiſſimum, nobiliſſimum, antiquiſſimum, ſanctum, religioſum, religioſiſſimum, inviolatum, auguſtiſſimum, locupletiſſimũ, pulcherrimum, perantiquum. Ædes ſacra, ornatiſſima, plena & ornata, templum eleganti ſtructurâ, eleganter formatum.

Kirche bawen.

Conſtituere ſabrarium, facere fanum, ædificare templum, ponere, extruere ædem.

Kirche renoviren.

Reficere, reſtituere, renovare templum, ædem ſacram.

Kirchweyhe.

Encænia, conſecratio, dedicatio, ſanctificatio tẽpli, legitima, religioſa dedicatio, conſecratio.

Kirche einweyhen.

Dedicare templum, ædes. Cõſecrare ædes, conſecrationem facere ædis alicujus.

Kirchen Raub.

Sacrilegium, Depopulatio, expilatio, direptio. ſpoliatio ædiũ ſacrarum, fanorum.

Kirchen berauben/zerſtören/entheiligen.

Depopulari, compilare, expilare, depeculari, diripere, ſpoliare, deſpoliare, vexare fana, delubra, ſacraria, ædes ſacras, nudare donis &ornamentis fana, violare loca religioſa, violare ſacra flagitio & ſtupro, polluere omni flagitio, maculare dedecore, labefactare quid contra religionem, auferre ſigna, tabulas, Deorum ſimulachra ex ædibus ſacris, Expilare Deos in templis, ad moliri manus Deo. Diſcedere opimum prædâ ex templo, relinquere audaciæ ſuæ æternũ monumentum in ædibus ſacris, evertere ſana, bellum indicere, inferre fanis, frangere, disjicere, evertere aras.

Kirchthüren/Valvæ templi.

Geſtül in der Kirchen/ Fori, ſubſellia.

Vorkirchen/Ambones.

Altar.

Ara, altare, religioſiſſima alta-

ria,

xia, patria ara.
Hoher Altar/Altare summum.
Einen Altar bawen/ Statuere aram.
Einen Altar einweyhen/ Consecrare, dedicare, dicare aram.
Altar entheiligen/ Sacra violare, polluere, aspergere, turbare, polluere aram sanguine.
Zuflucht beym Altar suchen/ confugere, perfugere ad aram.
Kirchen Freyheit brechen/ vom Altar weg reissen.
Detrahere, removere, fugare ab aris, altaribus, vi extrahere ex templo, abstrahere ab aris.
PriesterRock/ Tunica sacerdotalis.
ChorRock/ Vestis linea religiosáq;, amiculum lineum.
ChorRock anziehen/ Induere vestem lineam, addere sacram stolam cervici.
Meßgewand/ Pallium sacrum, Casula.
Meßbücher/ Libri rituales.
Procession/ Supplicatio.
Heiligthumb/ Sacræ reliquiæ.
Pater noster / Spherulæ precatoriæ.
Creutz/ Crucifix/ Signum Christi in crucem sublati.
Monstrantze / Capsula pani consecrato gestando cõparata.
Weyhwasser/ Aqua lustralis.
Weyhwadel / Lustrica, aspergillum, aspersorium.
Sprengkessel / Vas lustrale, aquiminarium.
Glocke/ Æramentum, campana, campanula.
Glockenklöpffel/ Pistillum.
Schwengel/ Rhopalum.
Schelle/ Nola, tintinnabulũ.
Kinderklapper/ Crotalum, crepitaculum.
Cymbeln/ Cymbalum.
Leuten/ klingen/ klappern/ Pulsare cãpanas, nolas, crepitacula.
Das Geleute/ Clangor, sonitus campanarum, tintinnabulorũ.
Man hat zum ersten mahl geleutet.
Primum signum matutinarum precum dederunt; vel auditum est.
Man hat zum andern mahl geleutet.
Secundum signum matutinarum vel vespertinarum precum dederunt.
Der Hahn auff der Kirchen/ Triton.

De Ceremoniis.

Kirchen Gebräuche / Ceremonien.
Ceremonia, ritus Ecclesiæ, religio sacrorum, res divinæ, sacræ ceremoniæ.
Epith. Ceremonia singularis, summa, incredibilis, ignota, externa, peregrina, communis, publica, privata, domestica, statæ, solennes ceremoniæ.
Einen KirchenGebrauch anstellen/ Instituere ceremoniam.
Kirchen Gebräuche halten/ verrichten/ curare, procurare sacra, deservire rebus divinis, operam dare rebus divinis, Servare, conservare ceremonias, sanctissimè colere

colere religionẽ, prææsse sacris ceremoniis, persequi ceremonias,

De Feriis.

Fest/Festtag/Feyertag.

Feriæ, dies festus, celebritas, dies feriatus, dies religiosus, sacer, solennis, ocio sancto consecratus.

Jahrzeiten/ Fest welche man alle Jahr begehet.

Solennia anniversaria sacra, anniversarii dies, festi, statæ solennesq; ceremoniæ, stata sacra, stativæ feriæ.

EPITH. Dies celebris, celeberrimus, gloriosissimus, optatus, speratus, exoptatus, lætissimus, faustus, religiosus, sanctissimus, festus. **Ein Fest anstellen.**

Imperare ferias, instituere dies festos, Conferre ferias in hunc vel illum diem, alicui diem festum instituere.

Feyren/Fest begehen.

Feriari, Celebrare, obire, agere, agitare diem festum. Habere ferias, servare solennia observare, agere ferias, sunt feriæ. Hic dies est mihi festus, hic dies in honore apud omnes esse debet. Vacare rebus divinis, Peragere, tractare sacra, tempus tribuitur sacris peragendis.

Gefeyret/Feriatus.

Bewegliche Feste/ Festa mobilia, feriæ conceptivæ.

Unbewegliche Feste/ Festa immobilia.

Halber Feyertag/Dies intercisus.

Gebotene Feyertage/Feriæ imperativæ.

Frölicher Frewdentag/Dies genialis.

Heilig Abend/ Vesperæ festorum, feriæ præcidaneæ, dierum festorum pridiani.

Johannes Tag/Dies memoria Johannis insignis, dies memoriæ Johannis consecratus.

Geburts Tag/ Natalitia, natalis dies, genialis. vitalis, natale.

Sabbath/Sabbathum.

Weyhnachten Fest / Christtag/ Natalis Christi, feriæ natalitiæ.

Drey König Tag/ Festum Epiphanias, Epiphaniorum.

Liechtmeß/Festum purificationis Mariæ, festum oblati Christi in templo.

Fastnacht/ Bacchanalia, Dionysia, liberalia, hilaria, lupercalia.

Aschermitwoch/ Cineralia, dies cinerum.

Fastetag/Dies esurialis,

Die Faste/Quadragesima, solenne jejunium, jejunium quadragesimale, carnisprivium, feriæ esuriales.

Palmtag/Dies Palmarum, verbenalia, ramalia, Palmaria.

Gründonnerstag/Dies viridiũ, institutionis Cœnę Dominicæ.

Charfreytag / Dies paraceves, dies Passionis Dominicę, Soteria.

Ostertag/Osterfest / Pascha festum vel dies festus paschatis, festum reviviscentis Christi.

Das Fest in der Creutzwoche/ Ambarvalia, robigalia, compitalitia, lustrationũ dies, dies supplica-

plicationum, dies Litaniæ majoris.

Himmelfarthstag / Festum reducis Christi in cœlum, Ascensionis Christi.

PfingstFest/ Festum Pentecostes, festum visibilis missionis Spiritus sancti.

Das Fest der heiligen Dreyfaltigkeit/ Festum Trinitatis.

Aller Seelentag/ Feralia.

MartinsFest / Martinalia, vinalia, pithœgia.

Der schwartze Sontag / Dominica atra.

Der weisse Sontag/ Dominica nova, Dominica in albis.

Weyhfast/ Fronfast/ Jejunia quadrantalia, angaria.

Lauberhütten Fest/ Scenopegia.

Kirmes/ Kirchweyh/ Dies compitalitii, Paganalia, renovalia.

Werckeltag/ Dies profestus, negociosus, irreligiosus.

De Iustitia.

Gerechtigkeit.

Justicia, æquitas, æquabilitas, tẽperatio justiciæ, justiciæ laus, gloria, fundamentum, vis, officia, bonum, æquum, Domina & regina omnium virtutum, Justicia omnis mixtionis & temperationis moderatrix, Justicia effectrix æquabilitatis.

Epith. Summa justicia, excellentissima virtutis justicia, mira æquitas, mirifica justicia, utilis, necessaria, optabilis, cum voluptate conjuncta justicia, jucunditatis plurimum afferens justicia, germana justicia, sollicita & perniciosa justicia.

Fromb/ gerecht.

Homo omnium æquissimus, à cupiditate remotissimus, omnium justissimus, plurimis maximisq; rebus probatissim⁹, naturâ justus, ornatus justiciâ, inimicus fraudis, similis legum, vir sanctissimus, vult quæ facit probatissimo cuique probari, ita vivit, ut sciens offendat neminem, æquum se præbet, justitiã colit, exercet, curat, justicia ei curæ est, de justicia laborat.

Er ist gerecht/ liebet die Gerechtigkeit/ er gehet der Gerechtigkeit nach.

Ornatus est justiciâ, Excellit, vincit alios justiciâ, æquitate. Utitur æquitate, vivit cum aliis æquo jure, fungitur officiis justiciæ. Justicia valet apud illum, Diligit, amat æquitatem, gaudet æquitate & justiciâ, ducitur æquitate, sequitur justiciam, Colit, retinet justiciam, est magnâ æquitate, & in ipso æquitas. Rationem habet æquitatis, adhæ rescit justiciæ, obtemperat juri, Servat, conservat justiciam, æquitatem. Tenet, obtinet jus, justiciam. Præbet se æquum, dirigit vitam ad certam normam, tribuit suum cuique, vivit sanctè, graviter, honestè. Non discedit transversum unguem à recta conscientia, abstinet culpâ, injusticiâ, agit cum justicia, honestè, justè. Sua consilia, actiones ad

ad unã justiciã refert, Propositã habet justiciam, justiciæ servit, ad justiciam incumbit, justiciam exercet, ęquum se præbet omnib⁹.

Dieses ist recht.

Hoc justicia postulat, ratio præcipit, conscientia proponit. Hoc est justiciæ, rationi consentaneũ, cum justicia conjunctum. Hoc cum ratione, cum justicia congruit, convenit, consentit, hoc equitatem habet, ut quæque res & plura & certiora justiciæ vestigia retinet, ita ea est perfectior, stabilior, immortalitati vicinior.

Gerechtigkeit begreifft in sich alle Tugenden.

Omnes insunt in justicia virtutes, Iusticiâ continentur, comprẽhenduntur omnes virtutes. Continet justicia, comprehendit, cõplectitur omnes virtutes. Omnes ad unam justiciam referuntur virtutes, omnes virtures ab una justicia pendent, in una justicia includuntur. Qui justiciam tenet, non est ut ullam pręterea virtutum desideret, requirat, exoptet, Nullâ virtute justus caret, nulla virtus abest à justo, Conjunctæ sunt, colligatæ, connexæ cum justicia omnes virtutes.

Die Gerechtigkeit kömpt daher.

Iustitia procreatur, proficiscitur à natura, Iusticiæ origo à cœlo est.

Einen vnterweisen in Gerechtigkeit.

Fingere aliquos ad justiciam, traducere, invitare aliquos ad justitiam, æquitatem, aliquem de pravitate deducere.

Vmb das Recht bitten.

Postulare justiciam, quærere, exquirere jus, postulare, implorare jus æquum.

Gerechtigkeit schützen/ handhaben.

Defendere jus, rationem æqui & boni. Defensionem, patrociniũ justiciæ suscipere. Defensorem, patronum esse justiciæ. Tutari æquum, bonum, propugnare pro æquitate. Dicere pro bono & æquo. Tueri jus, Custos est, defensor justiciæ, juris, Tegere jus, Præsidium, custodiam esse juris.

Rechtmässig/ billig.

Iustè, jurè, meritò, decorè, rectè, convenienter, optimo jure, justius, rectius quàm illo modo.

Gerechtigkeit leydet Noth/ wird vntergedruckt.

Iusticia ruit, Iura cadunt, justicia, æquitas vacillat, jacet, jactatur, agitatur, extinguuntur jura, tollitur æquitas ac justicia.

Vngerechtigkeit/ Vnbilligkeit.

Injusticia, iniquitas, injuria, iniquum, illicitum, semina injusticiæ, simulatio æquitatis & justiciæ. Capitalis injusticia.

Vnrecht/ vnbillicher Weise.

Injustè, iniquè, indignè, immerito, præter æquum & bonum, ex callido versutoq; jure sumptum.

Es ist vnrecht.

Hoc dissentit, alienum, remotum est á jure, à justicia, Contra justitiam, contra fas est, contrarium, inimicum, adversarium juri est, præter æquum & bonum est, Hæc res habet iniquitatem, sine justicia hoc est, nulla capitalior est in usticia.

Vnrecht thun/ wider Billigkeit handeln.

Æquitatem rejicere, recedere à justitia, in pravitate perstare, deserere justitiam, abire à jure, concedere, decedere, discedere, recedere de jure, vel à jure, à justitia, æquitate, Transire fines æquitatis, oppugnare æquitatem, violare jus, æquitatem. Polluere, turbare, corrumpere, perturbare, pervellere, convellere jus & æquitatem, Impelli ad res injustas, incurrere in injustitiam, Esse aliquẽ in injustitia, magna est ejus iniquitas iniquum, injustum esse.

De Beneficio.

Gutthätigkeit.

Beneficentia, benignitas, bonitas, voluntas erga aliquem prolixa & benefica.

Wolthat/Gutthat.

Beneficium, benefactum.

Grosse Wolthat/Magnum, permagnum, majus, maximum, summum, amplissimum, latè patens, præclarum, insigne, singulare, divinum, æternum beneficiũ, utilia, fructuosa, grata, gratiora, gratissima, jucunda, im̃ortalia beneficia, magnitudo beneficiorũ.

Viel Wolthaten / Multa, plurima, innumerabilia, infinita, clarissima, illustriora, excellentia, suavissimi studii plena beneficia, plus, plurimum benignitatis, multitudo beneficiorum, crebritas officiorum, infinita munera, uberior liberalitas, incredibilis benignitas.

Geringe Wolthat/Parva, minora minima, levia beneficia, contumeliosum ferè beneficium.

Verdienet/wol verdienet.

Merens, meritus, benè merens, benè meritus, optimè, præclarè meritus, beneficus in omnes.

Sich wol vmb einen ver dienen.

Merere, mereri, promereri, benè mereri, optimè mereri, promereri, benè, præclarè mereri, diligentissimum esse in benè promerendo, mereri de aliquo nunquam malè, benè mereri de aliquo, studiosissimè, valdè de aliquo mereri.

Er hat sich wol v m̃mich verdienet.

Benè de me meritus est, &c. gravia sunt, non exigui momenti, non parvi ponderis, quæ meâ causâ fecit, non exigua sunt quæ in me collocavit beneficia, Beneficia ipsi debeo magna, obligavit, obstrinxit, devinxit me sibi magnis beneficiis, omnia, quæ quidem præstare ipsi licuit, ab illo profecta in me sunt, Suam in me voluntatem & benevolentiam, quãdocunq; res tulit, reprobavit, ostendit, significavit, declaravit, patefecit.

Einem gutes thun/einem Wolthaten erzeigen.

Benefacere, benignè facere alicui, Prosequi aliquem beneficiis, conferre in aliquem beneficium, Dare, tribuere alicui beneficium, Afficere, complecti, ornare, sublevare aliquẽ beneficio vel beneficiis. Collocare apud aliquẽ beneficiũ, facere aliquid com̃odè alicui, addere aliquid ad iñumerabilia officia. Prodesse, consulere, servire, inservire alicujus com̃odis, utilitati, saluti. Prospicere, cõsulere alicujus rationib⁹, augere in aliquem sua beneficia, commoda-

modare alicui, consumere omnẽ operam suam in salute alicujus. Providere alicujus rationibus, insigniter aliquem adjuvare. Beneficium verbis initum re comprobare, Beneficiis augere, & beneficium augere, merita dare.

Er hat mir viel Guts gethan.

Plurimum mihi benefecit, nullam omninò rem, quæ ad utilitatem meam spectaret, omisit, prætermisit, infectam reliquit, insigniter me adjuvit, Nec voluntas nec facultas ipsi defuit hactenus ad benignè mihi faciendum, complexus est me omni humanitate, multa ejus in me existunt beneficia, Omnibus bonis me cumulavit, omne officiũ mihi præstitit. Plurimis beneficiis me sibi obnoxium fecit. Alligavit, obligavit, obstrinxit, devinxit me suis beneficiis. Plurima ejus in me sunt, existunt, extant beneficia.

Gott thut jederman guts.

Amplissima est divina liberalitas & benignitas, Patet ea omnibus, latissimè patet, omnibus patet. Nusquam non est divina benignitas. Cui non benignè facit Deus? Ecquis est, in quem benignitas Dei non extet? qui divinam benignitatem non senserit, expertus sit, reipsa cognoverit, perspicuè viderit, clarissimè perspexerit?

Gutes thun/vmb Geldes willen.

Vendere, venale habere, fœnerari beneficium, promereri aliquid beneficio.

Ich halte diß für eine grosse Wolthat.

Pono, numero hanc rem beneficium, vel in loco beneficii, pro beneficio habeo, beneficii loco duco, Inter maxima beneficia numero. Hoc apud me nõ exigui beneficii locũ habet, obtinet. Credo me tulisse beneficium singulare.

Wolthat empfahen.

Capere, accipere beneficium, habere ab aliquo beneficium, uti alicujus beneficio, affici magno alicujus beneficio, tractari ab aliquo honorificentissimè, vinci ab aliquo beneficiis. Habere incolumes fortunas alicujus beneficio, esse obligatum magno alicujus beneficio. Cumulari ab aliquo beneficiis. Sum̃is hujus usus sum beneficiis. Multa ejus & magna habeo in me merita.

Durch dich habe ich diese Wolthat empfangen.

Consecutus sum, impetravi hoc tuo beneficio. Beneficio tuo hoc mihi datur, Concessum est mihi hoc per tuum beneficium.

Einem widerumb Wolthat erzeigen.

Respondere beneficiis, remunerare beneficium, Reddere, solvere, persolvere beneficium, Certare, vincere beneficiis. Satisfacere in omnibus suæ conjunctioni, paribus compensare beneficiis, alicui aliquam beneficiorum partem reponere. Beneficia tueri, sustinere. Beneficium reddere, remunerari. Merita alicujus assequi, consequi.

Diese Wolthat kömpt dir zu gute.

Pertinet, spectat ad te hoc beneficium, attingit te hoc beneficiũ.

Einer Wolthat gedencken.

Meminiſſe beneficium, Retinere, conſervare memoriam beneficii gratam & ſempiternam, Recordari beneficii, Prędicare, commemorate, extollere verbis beneficia complecti non poſſe orando aut percenſere numerando beneficia gratum & memorem eſſe beneficii.

Ich wil deiner Wolthat ſtets eingedenck ſeyn.

Tua in me officia nunquam obliviſcar, ſemper ea meminero, memoria tenebo, perpetuâ memoriâ tuebor, cuſtodiam, conſervabo, Tua erga me merita nulla unquam delebit oblivio. Nulla dies, nulla temporis vetuſtas, non caſus ullus, non fortuna magnitudinem tuorum erga me meritorum imminuet, Ex animo meo delebit, tollet, auferet, oblivione delebit, obruet, obſcurabit, extinguet. Vigebit in me tuorum beneficiorum æterna, perpetua, nunquam interitura memoria. Nullum apud me tuum beneficium intermoriturum exiſtima, Tuam in me ſingularem benignitatem, incredibilem liberalitatem ſemper in animo, ſemper in oculis habebo, perire apud me aut evaneſcere nunquam patiar, Hærebunt mihi in animo, mente, memoria, fixa permanebunt, impreſſa in animo ac mente extabunt tua beneficia. Vitæ par, æqualis erit recordatio tuorum meritorum. Qui mihi vitam det, ille ipſe tuorum officiorum memoriam terminabit. Finis mihi ac terminus & vitæ & benignitatis ac liberalitatis in me tuæ idem erit, futurus idem eſt. Quam amanter me tractaveris, quàm benignè mihi feceris, quàm ſtudioſè in omni re cōmodaveris, quàm humaniter & beneficè mecum egeris, quibus officiis amicitiā noſtram colueris, proſecutus ſis, quibus me rebus auxeris, ornaveris, honeſtaveris, ipſe mihi atque etiam aliis commemorabo, ita diu recordabor, quàm diu mihi vivere contingit.

Wolthaten wol anlegen.

Bene ponere apud aliquem beneficium. Ponere beneficium apud gratum, ferre fructum diuturni beneficii, Bene collocare beneficium, figere, ſerere beneficium apud gratum, merita recipere.

Wolthaten vbel anlegen.

Collocare beneficia apud indignum, malè locare beneficia. Malè collocare, ponere beneficium apud aliquem, malè tractari ab aliquo, cui benefeceris, alere externum, peregrinum, alienum canem, alere luporum catulos.

Wolthaten verachten.

Aſpernari, contemnere, repudiare, deridere, infirmare beneficiū.

Der Wolthaten vergeſſen.

Abjicere memoriam beneficiorum. Obliviſci, immemorem eſſe beneficiorum. Diſſimulare, obſcurare, infirmare beneficium, ingrata habere bona, quæ facta ſunt in ſe, pro beneficiis injuriam reponere, beneficia injuriis compenſare, comedere, devorare alicujus beneficium.

Er iſt der Wolthaten nicht werth.

Tanto merito indignus eſt, non eſt is, in quem tanta gratia conferatur. Non ita meritus eſt, non ea ipſius merita ſunt, ut affici tanto beneficio, ferre tantum beneficiū debeat. Non is eſt animus ejus, qui tantam gratiam capere, comprehendere, complecti, capere, concipere, excipere poſſit. Ineptus eſt ad tantam gratiam accipiēdam. Beneficii magnitudo ipſius merita vincit. Impar eſt tanto beneficio.

Dieſe Wolthat iſt vmbſonſt.

Occidit, jacet, deletum, ſublatum eſt beneficium, è memoria excidit, ad nihilum venit, redactū eſt beneficium, interiit, &c.

Einen an der Wolthat hindern.

Eripere, præripere beneficiū, expertem facere beneficii.

Einen mit Wolthaten verſöhnen.

Placare, delinire aliquem beneficiis, conſequi, adipiſci aliquid beneficiis.

Ich bin durch ſeine Wolthat darzu bracht worden.

Provocatus, motus, commotus, incitatus, allectus, captus, ductus, adductus ſum ejus beneficio. Prior de me benemeritus eſt.

De Officio.

Dienſt.

Officium, ſtudium, opera.

EPITH, Magnum, majus, maximum, ſummum, inſigne, ſingulare officium.

Obſcurum, tacitum, fictum, ſimulatum officium, Paternum, præteritum, vetus, priſtinum, novum officium. Officium mediocre non fuit, aut obſcurum, quod ſilentio poſſit præteriri.

Multa, plurima, innumerabilia, honorificentiſſima, perpetua officia, Plurimum officii, crebritas officiorum. Suaviſſimi ſtudii plena officia, ſimilimum officiū, mutua officia, viciſſitudo ſtudiorum & officiorum, amabile officium, ingrata officia, domeſtica, forenſia, urbana officia.

Dienſthafftig / Willfertig.

Officioſus, ſummè officioſus, officioſior, eſſe officioſiorem, in omni officiorum genere maximè omnium diligentiſſimus. Omnis officii diligentiſſimus, homo multi officii, ſummi officii, ornatiſſimus omni officio, diligendus in omni genere officii, fidelis officiis, ſtudioſiſſimus benefaciendi quàm plurimis,

Vndienſthafftig ſeyn.

Seipſum curare & nihil prætерea, de ſe ipſo tantū laborare, ſuâ tantùm unius cauſâ laborare, ſibi uni ſtudere, ſervire, proſpicere, conſulere, præterea nemini.

Dienſtlich / Officioſè, perofficioſè.

Eines Dienſt bedürffen / Requirere, deſiderare ab aliquo officiū, flagitare officium aliquem, ſperare, expectare ab aliquo officiū, ſtudia xepectare ab aliquo.

Einem freundlichen Dienſt erzeigen.

Conferre in aliquem officium, Tribuere, præſtare, declarare alicui officiū. Complecti, amplecti, proſequi, comprehendere aliquē officiis, Ornare aliquem officiis, officia exequi, adhibere. Suſtentare

re, ſublevare aliquos officiis. Alligare, obligare, obſtringere, vincire, devincire aliquem officiis. Alicujus ſervire commodis & utilitati, nullum officii onus reliquum aliis facere, impertire amico operam, ſubſervire alicui, Tribuere, navare alicui operam & ſtudium, dare alicui operam. Studio eſſe in aliquem, Studium alicui declarare, ſtudium navare, Studium, operam alicui dicare, eſſe in aliquẽ mirifico ſtudio & officio. Proſequi aliquem omni genere officiorum, Omne ſuum tempus amicorum temporibus tranſmittere. Labor meus, ſolicitudo, officia, opera, vigiliæ præſtò ſunt omnibus.

Gegen einder freundliche Dienſte erzeigen.

Certare, reſpondere officiis, Conjũgi cum aliquo officiis. Intercedere inter aliquos officia, ſatisfacere alicui officio, tradere operas mutuas, Omni tempore ſumma ſtudia, officiaq; mutuò inter nos certatim conſtabunt, extabunt, &c. Pari me ſtudio erga te & eâdem voluntate cognoſces.

Du biſt mir viel zu Willen geweſt/ haſt mir viel Dienſt erzeiget.

Innumerabilia tua ſunt in me officia. Non minus in tuis rebus diligens fuiſti ac in meis. Perſpicio te nihil aliud agere, nihil cogitare, niſi quod ad me pertinet, non conquieviſti de me donec perfectâ re, nullũ officium tuũ vel ſtudium in abſentem me defuit. Summa ejus in me officia extiterunt, conſtant, Neq; ſaluti meę nec honori amicior quiſquam dici poteſt, in omni genere laborum & animus tuus & opera & auctoritas prę ſtò fuerũt. Operâ, conſilio, domum veniendo, conveniendo nullum officii onus cuiquam reliquum feciſti. Nullũ officium erga me hominis amantiſſimi & diligentiſſimi prætermittis.

Ich wil gerne thun was dir lieb iſt/ ich wil dir wieder dienen.

Offero tibi mea ſtudia. Quæcunq; tibi commodare potero, omni curâ ac diligentiâ complectar. Quæ tibi intelligam eſſe accommodata omnia ſtudioſe perſequar, diligenter præſtabo. Nihil tibi erit tam promtum ac tam paratum, quàm in omnibus rebus, quæ ad voluntatem, ad commodum, ad amplitudinem tuam pertinent, opera, cura, diligẽtia mea. Polliceor eximium & ſingulare meum ſtudium in omni genere officii, quod ad honeſtatem, ad gloriam, ad rem tuam ſpectat. Nulla tibi in re, neque ſtudium, neq; benevolentia mea deerit, præſto non erit. Polliceor tibi ſtudium meum & operam ſine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Omnem meum laborem, omnẽ operam, curam, ſtudium in tuis rebus conſumam. Nullum pro te laborem, nullum onus

onꝰ aut officium recusabo. Valde velim aliquid præstare, efficere, navare, quod tibi gratum sit, placeat, satisfaciat, voluptatem, jucunditatem, læticiam afferat. Meus animus erit in te tuosq; semper, quem tu esse vis & esse debet. Affixum me tibi in omnibus rebus habebis. Confirmo me omnibus in rebus futurum in tua potestate. Nulla res quę ad te pertinebit à me negligetur. Vincam meis officiis cogitationes tuas, Decrevi omnia mea studia esse posita in te. Si quid accidit, in quo amicitia mea tibi aut usui, aut ornamento esse possit, ne qua in parte veri amici officio defuisse videar, studiosissimè operā dabo. Non committam ut ullum â me munus hominis verè amici ullo aut loco aut tempore desiderare possis. Auxilio tibi ero omnibus commodis meis, emolumētis, cogitationibꝰ, vigiliis, curâ.

Seinen Dienst anbieten / Operam suam ingerere, offerre.

Freundliche Dienst vnterlassen.

Prætermittere, negligere officium. Deesse officio, Studia prętermittere, detrahere de studio, deponere studia, Officia nostra interrupta, intermortua sunt. Nullà lassitudo impedire officium & fidem debet.

Dienst vbel anlegen.

Profundere & perdere officia.

De Gratificatione.

Wilfertigkeit.

Obsequium, gratificatio, gratia, impudens gratificatio.

Willfertig.

Gratificans, gratuitus, minùs liber in gratificando.

Willfahren/einen Dienst leisten/ zu gefallen thun.

Gratificari, morigerari, morem gerere, deservire alicui, maximè obsequi alicui, alienā voluntatem sequi, alienæ voluntati morem gerere, de aliis plurimum laborare, omnia facere alterius causâ, indulgere animo alicujus, præstare alicui obsequium, tribuere aliquid alicujus studio, facere gratum alicui, navari alicui studium, inire ab aliquo solidam gratiam, obtemperare voluntati alicujus, aggregare voluntatem suam ad autoritatem alicujus, observare nutum alicujus, convertere se totum ad voluntatem alicujus, Conformare, accommodare se ad voluntatem, ad nutum alicujus, vivere ad arbitrium alicujus, Impertire gratiæ.

Ich wil dirs zu gefallen thun.

Hoc gratiæ in te conferam, cupio gratificari, rem gratam facere, servire tibi, cupio servire voluntati tuæ, cupio inire gratiam à te officiis meis, Tuam gratiam officiis meis quæro, Præstare conabor, quod tibi gratū sit, placeat, voluptatem, jucunditatē, lætitiam afferat. A tuo studio nunquam mea discrepavit volūtas, gratificabor, morem geram tibi,

Ostendam te nonnullum apud me gratiæ locum obtinere, tui causâ laborem hunc capiam. In tuam gratiam hoc etiam facio. Dabo tibi hoc, largiar tibi hoc.

De Vitæ generibus.

Ein Standt / Zunfft / Gilde / Handwerck.

Ordo, status, conditio, vitæ genus, gradus, locus, numerus. Senatorius, equester ordo, consularis dignitas, gradus, locus publicanorum, Pecuariorum, mercatorum ordo, Rustica vita, homo de schola. Frequens, totus, universus, omnis, cunctus ordo.

Geruhiger Standt/ Vita quieta, ociosa, conditio quieta, opima.

Geringer/verachter Standt.

Inferior, infimus locus, ordo, genus, conditio, gradus, deterior status, deteriore conditione esse, servorum infima conditio est.

Ehrenstandt/fürnemer Standt.

Magnus locus, maximus ordo, Altior, altissimus grad⁹, summus gradus, ordo, locus, primus locus, Honestus, honestior, honestissimus ordo, locus, Amplissimus ordo, gradus, Florentissimus ordo, splendor, existimatio, dignitas, autoritas ordinis, non expers dignitatis ordo, Supra cæterorum conditionem evectus, in ipso humanarum rerum fastigio locatus.

Der Oberste/Fürnemste in dem Stande.

Princeps, spectatissimus sui ordinis, ordines ducere. Supra cæterorum conditionem evect⁹.

Er ist dem Stande eine Schande.

Macula, labes, dedecus, ignominia, calamitas ordinis.

Eines Standes.

Ejusdem sortis, conditionis homines.

Es gehet mir auch also/Es hat mit mir eben die Gelegenheit/ Zustand.

Non sum meliori conditione, Rerum mearum imaginem video in rebus tuis, Plane res meas in tuis cognosco. Res tuas nihil à meis intelligo differre, cōgruūt res tuæ cum meis, rerum nostrarum eadem ratio est, nulla dissimilitudo. Qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet, Tuæ res nihil differunt â meis, Inter res nostras nihil interest, Nihil est quo res tuæ differant à meis, In eâdem navi sumus, in iisdem navigamus fluctibus, in eodem discrimine versamur, eodem loco nostræ res sunt, eadem ambos fortunâ manet.

Vnterschiedliche Stände.

Distincta hominum genera, duplex hominum genus, distincti status civitatis.

Es ist vnter vns gar ein vngleicher Zustand / Es hat viel ein ander Gelegenheit mit mir.

Dissimilima, diversa in primis rerum nostrarum ratio est. Meæ rationes admodum à tuis differunt, discrepant, distant, dissentiunt,

tiunt, multum inter res nostras interest, non est idem mearum ac tuarum rerum status, meæ rationes aliter, ac tuæ se habent, dissimiliter, diversè, diversa quidem ratione, prorsus alio modo. Diversa mea ratio est, non eadem est, im̃utata est ratio mearum rerum, alius est rerum mearum status, aliter res meæ se habent, non eodem loco, non ejusdem loci sunt.

So stehet es.

In hoc statu res est, Rei status hic est, res ita se habet, ejusmodi res est, hoc loco res est.

Ein guter Zustandt/ es gehet noch hin.

Res adhuc tuæ tibi sunt integræ, salvæ, incolumes, nullam res tuæ jacturam tulerunt, nihil detractum est de tuis rebus, Incolumitatem obtinent res, rationes, fortunæ tuæ, benè est rebus tuis, nihil præter voluntatem, nihil secus, nihil contra quàm velis. Res meas tibi tradidi satis expeditas, explicatas, aptas, optimè constitutas, nullis difficultatibus implicatas, ejusmodi, ut exhibere tibi negociũ aut nullum, aut certè minimum possint, ut labori esse, aut molestiæ nequaquam possint.

Lust zu einem Stande haben.

Mihi arrideret ea conditio, qua nunc est frater.

Er sol ein Priester werden.

Destinari alicui vitæ generi, destinatus est sacerdotio, destinati foro, cãcellis, subsellis, Spes est eum rabulam non in postremis fore.

Er ist des Standes werth.

Dignus est, dignus putatur ordine, loco, numero, gradu, habetur in eo numero, loco.

Ich lebe oder bleibe in meinem Stande.

Sequor vitam, vel vitæ conditionem hanc, sum ejus ordinis, esse aliquo gradu, loco, Tenere, obtinere, retinere gradum, locum, numerum, ordinem, manere in aliquo ordine, maternã vivendi rationem insecuta est, vitæ genus ingredi.

Einem zu einem Stande befördern/ wehlen.

Cooptare aliquem in ordinẽ, adscribere aliquem ad vel in ordinem, recipere in ordinem, ponere in numero vel numerum, Collocare, locare in ordinem, deferre alicui conditionem, Reddere ordinem.

Zu einem Stande gezogen werden/ In einen Standt kommen.

Venire, pervenire in ordinem, numerum, locum, gradũ, Ascendere ad gradum, locum. Assequi gradum, adipisci ordinem, in statum pervenire aliquem, adoptari in ordinem.

Sich in einen Standt käuffen/

Mercari precio ordinem.

Seinen Standt vertedigen.

Confirmare autoritatem ordinis, sustentare ordinem, tueri,

defendere, conservare ordinem, statum.

Von seinẽ Stande gesetzt werden.

Dimoveri, dejici, disturbari de vel ex gradu, eximi ex ordine, de statu, loco, dejici, moveri, deturbari.

Einen Standt verfolgen / verachten / einem Stande feind seyn.

Contemnere, despicere, oppugnare, affligere ordinem, inimicum esse ordini, detrahere honorem ordini. Dignitatem, autoritatem ordinis affligere, abjicere, prosternere, circumsidere, premere ordinem; divellere consensum ordinis.

De Officio.

Ampt / Beruff / Dienst / Geschäfft.

Munus, officium, præfectura, munia, curatio, procuratio, administratio, dispensatio, negocium, partes, persona, onus, provincia, functio muneris, pẽsum, conditio.

Epith. Magnum, maximum, munus, munia magna, multa munera, non mediocre, sum̃um, grave munus, officium. Præclarum, præstantissimum munus, magnificentissimum, pulcherrimum munus. Splendor muneris, honestum, officiosa provincia, publicum munus, commune, extraordinarium munus, curatio agraria, Dispensatio regia, Exiguum, privatum, servile, sordidum munus, laboriosissima provincia, annuum, quotidianum munus, Conditio opima, honorifica, quieta, cunjuncta cum certa expectatione magnarum rerum.

Amptmann / Amptsperson.

Præfectus, præpositus, curator, procurator, procurans, diligens, sedulus procurator.

Vngeschickt zu einem Ampt / vntüchtig zum Ampt.

Impar oneri, negocio, non sufficere oneri, majores nido extẽdere pennas, multis partibus muneris sui deest, non idoneus ad hanc rem administrandam.

Werbung vmb ein Ampt.

Petitio, prensatio, ambitio, contentio, certamen honoris, beneficii.

Der ein Ampt begehret / oder zugleich begehret.

Petitor, candidatus, competitor, diligentia, studium competitorum, tribunitius candidat⁹, candidatus præturæ, quæsturæ.

Werben / vmb einen Dienst anhalten.

Expetere, petere præfecturam, Deposcere provinciam, Concupiscere, petere honores. Appetere personam aliquam, deposcere sibi gubernacula, ambire, petere, prendere, prensare, maximè ambire, inservire honoribus alicujus, pro eo prensat virtus.

Seinen Dienst anbieten.

Ingerere suam operam, insinuare se, obrepere.

Mitbitter haben.

Incidere in competitores, habere competitorem.

Einem zu einem Dienst helffen.

Providere, prospicere alicui de officio, munere, functione, de commoda provincia suscipienda vel administranda.

Wehlung zum Ampt.

Cooptatio, lectio, electio, libera electio, censoria cooptatio.

Wahl/Wehlung/ Suffragatio, suffragium.

Mündliche Wahl / Suffragia vocalia.

Schrifftliche Wahl / Suffragia tabellaria.

Freye Wahl/ Libera suffragia.

Heimliche Wahl / Occulta suffragia.

Erkauffte Wahl / Suffragia eblādita, gratiosa, largitione corrupta, devincta largitione, vitiosa.

Rechtmessige Wahl / Suffragia enucleata, justa, incorrupta, gratuita, debita.

Zur Wahl greiffen / Suffragiis rem permittere.

Wehlen / seine Stimme sagen/ Inire suffragia, suffragium ferre.

Einem seine Stimme geben.

Suffragari alicui, Deferre, dare aliquid alicui suo suffragio, adjuvare aliquem suo suffragio, comprobare, probare aliquid suo suffragio. Ornare aliquem suâ sententiâ, dicere in aliquem sententiam honorificam.

Einem seine Stimme nicht geben/ nicht wehlen.

Præterire aliquem suffragio, Denegare, repudiare aliquid suo suffragio.

Etwas durch die Wahl erlangen.

Assequi, consequi, adipisci, recuperare aliquid suffragiis, Creari, constitui, fieri consulem suffragiis, Declarari, confirmari aliquid suffragiis.

Seine Stimme gilt viel.

Multum potest, gratiosus est in suffragiis, multum valet suffragiis, minus valet suffragiis.

Die Wahl auffheben/zur Wahl nit kommen lassen wollen.

Perdere, tollere suffragationem vel suffragium.

Einen annemen/ein Ampt befelen/ in ein Ampt setzen/annemen.

Præferre, præponere aliquem muneri, Deferre, assignare alicui munus, imponere alicui personam, deferre alicui honorem, permittere, committere, credere alicui magistratum. Dare, mādare, tradere alicui gubernacula. Afficere, ornare imperio, deferre alicui conditionem optimam, mihi senatûs auctoritate hoc munus injunctum est. Præponere, præficere officio, negocio. Prodere dictatorem, eligere amplissimos viros ad sacerdotia, Munus, officium alicui mādare, provinciā decernere, tribuere. Cooptare, legere, eligere, deligere, constituere, designare, decernere, declarare, renunciare Consulem, Prætorē. Vocari ad procurationē. Imperare, imponere alicui munus, constituere aliquē in munere, curationē alicujus rei deferre ad aliquē, dare negocium,

cium, adminiſtrationem, committere alicui munus, tribuere alicui partes, condere partem muneris, vulgus ad mandandos honores cœco ſæpius & inconſiderato impetu, quàm explorato judicio fertur.

Er hat einen Dienſt / Ampt bekommen.

Obvenit, obtigit ei munus, provincia, obvenire alicui neceſſitatem muneris.

Ein Ampt erlangen.

Aſſequi, conſequi, adipiſci imperium; Capere, accipere magiſtratum, Conſequi honoris inſignia, Facile atq; expeditum iter filio ad hanc dignitatem reliquit parens.

Ein Ampt annehmen / auff ſich nehmen.

Suſcipere, capeſſere munus, officium, curationem, diſpenſationem, partes, onus, præfecturam, perſonam, provinciam. Suſcipere provinciam docēdi pueros, capere provinciam, ſubmittere ſe alicui oneri, imponere ſibi hoc onus.

In einem Ampt ſeyn / ein Ampt verweſen.

Fungi munere honeſto, ſuſtinere, obtinere provinciam, munus, partes, munia, perſonam, attingere partem muneris, habere munus, officium, procurationē, præeſſe muneri vel officio, verſari in munere, agere partes, gerere procurationem, perſonam, adminiſtrare negocium, eſſe præfectum, præpoſitum, præeſſe, præſidere muneri, curare, procurare, profiteri munꝰ, habere aliquid operis, muneris, diſtrictus perpetuâ graviſſimorū munerum procuratione, diſtrictum teneri procuratione alicujus rei, tres perſonas unꝰ ſuſtineo, Gymnaſiarchæ partes multos annos ſuſtinui.

Sein Ampt thun / verrichten / verwalten.

Obire munus injunctum, præeſſe muneri, exequi officia boni imperatoris, conficere ſuo tempore ſua negocia, efficire, explere officium, curationem, fungi ſuſcepto munere, curationem adhibere, afferre, colere, efficere munus, adminiſtrare negociū, agere partes, gerere procurationem, perſonam, tueri munus, perſonam, obire munus, fungi, perfungi munere, exequi, conficere, explere, traducere munus, ſatisfacere officio, tueri nomen oratoris.

Sein Ampt fleiſſig oder recht verrichten.

Rectiſſimè, commodè, commodiſſimè rem adminiſtrare, rem agere, ex ſententia rem gerere, Pulcherrimè gerere omnia, magnâ fide, diligentiâ, ex animo rem gerere, ſatisfacere officio, perſolvere rationem officii, conficere, explere diligentiſſimè ſuum munus, ſufficere ſuo muneri, hominum expectationi in adminiſtrando munere ſatisfacere.

cere.

cere, gerere, curare, administrare munus cum laude, Præclarè se gerere in munere, eximiam ex magistratu benè gesto laudē colligere, ferre, capere, adipisci, consequi, ædilem se præbuit egregium, præstitit, ostendit, nunquam cessat in officio.

Sein Ampt unfleissig und ubel verrichten.

Præterire, prætermittere, intermittere, prodere officium, munus, munus officii, deesse suo officio, muneri, desiderantur in hac re partes ejus, de officio decedere, remissè agere, per negligentiam rem gerere, malè, indecorè rem gerere, relinquere, deserere officium, discedere de officio, ab officio, violare jura officii, studium & cura ipsi deest in munere.

Es gebüret mir / ich mus es Ampts halben thun / mein Ampt bringet es mit.

Officii ratione impulsus, coactus hoc suscipio, est muneris mei, est munus meum, pertinet ad officium meum, convenit meo officio, perpendo momenta officiorum, metior hæc officio, Habeo, duco, colo in hac re rationem officii, consulo meo officio, facio hoc officii ratione, nisi hoc fecerim nomen meum tueri non possum, putant, si hoc faciāt, se visum iri philosophos, est mearum partium, hoc à me requiritur, exigitur, expectatur, mihi convenit, res pertinet ad

officium & curam meam.

Es gehöret nicht zu diesem Ampt.

Discrepat hoc ab officio ejus, non est ejus muneris, non convenit officio ejus.

Es sol keiner dem andern in sein Ampt greiffen/vorgreiffen.

Regendi sunt officiorum fines, officium suis limitibus & terminis cohercendum est, non usurpet philosophus ea, quæ sunt eloquentis, non migrat in hac re à me officium, officio non decedo, non est contrarium officio.

Einen Substituten halten / seine Sache durch einen andern verrichten.

Uti ad aliquas res alienâ operâ, subdere aliquem in suum locum, in locum suum alium substituere & supponere, dare vicarium, substituere suo loco, sufficere in suum locum, supponere fidem vicariam, surrogare, submittere aliquem.

Ein Substitut seyn / an eines andern statt seyn.

Partes alicujus agere, vicarium aliquem alicui succedere, vice alicujus aliquid agere, vice fungi, vicem supplere, alienas res agere, diligenter gerere, tractare, administrare, procurator illius sum, illius negocia procuro, mihi ejus res commissæ sunt, sustineo curam rerum illius.

Ein Ampt abschlagen / nicht annemen wollen.

Recusare, fugere, defugere, detrectare

trectare munus, officium, repudiare conditionem.

Einen Dienst vbergeben / abtreten vom Ampt.

Abire magistratu, decedere de offioio', Provinciâ se abdicare, deponere magistratum, onus officii deponere, tradere provinciam, Detrahere, deponere, abjicere personam.

Aufffagung des Ampts.

Abdicatio, decessio, matura decessio.

Er wil den Dienst vbergeben.

Spem affert decessionis, abdicationis, dies decessionis obrepit.

Einem abdancken / Provision machen.

Multorum stipendiorum veteranus missionem impetravit, rude donatus est, rudem accepit, dimissus est. Liberatus est munere, curatione, requiescit à muneribus reipub.

Mein Ampt ist aus / es läufft zum Ende.

Annuum munus confeci absolvi, perfunct⁹ sum annuo munere, absolvi annuam administrationem, finem attigi annuæ administrationis, ad finem perveni administrationis, abiit annus imperii mei.

Einem die Zeit des Regiments oder Ampts erlängern.

Prorogare alicui tempus in officio, in administratione, diuturnior spe facta est administratio, ducta est in longum,

Einen absetzen vom Ampt / die Schüppe geben.

Abrogare alicui munus docendi, consulatū, de dignitatis gradu dejicere, amovere aliquem à procuratione, depellere à procuratione, tollerer curationem, eripere munus, orbare munere, partes eripere, ex statu dimovere procuratione privare, consulatu dejicere, deturbare, cogere ut quispiam se abdicet magistratu, munere docendi, movere, removere aliquem magistratu, ordine, loco suo, interdicere sacrificiis, privare aliquem foro, curiâ.

Dienstloß seyn / kein Ampt haben.

Vacare munere, vel à munere, officio, curatione, administratione, Orbatus munere, motus, remotus, amotus officio, á procuratione.

Fehlbitte thun / durch den Korb fallen / das Ampt nicht erlangen.

Excludi magistratu, repulsam ferre, rejici, aditus ipsi nō patuit, excidit hoc munere, via præclusa ipsi fuit ad hunc honorem, accipere repulsam, Repulerunt, ejecerunt, præterierunt eum, refragati sunt ipsius petitioni.

Ein Fehlbitte / Repulsa, rejectio, repudiatio.

Fehlbitter / Repulsus, præteritus, rejectus.

Ein nachfolger im Ampt / Successor, suffectus, suppositus, substitutus.

Nachfolger machen / Eligere, surrogare, sufficere sibi aliquē, successit muneri.

De Collegio.

Ein Collegium.

Collegium, sodalitas, sodalitium.

EPITH. Frequens collegium, honesta sodalitas, autoritas collegii, fera sodalitas, Pontificium collegiū, Tribunicū, Pastoritia, agrestis, fera sodalitas, coitio sylvestris.

Ein collegium machen.

Constituere, instituere collegium, sodalitates, Sociarunt, conjunxerunt collegium, coire collegia, societates, restituere collegia.

Einen Collegen wehlen / Cooptare in collegium, legere, eligere, deligere collegam.

In einem Collegio seyn / Esse in collegio.

Aus dem Collegio stossen / Ejicere aliquem collegio, tollere collegia.

Ein Collega / Collega, sic vitiosus, impurus, immanis collega.

Einen Collegen haben.

Habere aliquem collegam, esse collegam aut sodalem alicui vel alicujus, comites habere & adjutores negociorū, conjungi alicui in officio, impertire alicui partem operis, participem esse laboris.

Einer für sich besondern / Privatus, privatam vitam degens, agens, qui nullam attingit rem-pub. singularis, qui suus est.

Sonderlich / Privatim.

De Domino.

Herr oder Herrscher / Dominus, dominator, dominans.

Haußherr / Herus.

Haußvater / Paterfamilias.

EPITH. Bonus, optimus, assiduus dominꝰ, paterfamiliâs, gravissimus dominus, dispar, agrestis, imperiosus, furiosus dominus, rusticanus paterfamilias.

Fraw / Domina, dominatrix, hera.

Haußmutter / Materfamilias.

EPITH. Blandissima domina, dura, imperiosa, vehemens dómina, cæca & temeraria dominatrix.

Ein Herr seyn / constitui, fieri, esse dominum in aliquos, dominari aliquibus.

Der Herr gebeut dem Knecht / vnd nicht der Knecht dem Herrn / Dominus imperat servo, non servus dominatur domino.

Er ist nicht sein eigen Herr / Vivit ex more alterius, ex præscripto alterius, non ad suum sed aliorum arbitrium.

De Servitute.

Dienstbarkeit / Dienst.

Servitus, servitium, jugum servitutis, conditio servitutis, ministerium, famulatus.

EPITH. Servitus honorifica, justa, tolerabilis, voluntaria, domestica, diutina, diuturna.

Fœda, fœdissima, crudelissima

mise

misera, miserrima, dura, durissima, jugum servitutis grave, acerbissimum.

Ein Knecht/Diener.

Servus, servulus, serviens, deserviens, minister, administer, ministrator, famulus, puer.

Leibeigen Knecht.

Mancipium, mancipium veteranum, trium, mancipium novitium.

Arbeiter im Gefängniß / Ergastulus.

Gefängnis der Arbeiter/ Ergastulum.

Hüter solcher Gefängnis/Ergastularius.

Mitknecht/Conservus.

Leibeigen geboren / Verna, servus domi nostræ natus.

Gemeiner Knecht/Minister publicus.

Der fürnemste Knecht/ Servus atriensis, dispensator, actor.

Vorbotte/Anteambulo, laternarius.

Nachtreter/ Pedissequus, assecla, assectator.

Haußknecht / Haußpüffel/ Mediastinus, scoparius.

Gerüstet/Gewapnet/Armatus, instructus, paratus.

Vngerüstet/wehrloß/ Inermis, inermus, imparatus, planè inermis, nudus.

Waffen/Arma, ferrum, telum, gladius.

Epith. Arma justa, perniciosa, scelerata, impia, nefanda, civilia, domestica, avita, in parietib⁹ fixa, Periculum, discrimen, terror, fremitus, strepitus armorũ.

Zeughauß / Armamentarium, instructum armamentarium.

Aus dem Zeughauß Rüstung geben.

Dare, distribuere ex armamentario tela, aperire armamentarium, largiri arma.

Zeugwarter/Armorum præfectus.

Heerschaw/Musterung/ Armilustrium.

Waffenträger/Armiger.

Einem Waffen anlegen/Armare, instruere aliquem armis, cingere aliquem gladio.

Gewapnet seyn / Indutum esse armis, gerere arma, esse cum telo, telum habere.

In Waffen geübet seyn.

Exercitatum esse in armis, Plurimum armis valere, invictum esse armis.

Einen vberlauffen mit gewehrter Hand.

Invadere, irritare, lacessere, persequi, appetere aliquem ferro, armis, adoriri aliquem, consistere contra aliquem.

Einem die Wehre nemen.

Extorquere arma vel ferrum è manibus, Privare aliquem ferro, Spoliare aliquem ac nudare armis, Telum eripere ex manibus, Extorquere de manibus tela intenta vel sicam.

Die Wehre nieder legen.

Arma

Arma projicere, abjicere, ponere, hastam projicere.

Die Wehr fallen lassen.

Cadunt ipsi arma de manibus, excidunt gladii, fluunt arma de manibus.

Rostige Wehr/Arma exesa rubigine.

De Gladio.

Schwerdt/eine Wehre.

Gladius, ensis, mucro.

Schwerdtfeger/Polio.

Blosse Wehr.

Gladius è vagina eductus, nudus, nudatus, strictus, districtus, vaginâ vacuus.

Blancke Wehr/Gladius fulgēs.

Blutige Wehr/Gladius cruentus, sanguinolentus, pugio cruentus, stillans.

Wehre augürten/anlegen.

Latus ense præcingere, pugionem ad femur alligare, cingi gladio, succinctum esse gladio.

Die Wehre außziehen.

Gladium educere è vaginã, distringere, vaginâ eripere, è vagina educere, Gladium nudare, stringere.

Wehre wieder einstecken.

Recondere gladium in vaginam, includere vaginis.

Scheide/Vagina, vaginula.

Lang Schwerdt/Machæra.

Rapier/spitzige Wehr/Framea.

Zweyschneidig Schwerdt/Gladius anceps.

Kurtze spitzige Wehr/Verutum.

Sebel/Harpe, ensis falcatus, acinaces, gladius Persicus.

Dolch/Pugio, pugiunculus, gladiolus, ensiculus.

Stoßdegen/Parazonium.

Stecher/Dreyecker/Sica.

Klinge/Verutum.

Schlachtschwerdt/Xiphomachæra, Romphæa.

Jacobs Stab / Dolon, gladius scipioni insertus.

Messer/Culter.

Messerschmidt/Faber cultarius.

Schermesser/Culter tonsorius.

Schneide/Acies cultri.

Wetze/Acuere gladium, ferrum.

Spitze/Mucro, cuspis.

Hefft/Manubrium, capulus ensis.

Hefft mit Laubwerck/Manubrium apiatum.

Knopff/Pomum.

De Lorica.

Harnisch/Pantzer.

Lorica, lata, insignis, æneã, cælata lorica, Ferrea tunica.

Helm/Seurmhut/Eisenhut/Pickelhaube.

Galea, cassis, galea ænea, cælata, Galea exploratoria.

Der einen Helm offen hat/Galeatus.

Federrȯre/Kam̃ auff dem Helm/Conus.

Fedderbusch/Crista galeæ.

Viesier/Bucula.

Liedern Pickelhaube/Cudon.

Harnisch Kragen/torques ferre⁹.

Pantzer Kragen/Torques loricatus.

Brustharnisch/Krebs/Thorax ferreus,

ferreus, æneus, Pectorale æneum.
Armschienen/Brachialia.
Beinschienen/Ocreæ ferreæ.
BlechHandschuch/Manicæ, ænea chirotheca.
Geharnischt/Loricatus.
Kürisser/Cataphractus.
Kriegskleidung / Vestis militaris, Chlamis.
Kleid vber den Harnisch/Sagum.

De Scuto.

Schild/Scutum, clypeus.
Schildmacher/Faber scutarius.
Runder Schild/Tartsche/Parma, parmula.
Langer Schild / Clypeus argolicus.
Halber Schild/ Pelta, cetra, scutum Amazonium.
Schildträger/ Scutatus, scutigerulus, cetratus, peltatus, ferens scutum, Paratus armatusque scutis, telis.

Mit Schilden den Feind fortstossen.

Impetum facere in hostes scutis, pellere hostes scutis.

De Bombarda.

Büchse/Rohr/Bombarda, sclopetum.
Hackenschützen / Bombardarii, sclopetarii.
Handbüchsen/ Sclopus, sclopetum, tormenta manuaria.
Zündbüchsen/Vipera, viperilla.
Zündstrick/Igniarius fomes.
Schlüsselbüchse/Sclopus clavicularius.
Doppelhacken/Machina uncata.
Grob Geschütz/Machina fulminalis, tormentum ærarium, æneum.
Mawrbrecher / Machina muraria, tormentum murale, balista.
Schlange/Feldschlange/Crocodilus.
Petarde/Exostra.
Fewrmörser/Mortarium.
Kugel / Sphærulæ tormentariæ, glandes.
Bleykugeln/Pilulæ plumbeæ.
Pulffer / Pulvis tormentarius, pulvis nitratus.
Bechkräntze/Malleoli, Pyrobili.
Gewicht zu den Büchsen / Libramentum tormentorum.
Büchsen laden/onerare tormẽta.
Büchsen abschiessen / Exonerare, displodere tormenta.

De Sagitta.

Pfeil/Boltz/ Sagitta, calamus, arundo.
Pfeil mit Widerhacken / Sagitta hamata.
Widerhake/Uncinus, hamus.
Epith. Venenata, cruenta, occulta, levis, habetior sagitta.
Feder am Pfeil/Ala sagittæ.
Handbogen/Arcus, cornu.
Flischtbogen/Cateja.
Armbrust/ Scorpio, scorpius.
Armbrustschiesser/ Scorpionistæ.
Bogenköcher/Corylus.
Pfeilköcher/Pharetra, theca sagittarum.
Sehne/Nervus.
Die Nuß / Uncus eburneus, osseus, fibula, hamus.

Seul am Bogen/Scapus, ſtylus,
Spanner/Cornix, ſucculа,
Drücknagel/Excuſſorium.
Bogen ſpannen/contendere, torquere, adducere arcum.
Die Ende des Bogens / Cornua arcus.
Zielen/ Petere, collimare, collineare.
Abdrücken/Emittere ſagittam, jaculari.
Zielung/Petitio, apta petitio.
Schuß/Emiſſio.

De Telo.

Geſchoß/ Wurffpfeil/ Telum, ſpiculum, jaculum, miſſile, ge- (ſum.
Wurff/Jaculum.
Riemen am Wurffgewehr/Amen- (tum.
Krumme Pfeile/Sarum.
Scheflin/Aclides, tragula.
Glatte Pfeil/ Corici, levia miſſilia.

EPITH. Telum non mediocre, acerrimum, nefarium, venenatum, cruentum, occultum, leve, hebetius.

Ein Wurff/ein Geſchoß/Jactus, conjectus, conjectio, emiſſio.

Schieſſen.

Jaculari, telum intendere, emittere, immittere, conjicere, jacere tela, conferre in aliquem tela, impetum in aliquem facere cum telo, torquere telum.

Pfeil aus der Wunden ziehen/ Educere ex corpore, extrahere telum, evellere ſpiculum, revellere tela, excidere ex corpore ſagittas.

Sich im ſchieſſen üben/Excerce- (re tela.

Einen erſchieſſen/ Trajicere aliquem telo, Spiculo transverberare, conficere ſagittis.

Getroffen werden / Tela in ea re figebantur, eò recidebant, perveniebant, veniebant, hærebāt in ea re, inhærebant.

Er iſt geſchoſſen worden/ Sagitta eum percutit, vulneratus, ictus eſt telo.

Dem Schuß entgehen/aus dem Schoß kommen.

Vitare, fugere, refugere tela, effugere ex telis.

In den Schuß kommen.

Subire, excipere, recipere tela, verſari inter tela, offerre ſuū corpus & vitā telis, objicere ſe telis.

De Haſta.

Spieß/Haſta, lancea.
Schefflin/Sariſſa, haſta velitaris.
Spieß ohn Eiſen/ Haſta pura.
Spieß mit Eiſen/ Haſta prępilata.
Helleparte/Bipennis, ſecuris Romana.
Spieß mit Wurffriemen/Haſta amentata.
Spießhalter/Haſtarum theca.
Schafft/Haſtile, ſcapus haſtæ.
Mit einem Spieß ſchieſſen/Haſtam torquere, jacere.
Schweinſpieß/Venabulum.
Spießknecht/Haſtati.
Schleuder/Funda.
Schleuder Ledder/Scutale, habena.
Schleuderer / Funditores, libratores.
Keule/Kolbe/Clava, clava ferrata.
Fauſtkolbe/ Gæſtra.

Streitkolbe/Cæstus.
Knüttel/Fustis.
Fußeisen/Murices, tribuli.
Streitwagen / Currus falcatus, covinus.

De Bello navali.

Krieg zu Wasser/Bellum navale, bellum maritimum.

Schiffrüstung/Armada/Classis.

Epith. Optima, opportunissima, armata, ornata; præclara, firmissima, instructa, gloriosissima, magna, maxima, bene maxima, spe inflata, inops, infirma classis.

Gerüstete Armada/Classis procincta.

Amiral Schiff / Navis prætoria.

Ruderknecht/Remiges.

Boßknecht/Classiarii, socii navales.

Eine Armada bawen / zurüsten.

Ædificare, construere, parare, comparare classem, naves, Imperare, exigere, sumere, contrahere naves, dare, erogare pecuniam in classem; imperare, exigere nautas, remiges, explere numerum remigum, habere nautas.

Schiffe geben.

Dare, præbere naves.

Eine Armadam beysammen haben.

Paratum esse classibus, navibus valere permultum, multum posse classe.

Eine Armada eröbern.

Opprimere, expugnare classem, divincere, superare aliquos classe, capere, abducere classem.

Eine Armada/vertilgen/verderben.

Inflammare, perdere, corrumpere, incendere, perforare, disjicere, dissipare classem; naves classis conflagrat.

Ruderknecht lauffen lassen.

Dimittere, missos facere remiges, nautas.

De Exploratoribus.

Kundschaffer/Explorator, speculator.

Außspeen/verkundschafften.

Explorare, venire speculandi causâ, præmitti cum speculatoribus, Vagari speculatorem sub castris alicujus. Perquirere aditus, Viasque, Cognoscere loca, portus, aditus, situm castrorum, per exploratores, reverti exploratis rebus; mittere exploratores, mittere aliquos speculatum, ut quæ fiant fias particeps; dimittere nuncios in omnes partes, fieri certiorem per exploratores, ab exploratoribus. Cicero latentem adhuc & occultam conjurationem singulari providentiâ vigilantiâque deprehendit.

Wacht/Hut/Custodia, vigiliæ, excubiæ.

Epith. Vigilia prima, secunda, tertia, pro parte noctis prima, secunda, tertia, Optima, tutissima, sollicita, fida custodia.

Vigiliæ flebiles, excubiæ miseræ, vigiliæ majores.

Auff die Wacht führen / etwas mit Wächtern verwahren.

Munire, firmare, confirmare aliquid vigiliis. Committere alicui custodiam rei, & committere rem alicujus custodiæ, locare nocturnos vigiles.

Auff die Wacht gehen.

In vigilias ire, vigilias inire.

Wachen / auff der Wacht seyn.

Vigilare, advigilare, excubare, agere vigilias, excubias, multò acrius vigilare, jam pridẽ excubare, Manere, stare in vigilia, esse custodem rei, In custodia poni, advigilare ad custodiam rei, occupatum esse, diligentem esse in custodia, tegere aliquem custodiã,

Wachtmeister seyn.

Vigilias exigere, præfectum vigilum esse, tesserarium esse.

Wächter.

Custos, vigil, excubitor, procubitor, præclarus, bonus, malus custos.

Einem einen Wächter zuordnen.

Dare, ponere, apponere, præficere alicui custodem.

Der Wächter schreyet die Stunde aus.

Vigil clamat horas, vigil inclamat esse horam primam.

Abgehen von der Wacht.

Vigilias conficere, alteri tradere.

Schildwacht / Statio.

Auff die Schildwach führen.

Stationes disponere, in statione cohortes habere, in stationẽ milites educere, firmare stationes.

Auff der Schildwacht seyn.

Agere stationes.

Eine Warte / Specula.

Auff die Hut stellen / In specula constituere, collocare aliquem.

Auff der Hut seyn / In speculis esse.

De Præsidio.

Besatzung.

Præsidium, præsidia.

Epith. Magnum, firmum, salutare, necessarium, firmissimũ, publicum, urbanum, repentinum, nocturnum, stativum, tenue præsidium.

Eine Stadt Schloß besetzẽ / Knechte in die Besatzung legen.

Ponere alicubi, imponere, disponere, constituere, preponere, opponere præsidia, collocare militem in præsidiis, collocare præsidium in aliquo loco, vincire loca præsidiis, relinquere in aliquo loco præsidium, Munire, firmare, confirmare aliquẽ locũ præsidiis, mittere milites in pręsidiũ, pręsidia munire, cõfirmare. **In der Besatzung ligen.**

Esse in præsidio alicubi; esse cũ præsidio alicubi, tegere urbem præsidio, locatum esse in præsidio, urbs septa præsidiis.

Besatzung abschaffen.

Abducere, removere, deducere præsidium, adimere urbi præsidium, nudare quid præsidio, diminuere, detrahere de pręsidiis.

Aus der Besatzung lauffen.

Abire

Abire, decedere de præsidio.

De Castris.

Läger / Castra.

Castra præclara, civilis, plena curæ, fremitus castrorum.

Geschlagene Läger / Castra stativa.

Fußknechte Läger / Castra pedestria,

Reuter Läger / Castra equestria.

Ort außsehen / das Läger zu schlagen.

Capere locum castris, sumere locum pro castris, deligere locū castris.

Läger schlagen.

Metari, ponere, locare, collocare, facere, constituere castra, Disponere castra, castra metiri, considere alicubi cum exercitu, constituere exercitum loco, munire castra. Habere alicubi castra, posita habere castra.

Im Läger seyn.

Esse, versari in castris, manere, remanere, sedere in castris, tenere se castris, continere suos intra castra vel in Castris, morari in castris.

Sich ins Läger begeben.

Inire, conferre, conjicere, recipere se in castra, recipere se ad castra, redire in castra.

Sich verschantzen im Läger.

Vallum obducere, vel objicere, vallo castra munire, cingere, vallum castris circumdare, & circumdare castra vallo.

Wall vmb das Läger / Vallum.

Schantze vmb das Läger, Lorica castrorum.

Ins Läger fallen.

Tentare, invadere castra, impressionem in castra facere.

Läger vertheidigen.

Defendere, tutari, custodire castra.

Läger einnehmen / erobern.

Potiri castrorum, capere castra, castris aliquem exuere, castra occupare, castris potiri.

Vmbschlagen / auffzubrechen / Vasa conclamare.

Auffbrechen / Einpacken / Vasa colligere, convasare, signa convellere.

Aus dem Läger ziehen / Educere exercitum castris, & è castris.

Läger endern / Castra movere, commovere, promovere, proferre, contrahere.

Wegziehen mit dem Kriegsvolck.

Instituere, facere iter cum exercitu, ferre signa, efficere profectiones, subducere copias in collem deducere exercitus ex regione, signa convellere.

Der das Läger schlegt / Metator castrorum.

Ein Forirer / Strator.

Im fortziehen der letzte seyn.

Agmen cogere, claudere.

Das Kriegsvolck auff der Reyse angreiffen.

Agmen invadere, premere, capere, dissipare, concidere.

Der Droß / Impedimenta, sarcinæ, asseclæ exercitûs.

Herwagen / Currus, impedimenta.

Winter Läger.

Hyberna, perfugium hyemis in tectis.

Sich ins Winterläger begeben.

Mittere, dimittere, deducere, ducere

ducere exercitum vel cohortes in hyberna.

Im Winterläger seyn.

Hybernare, hyemare, jucundè, libenter alicubi hybernare, hyemare.

Sommer Läger Æstiva.

Im Sommerläger seyn.

In æstivis esse; educere in æstiva, æstiva conficere.

Gezelt/ Tabernaculum, tentorium, tabernaculum militare.

Gezelt von Leinwad/ Papiliones.

Gezelt von Leder/ Pelles, sub pellibus esse.

Gezelt von Stroh/ Casæ, tabernacula ex stramentis confecta.

Gezelte auffschlagen/ Tabernaculum ponere, locare, collocare. Tendere, erigere tentoria.

Im Gezelte bleiben.

Manere, remanere, sedere in tabernaculo.

De Prælio.

Streit/ Schlacht.

Prælium, pugna, certamen, cõflictus, conflictio, congressus.

Scharmützel/ Velitatio, velitaris pugna, prelium leve, præludium, principium pugnæ.

Epith. Magnum, justum, maximum, acerrimum, secundum, adversum, difficile, calamitosum, navale, equestre, pedestre prælið. Pugna justa, magna, maxima, acerrima, mirifica, incredibilis; mala, calamitosa, gladiatoria, imaginaria, stataria, navalis, equestris, pedestris pugna.

Dimicatio expeditissima, anceps, mediocris, parva, periculosa, gravis.

Lermen schlagen/blasen.

Canere Classicum, canere bellicum, ad arma conclamare, signũ dare buccinâ,

Sich zur Schlacht bereiten.

Parare dimicationem, parare, armis contendere, pugnæ locum quærere, ad certamen accendi, promtum esse ad pugnam.

Außfordern zum Streit.

Provocare ad pugnam, denunciare dimicationem, ad pugnam evocare; elicere, prelio lacessere, esse procacem in lacessendo.

Tag zur Schlacht bestimmen.

Promulgare dimicationem, pugnæ diem constituere, pronũciare prælium, proponere vexillum.

SchlachtOrdnung/ Acies.

Gespitzte SchlachtOrdnung/ Cuneus.

Gevierdte SchlachtOrdnung/ Phalanx.

Flügel an der Ordnung/ Ala, cornu.

SchlachtOrdnung machen.

Struere, instruere aciem, instruere exercitum; legiones eductas è castris, constituere acies, ordinesque, constituere legiones pro castris in acie, disponere cohortes, equites ad latera. Educere, producere copias in aciem, Struere, dispertiri ordines, prodire cum exercitu in aciem, Dirigere, ordinare, exornare, erigere, porrigere, subjicere, distendere; extendere, laxare aciem; Aciem arctè statuere, latiùs porrigere.

Dem Feinde begegnen.

Hostibus obviam ire, venire, procedere, contra hostes consistere, contra hostes ire, arma ferre, adversis hostibus occurrere, op-

ponere, offerre se hostibus, objicere se hosti, ducere copias adversus hostem, contra legiones hostium, contra hostes, succedere sub aciem hostis, attollere signa & ire obviam hosti.

Den Feind angreiffen/ die Schlacht anfangen.

Invadere, adoriri, aggredi hostem, irruere in hostem, descendere in arenam, ad pugnam procedere, venire in aciem, descendere in dimicationem, ire in prælium, inire prælium, pugnam, objicere se in dimicationem, subire dimicationem, in prælium ruere, In pugnam procurrere, in aciem irruere, inmittere se in hostem, impetum dare, facere in hostem, signa inferre, impressionem dare, facere, impressione fundere, evertere, adoriri hostem, cum hoste cominus pugnare, involare cum clamore, impetus fit in hostes.

Eine Schlacht halten/ schlagen.

Facere, committere prælium, aciem, Decertare, contendere, dimicare prælio. Pugnare, præliari, depugnari, velitare, certare, congredi, concurrere. Decernere rem prælio, confligere cum hoste, acie instructâ depugnare, confligere prælio. Pugnæ potestatem vel copiam facere, pugnam capessere, ciere, conserere, facere, Pugnare pugnam, pugnâ decertare. Certamen injicere, experiri, præbere, miscere, facere. Manum conserere, conferre. De summa re dimicare, decernere, extremā belli aleam experiri, ultima experiri, pugnare prælium, decertare vi & ramis. Cautè, temerè confligere, malè pugnare, disceptare armis decernere ferro.

Mit in der Schlacht seyn.

Stare, pugnare, versari in acie, adesse in pugna, interesse bellis, Esse, interesse prælio, versari in præliis, inter aciem versari.

Männlich streiten in der Schlacht.

Edere pugnas & strages, summâ contentione, viribus pugnare, summâ vi impetuque contendere, memorabile prælium edere, cominus pugnare, conferre vires ex propinquo, prorumpere per medios hostes, insinuare se inter turmas, insilire in phalangem, vehementer, vehementius præliari, contendere, gerere rem gladio cominus, acriter pugnare.

Dem Feinde Widerstand thun.

Impetum hostium ferre, tardare, retardare, sustinere, frangere, cohibere, propulsare, reprimere, comprimere.

Des Feindes Ordnung trennen.

Dirimere, disjungere, incidere, discindere, perturbare aciem, ordines, Ordinibus excedere, pellere hostem, signa hostium fluctuant.

Den Streit widerumb erneweren.

Reparare, restituere ordines, renovare, redintegrare prælium, Pugnam iterare, certamen revocare, instare rursus & redintegrare prælium, instaurare cum victoribus certamen, gerere renovatum bellum, prælium restituitur, Restituere pugnam.

Schlacht widerrathen.

Deterrere aliquem à dimicatione, avocare à præliis, dirimere prælium, A pugna prohibere, cõtinere, Pugnam, certamen extrahere, sedare certamen.

Nicht schlagen wollen.

Pugnam detrectare, certamen abnuere, Prælium intermittere, Prelio abstinere, supersedere, evitare dimicationem, removere se à certamine.

Aus der Schlacht sich abschleichen.

Acie excedere, ex acie excedere, refugere, prælio elabi, vel ex prælio, pugnam remittere, dimicationem cædemque fugere, eripere se à pugna.

Die Schlacht wehret lange.

Pugna senescit, extrahitur.

Kriegsposse/Stratagema.

Vbung zur Schlacht/Decursus, decursio militum.

Die Kriegsknechte üben sich / milites in armis decurrunt, in more pugnæ sudibus cõgrediuntur.

Hinderhalt/Subsidia.

Streitbarlich/Pugnaciter, bellicosè.

De Vastatione.

Verwüstung/ Verheerung.

Vastatio, vastitas, direptio, spoliatio, prædatio, depopulatio, fœda direptio.

Auff den Raub ziehen.

Ire vastatum fines, venire ad aliquem prædandi causâ, exire in fines, agrum hostium prædæ ac belli inferendi causâ, egredi prædandi causâ, effundere se in agros vastandi causâ, Exire spe rapinarum, cupiditate diripiendi, cogitare rapinas.

Rauben/plündern/verwüsten/verheeren/streiffen.

Vastare, rapere, diripere, agere, spoliare, dispoliare, prædari, Depopulationem & vastationem tectis atque agris inferre, Facere populationes. Diripere urbes, vastitatem efficere, reddere, inferre. Rapinis exinanire, exhaurire provinciam, incursionem, irruptionem facere, inferre depopulationem, Infestum reddere locum excursionibus. Vastare locum excursionibus. Compilare, vexare provincias, diripere gentem, Vexare, divexare, exinanire, populari, depopulari, deprædari, vastare, urere agros, Pagos, ædificia incendere, inflammare. Nihil intactum relinquere, cui ferro & igni noceri potest, Colonos cum pecore & alia præda capere, abducere, Prædas agere ex provincia, inferre faces tectis, edere miras ruinas, delere cuncta cruore & flamã. Nihil prætermittere, quod hostis aut pati aut timere potest.

Die Feinde streiffen.

Decursionibus hostium regio illa infestatur, vastatur, loca diripiuntur, excurrunt hostes & loca pipiũt, prædas agunt, damnis incolas afficiunt, rapinis exhauriunt, vastant prorsus ac delent milites, grassantur vastationibus & ut quidq; obvium est, lacerant, mutilant, trucidant.

Der streiffende Rotte widerstehen.

Tueri fines ab excursionibus, vastitatem depellere, avertere populatores.

Das plündern verbieten.

Cohibere milites à populatione, à præda; Pacatum cum exercitu inire fines, Integros servare agros à populatione.

Brandschatzen.

Compellere colonos ad redimendam villarum deflagrationem, vastationem agrorum redimere pecuniâ.

Den Raub wieder nemen.

Prædâ exuere hostem, Prædam recipere, vindicem prædæ esse.

De Obsidione.

Belägerung/ Obsidio, obsessio, circumsessio, inclusio, obsidium.

Belägert / Obsessus, circumsessus, circumdatus, vehementissimè oppressus, circumvallatus, inclusus, interclusus planè captus & interclusus,

Der da belägert/ Obsessor, obsidens, nullius obsidionis expers.

Belägern.

Obsidere, circumsedere, invadere, cingere, premere urbem. Sepire castris oppidum, armis circũ sedere urbem, in obsidione aliquem habere, Vrbem sepire exercitu, obsidere copiis, obsidione premere, imminere urbis libertati castris circa collatis, castris positis ad urbem sedere, continuare obsidionem, Circumvallare, includere, intercludere hostẽ, Cingere urbem vallo, fossâ, aggere, tormentorum copiâ, apparatu maximo. Sepire castellis, fossâ & vallo septum tenere,

Belägert seyn.

Sustinere obsidionem, in obsidione esse, obsideri, clausum esse copiis hostium, tueri se mœnibus, oppido, Tenere se oppido.

Den Feind weg schlagen von der Belägerung/ die Statt salviren.

Vrbem obsidione, vel metu obsidionis liberare, obsidentes in fugam convertere, fugare, summovere, fundere, Obsidionem solvere, & obsidione solvere, ab obsidione vindicare, ex obsidione eripere, Obsessam urbem & copiis cinctam, in libertatem restituere, Servare, reddere incolumem, incolumitate donare, eximere aliquos obsidione & ex obsidione, Subvenire urbi; Conservare urbem; depellere pericula, eripere urbem exfaucibus alicujus, Liberare urbem periculo incendii.

Von der Belägerung ablassen.

Obsidionem relinquere, re infectâ discedere, obsidionem solvere, desistere ab obsidione, recedere ab urbe.

Schantzgräber/ Cuniculares, cunicularii.

Schantzen/ Cuniculos agere.

Mit Schantzen eröbern/ Cuniculis opprimere.

Schantz Körbe/ Crates terrâ oppletæ, gerræ.

Sturm/ Anlauff.

Oppugnatio, impugnatio.

Statt anlauffen.

Vrbem coronâ invadere, attentare urbem manu aliquâ militũ.

Statt stürmen.

Urbem oppugnare, impugnare, vehementissimè oppugnare, ne punctum temporis respirare obsidionem, tormentis verberare oppidum, sternere mœnia tormen-

mentis, omnibus simul machinis, omnibus operibus ad murũ admotis tentare irruptionem, succedere portis testudine, murum subruere, vineas, pluteos, turres ad oppidum promovere, oppugnare impetu, aggeribus, vineis, turribus, agere vineas, ariete percellere muros.

De Expugnatione.

Eröberung der Stadt.

Expugnatio, Acerba, luctuosa, hostilis, nocturna expugnatio.

Eine Stadt eröbern / mit gewaltiger Hand einnemen.

Expugnare, capere, devincire, opprimere, occupare urbem, Nullis conditionib⁹ capere violentiæ impetu opprimere, Capere urbem obsidione, violentâ manu expugnare, primâ occupatione capere, Vi, oppugnando capere, improvisò, subitò capere, per vim capere. Potiri aliquâ urbe bello, depellere defensores vallo, munitionibus, murus nudatur defensoribus, miles intromissus est, urbs in potestatem hostium venit.

Stadt außhungern.

Fame civitatem frangere, fame urbem suffocare.

Ergebung/Deditio.

Der sich ergeben hat / Dedititius.

Vermahnung daß man sich ergeben sol.

Ad deditionem invitare, impellere, autorem esse deditionis.

Sich ergeben.

In dedtionem venire, concedere, deditionem facere, subire, Dedere se alicui, sua omnia, Dedere se missis legatis, Promittere se imperata facturum. Credere se victori, mittere ad aliquem de deditione, permittere se suaquè omnia potestati alicujus, committere se victori, civitas se dedidit.

Sich nicht ergeben wollen.

Nullam dare significationem deditionis, Spem adimere deditionis, nullum locum facere ad deditionem, Deditionem omittere, deserere.

Zwingen zum ergeben.

Redigere aliquos in deditionem, subigere ad deditionem, vel sub deditionem redigere, Deditione capere, in deditionem accipere, recipere.

Eine Stadt verheeren / schleiffen.

Diruere, disturbare, inflammare, evertere, excindere, excidere, delere, extinguere urbem. Funditus urbem tollere, Inferre urbi perniciem, pestem, excidium, ruinam, interitum. Urbem solo æquare, inferre eversionem tectis, efficere vastitatem, eversionem moliri, funditus evertere. Proruere, pervertere tecta, Incendere, cremare urbem,

Schleiffung/Verheerung.

Excidium, exitium, excisio, interitus, vastitas, naufragiũ, dispérditio, occasus, oppressio ur-

urbis, tetra & deteſtabilis oppreſſio,

Die Stadt iſt geſchleifft.

Urbs illa periit,interiit,corruit, proſtrata eſt, cõcidit.Urbs labefactata, conculcata,nudata, exhauſta,exinanita, lacerata,direpta,exciſa,exuſta,in perpetuum everſa, planè indigniſſimè oppreſſa jacet, Urbs illa penè dimota & convulſa ſedib⁹ ſuis eſt.

De Victoria.

Sieg/Victoria.

Siegs Brieffe.

Literæ laureatæ,victrices.

Siegszeichen.

Palma,laurea,inſignis laurea.

Siegsfürſt/Uberwinder.

Victor,ſuperior,domitor,victor omnium gentium,laureatus.

EPITH. Victor temperatior, lætus,armatus,iratus, acerbior, lenior, ſæpe victor, Virtus, clementia,ſapientia,æquitas,miſericordia victoris.

Fürnemer Sieg.

Inſignis,præſtans,præſtabilis, incredibilis,glorioſa,cum laude conjuncta,preclara,inſolita,clariſſima victoria,inſignis laurea.

Ein blutiger Sieg/Difficilima, cruenta,haud incruenta,luctuoſa,Cadmæa ferè victoria,ſanguinolenta palma.

EPITH.ALIA.Victoria bellica, honeſta, præclara, gratiſſima, dulcis, juſta, peropportuna, incerta,inclinata, gravis,graviſſima,turbulenta,moleſta, nocentiſſima,periculoſa,Iracũda, crudelis,crudeliſſima, acerbiſſima, horribilis,inſolens,ſuperba,nocentiſſima,fœda,nefaria,miſera, funeſta,Jucũditas,lætitia, inſolentia, ferocitas,ira, crudelitas victoriæ.

Gute Hoffnung zum Siege haben.

Studio vincendi teneri, ſpem habere vincendi,vincendi cupiditate inflammatum eſſe, avidum, ſtudioſum eſſe victoriæ, ſperare, petere victoriam, vota facere victoriæ,duci præmiis victoriæ, In veſtra concordia ſpẽ pono victoriæ, ex veſtra concordia victoriam ſpero, mihi ſpem victoriæ affert veſtra concordia.Victoriam deſperavi.

Dieſes dienet/hilfft zum Siege.

Veſtra concordia pariet, afferet victoriam, erit adjumento victoriæ, Victoriæ initium inde orietur, naſcetur. Illud non videtur morari victoriam.Conſulere,adjutorem eſſe victoriæ.

Glücklich ſtreiten.

Feliciter, proſperè, ſecundâ fortunâ, proſpero eventu pugnare,acie confligere, congredi prælio,decertare,degladiari,manus cõferere, uti ſecũdo prælio.

Uberwinden / den Sieg erhalten.

Vincere,devincere, pervincere,ſuperare,exſuperare, Conſequi,adipiſci, reportare victoriam de aliqua gente, accipere, ferre,referre palmam, Parare victoriam,lauream, Potiri palmâ victoriâ, Redire, reverti victorem

rem, mirificè, magno prælio, viribus, præclarè, pulcherrimè, facilè, facilimè vincere, sine prælio vincere, Superiorem discedere, palmarum plurimarum esse, devincere bello.

Ein Kriegsheer schlagen/überwinden.

Vincere, superare exercitum, Reprimere, arcere, avertere, fugare copias, fundere, profligare, disjicere copias, capere exercitum, perdere cohortes, occidere interficere exercitum, domare manum, pellere, expellere exercitum, depellere, dispellere copias; Rejicere, debilitare, cõprimere, returdere ferum alicujus.

Den Feind in die eusserste Gefahr bringen.

Exercitum in summas angustias compellere, in maximas omnium rerum difficultates conjicere. Hostem eò redigere, ut omnium rerum penuriâ laboret, inopiâ prematur, conficiatur, pessimè accipiatur, in maximis angustiis versetur, plurimis incommodis afficiatur, plurima sustineat incommoda.

Die Feinde vberwinden.

Prælio hostes fundrre, copiam hostium fundere, hostem prosternere, magnum hostium numerum cędere, Hostem fundere, profligare, armis pellere, sternere, reprimere, opprimere, debellare. In hostium capita convertere, quod in alios moliebantur. Pugnâ hostem frangere, prælio superare, acie vincere, copias hostium profligare, in fugã conjicere, convertere, exugere hostem armis, contundere bello & virtute, ulcisci hostem armis, Perterrefacere, fugare, pellere, depellere, compellere, vincere, superare, cogere, urgere, conficere, opprimere, frangere, debilitare, concidere, trucidare, delere hostes armis, ferro, manu, Hostem triumphare, de hoste triumphare, triumphum deportare de hoste.

Mit Gewalt jhm vnterwerffen/ vnterthänig machen.

Subigere, domare, frangere, debilitare aliquos, subjicere sibi aliquos, subjungere sub jugum suum, sub imperium aut potestatem, Conficere atque armis opprimere aliquos, imponere omnibus gentibus jugum, Pedibus suis subjicere.

Durch einen Sieg etwas erlangen.

Recuperare, adipisci, parare aliquid victoriâ vel per victoriam, armis, Restituere, tenere, possidere aliquid armis.

Er hat den Sieg in seinen Händen.

Habet victoriam in manibus. Habet palmam, victoriam, possidet palmam, victoriam, victor extitit, Victoria in manibus ejus est, victoria ad illum venit, Victoria stat, constat, consistit in hac parte.

Einem gewonnen geben.

Concedere victoriam, Fateri, confi-

confiteri ſe victum, palmam alicui deferre, dare, Tribuere alicui victoriam, dare manus, dare herbam, arenâ cedere.

Er meynet er habe gewonnen.

Nihil ſupereſſe putat, quàm ut Vaticani montis imago reddat Jopæan.

Den Sieg mit einem theilen/

Partiri, communicare cum aliquo victoriam, Socium aſſumere victoriæ, in ſocietatem admittere.

Hoffärtig werden des Siegs halben.

Efferre ſe victoriâ, inflammatum eſſe victoriâ, Non moderari vel temperare victoriam, Iracundiam exercere in victos,

Er bleibet SiegsFürſt/ oder Vberwinder.

Permanet in poſſeſſione victoriæ, tenet adhuc victoriam, utitur diuturnâ victoriâ.

Einen wiederumb vberwinden.

Victoriam alicui eripere, extorquere, interpellat hæc res victoriam.

Den Sieg wiederumb verlieren.

Perdere victoriam, excidit è manibus illi victoria.

Es hat keiner gewonnen.

Æquo marte, vel æquâ manu diſceſſerunt, Pari clade affecti ſunt, utraque pars ſibi victoriam aſſcripſit.

De Clade.

Ein Vberwundener.

Victus, devictus, ſuperatus, ſubjectus, domitus, edomitus, turpiſſimè, in perpetuum victus, fractus clade illâ.

Vnüberwindlich.

Invictus, inexpugnabilis, Plurimum valere armis, invictum eſſe armis.

Niederlage.

Clades, ſtrages, calamitas, interitus exercitûs, internecio exercitûs, acervi corporũ extructi,

Vnfall im Krieg/ Offenſio.

Epith. Clades magna, maxima, importuna, publica, Horribilis ſtrages.

Den Feind biß auffs Häupt ſchlagen.

Cladem alicui afferre, inferre, facere, reddere, Stragem facere, edere, dare, Inferre calamitatem, occidione occidere.

Dem Feinde die Wage nicht halten können/ eine Schlappe bekommen.

Pati, experiri adverſi aliquid, maculam ſuſcipere in bello, Siniſtro, adverſo, adverſante Marte pugnare, infeliciter pugnare, accidere adverſi aliquid, accipere calamitatem, cum periculo dimicare.

Der Sieg iſt vngewiß.

Caſus, fortuna, exitus, eventus belli incertus eſt & anceps, magna ſunt belli diſcrimina.

Vberwunden werden.

Vinci, ſuperari bello, ſubigi, domari, amittere exercitum, copias, cladem accipere, incidere in cladem, cedere, diſcedere victum,

ctum, concidere victum, summo cum exitio depugnare.

Das Kriegsvolck ist geschlagen.

Fusus, fugatus est exercitus, pedites concisi, equites dissipati, disjecti, Cæsus, concisus est exercitus, copiæ, cohortes, interiit, deletus est exercitus, extincta est illa manus.

In dieser Schlacht sind viel fürnemer Leute blieben.

In illa pugna, acie, prælio cõflictu multi insigni fortitudine præstantes obierunt, ceciderũt, mortem oppetierunt, occubuerunt, Periit, interiit, cecidit flos exercitûs, robur universum exercitûs, milites virtute præstantes, &c.

Die Reuterey ist auffs Haupt erlegt.

Omnes turmæ equitum occidione occisæ, cæsæ, concisæ, trucidatæ, obtruncatæ, profligatæ sunt.

In der Schlacht umbkom̃en.

In acie mortem occumbere, in prælio, pugna, conflictu obire, cadere, occumbere, mortem oppetere, perire.

Erleget/ Stratus. prostratus, profligatus, cæsus.

De Fuga.

Flucht.

Fuga, effugium, diffugium.

EPITH. Incerta, periculosa~, desperata, turpis, fœda. mœsta, miserima, turpis, turpissima, flagitiosa, calamitosa, miserabilis, nefaria, scelerata, gloriosa fuga.

Verjagt/ Fusus, fugatus.

Flüchtiger/ Fugax, fugitivus.

Fliehend/ Fugiens, aufugiens.

In die Flucht schlagen/ jagen.

Fugare, fundere, pellere, trudere hostem, Impellere, conjicere, avertere, dare, vertere hostes in fugam, Fugam facere hostium~. Armis hostes pellere, repellere~, fugare, avertere, rejicere, agere hostes præcipites, Perturbare~, propellere hostes, disjicere hostium phalangem, Hostes acriter, valde, vehementer pellere, præcipites deturbare, Pellere, dissipare, profligare, disjicere, fundere, fugare hostium copias.

Sich zur Flucht schicken.

Cogitare, spectare, quærere~, parare, ornare, adornare, moliri, arripere, meditari fugam, induere talaria, accingere se fugæ.

In der Schlacht zu rücke weichen.

Referre pedes in acie, cedere, gradum referre, Cedere, demigrare loco, pedem retrò ferre~, pelli hostium impetu.

Fliehen / Fersengeld geben / entlauffen.

Fugere, aufugere, diffugere, effugere, turpiter fugere. Capere, capessere, facere fugam Dare, penetrare, effundere, conferre, cõjicere se in fugam, Dare, mandare se fugæ, vitam præsidio fugæ defendere, ex prælio, de prælio fugere, eripere se à pugna, Dare se in pedes, conjicere se in pedes,

ab inermibus pedibus auxilium petere, Dare, vertere terga, fugâ salutem petere, fugâ sibi consulere, esse in fuga, ponere sibi præsidium in fuga, profligari, exercitus pulsus, fugatus.

In der Flucht zerstrewet werden.

Fugâ distrahi, dissipari, dispergi, disjici, Fuga eos distraxit, dissipavit, disjecit, Fugam petere in diversas partes.

An einen Ort fliehen.

Fugam aliquò intendere, fugâ aliquem locum petere, fugâ se in aliquem locum conferre, fugâ se aliquo abripere, fugâ aliquò evadere, effugere ad aliquem locum, conjecti in fugam petunt sylvas.

Mit der Flucht sich salviren/ entlauffen.

Effugere, evadere, elabi. Tutari, defendere se fugâ, effugere è, de, ex manibus, facile effugere, fugâ se abripere, fugâ evadere in aliquem locum, Elabi è, de manibus alicujus, effugere manus alicujus, effugere periculum, infortunium, Evadere ex fuga, elabi ex prælio, discedere vivum, eripere se aliqua vi, reperire pedibus perfugium.

Den Flüchtigen nachjagen.

Insequi fugientem, insequi, agitare, agere hostem fugientem, sequi cum copiis, sequi hostem fugientem, persequi hostes fugientes, consectari hostes, concidere multitudinem fugientium.

Mit fliehen.

Comitem sive socium se adjungere fugæ.

Auffhören zu fliehen.

Recipere se ex fuga, quiescere, conquiescere à fuga, fugam deserere.

Abhalten vom fliehen.

Reprimere, cohibere fugam, Revocare labantes & deficientes jam exercitus, à fuga revocare, reducere.

Hindern daß man nicht darvon kan.

Intercludere, impedire fugam.

Aufffangen in der Flucht.

Excipere aliquem, intercipere in fuga.

Ein Feldflüchtiger.

Transfuga, perfuga, desertor, levissimus transfuga.

Feldflüchtig werden.

Profugere, perfugere, transfugere ad hostes.

De Induciis.

Stillstand/ Anstand im Kriege.

Induciæ, feriæ bellicæ, Induciæ tot dierum, vel mensium, Induciarum merces.

Stillstand geben/ machen.

Facere, pacisci inducias, dare inducias/diem dicere induciis.

Es ist ein Stillstand gemacht.

Sunt induciæ, factæ sunt induciæ, induciæ initæ sunt, agitantur induciæ.

Der Stillstand ist noch nicht aus.

Induciæ nondum exierunt, tempus induciarũ nondũ præteriit.

De Præda.

Raub / Beute / Præda, spolia, Rapinæ, manubiæ, exuviæ.

EPITH. Maxima præda, cruenta spolia, pulcherrima, imperatoriæ manubiæ, Nauticæ exuviæ, hostium spolia.

Eine Statt preiß / frey geben zu plündern.

Vrbem diripiendam militibus dare, prædæ dare, urbs prædæ est militibus, relinquitur direptioni, **Rauben / Plündern.**

Prædari, agere prædam, spoliare, despoliare, apertissimè prædari, facere prædam, manubias, quæstum, parere prædam, populari noctu, prædam agitare, nil victis reliquum facere, Expilare socios, diripere provincias, spes prædæ, rapinarũ milites ducit, cogitãt tantũ rapinas.

Zur Beute bekommen / Raub bekommen.

Capere, accipere spolia, prædam, Redire cum præda, incedere onustum prædâ, referre domum spolia, habere prædam, ornari, augeri spoliis, trahere spolia, prædam dividere, spoliis aliorum suas opes augere.

Einem den Raub nehmen.

Nudare aliquem spoliis, detrahere, adimere alicui spolia.

Raub auffhängen zur Zierde.

Domũ ornare manubiis, spoliis, exuviis, Decorare, augere spoliis, consecrare manubias.

Räuber / Latro, spoliator, spolians, direptor, depopulator.

Beraubet.

Raptus, direptus, spoliatus, populatus.

De Pace.

Friede / Pax, otium, quies, tranquillitas, tranquilla pacataq; tempora.

Epith. Summa, explorata, tranquilla, utilis, tuta, pia diuturna, æterna pax, injusta pax, Ornamenta, dignitas pacis, Pulcherrimum, dulcissimum, salutare, dulce nomen pacis.

Summum ocium, dulce, salutare. **Friedshandlung.**

Pacificatio.

Vertrag / Compositio, reconciliatio.

Es ist Hoffnung zum Friede.

Spes est pacis, pacificationis, Hæc spem afferunt honestæ cõpositionis.

Vmb Friede bitten.

Pacem petere, orare, exposcere, pacem petere positis armis, missis legatis, passis manibus, flentem, petere, cupere pacem quâvis iniquâ conditione, deprecari bellum, De pace agere, pacem tentare, serventiùs agitur de pace, Mittere legatos de pace, vel pacis petendæ causâ.

Mittel fürschlagen.

Conditiones proponere, ferre, offerre, dicere, dare, statuere, instituere. Pacis leges dicere, in conditionibus aliquid ponere.

Zum Friede vermahnen.

Hortari ad pacem, ad concordiam, ad conditionem pacis, adduce-

ducere, perducere, Ad pacem animum alicujus vertere.

Friede machen.

Conciliare, afferre, facere, conficere, constituere, parere, gignere, componere pacem, afferre tranquillitatem, interponere se in pacificationem, pacem componere his conditionibus, confirmare pacem, pacem pacisci, constituere concordiam, reddere ociosissimas gentes, consulene ocio aliquorum, consulere posteritatis ocio, delere non modo præsentia, sed & futura bella, reducere in concordiam, pacare, pacificari.

Frieden erlangen.

Pacem impetrare, redimere, reducere, Pacem convenire, evenire, jungere.

Frieden angehen/Mittel annemen.

Probare condiones pacis, accipere pacem quavis conditione, Ad conditiones pacis accedere, descendere; conditiones pacis capere, accipere, sequi, conditione uti, stare.

Friede nicht eingehen wollen.

Conditionem pacis recusare, repudiare, respuere, Pacem abnuere.

Gerne im Friede leben.

Cupidissimum, amantissimum esse ocii, sequi tranquillitatem vitæ, Delectari ocio, quærere pacem, Prospicere, consulere ocio pacis, Intentum esse ad pacem, tranquillitatem expetere, aucupari, Anteferre iniquissimam pacem justissimo bello, nihil malle, quàm pacem.

Frieden haben / im Friede leben.

Pace uti, in pace & ocio conquiescere, Esse in ocio, in pace, Pacem sequi, gerere, agitare, habere, Frui securitate, perfrui trãquillitate & ocio, degere in trãquillitate, tenere ocium, si homines colerent justitiam, nec tubæ nec litui audirentur.

Friedshandlung verhindern.

Pacificationem impedire, extinguere.

Frieden zerstören.

Ocium perturbare, Turbare, imminuere, eripere, mutare, excludere pacem, inimicum esse ocii, pacis, pacem irritam facere, perturbare, Violare, rumpere fœdus, &c.

Störenfried/ zanckſüchtig/ Autor, fax, tuba belli, turbarum, seditionis.

Geisel/ Obses, obses præcipuus.

Geisel begeren/ Obsides imperare, extorquere, auferre ab aliquo pignora pacis.

Geisel geben/ Obsides dare, mittere, in obsides dare.

Geisel annemen/ Obsides accipere, habere ab aliquo obsides.

De Fœdere.

Bündiß.

Fœdus, pactio, pactum, conventio.

Epith. Pium, justum, honestum,

ſtum,ſingulare,æquiſſimum,religioſum, ſanctiſſimum, ſacroſanctum,ratum.

Fœdus non ſatis firmum; dubitationem habens;incredibile, turpiſſimum,nefarium.

Bündnis machen.

Facere,icere,ferire,ſancire fœdus,jungere ſe alicui fœdere,Paciſci, fœdus. Dare inter ſe fidem & jusjurandum; Venire ad pactionem aliquam, Sanctio; pactio fœderis; Facere, conficere pactiones; Jungere ſe fœderi, emere precio jus fœderis; Devincire ſe fœdere cum aliquo,Confirmare ſocietatem fœdere, Jungere fœdus cum aliquo ; In fœdus tranſire; fœdus, agere cum aliquo, Pactionem conflare, pactione obſtringere, obligare, Conventionem facere, Pangere aliquid inter ſe conſpirationem facere,Adjungere ſibi aliquos fœdere, ſocium ſibi adjungere;adſciſcere,Adſciſcere aliquos ad fœdus, Fœdus alicui dare.

Im Bündniß ſeyn.

Conjungi,obſtrictum teneri, irretitum eſſe fœdere; agere fœdus cum aliquo.

Bündniß auff gewiſſe Articul auffrichten.

Cavetur hoc, vel cautum eſt fœdere, Excipitur hoc vel exceptum eſt in fœdere,Conditionibus certis aliquem aſtringere.

Bündniß / Verträge / feſt halten.

Conſervare religionem fœderum, ſtare fœdere, in pactione manere,Pactum ſervare, præſtare,Pacto,conventis,conditionibus ſtare, in cõditione manere.

Bündniß verwerffen.

Improbare, inficiari fœdus; reſilire à pacto.

Wider den Bund handeln / Bündniß brechen.

Contra fœdus facere,violare, negligere,rumpere,frangere fœdus,à pactione recedere,Pactionem,pacem perturbare,non ſtare conventis.

Bündniß endern.

Mutare pacta,reſcindere conventa,infirmare, confellere fœdus,irrita facere pacta.

Bündniß ernewern.

Renovare fœdus,venire ad renovandum fœdus.

Eydgenoß/Bundgenoß/Fœderatus, confœderatus, fœdere junctus.

Friedbrüchig/Bundbrüchig/Fœdifragus,violator fœderis.

De Triumpho.

Triumph.

Triumphus,ovatio.

Epith. Ampliſſimus, certiſſimus,verus, gratiſſimus, juſtiſſimus,magnus,juſtus triumphus.

Ihm gebüret billich zu triumphiren.

Meritò decernitur, defertur, datur illi triumphus.

Triumphiren.

Triumphare iterum,glorioſè, honeſtiſſimè, ampliſſimè triumphare.

phum, habere triumphum, in vehi curru in capitolium, Ducere aliquos per triumphum, in triumpho, Triumphare aliquem, vel de aliquo, deportare de aliquo triumphum.

Siegszeichen, Trophæum, Multa trophæa, Clarum, exornatum, æneum trophæum.

Siegszeichen auffrichten

Ponere, statuere, constituere trophæa, ornare aliquem locum trophæis.

De Vita.

Das Leben.

Vita, anima, spiritus, vitæ cursus, curriculum vitæ, ratio, institutio vitæ, conditio vitæ optima.

Langes Leben.

Vita longa, longior, diuturna, continua, Diuturna lucis usura, Temporis nobis à natura præscripti non est ea longitudo.

Lange leben.

Diu, satis diu, diu multumq;, quam diutissimè, satis superq;, longiùs vivere, diutissimè, saluberrimè vivere, Dignus longâ, longissimâ vitâ, ut quàm diutissimè agat in terris, ut nunquam consenescat.

Ich weis nicht ob ich so lang leben werde.

Nescio an in id tempus ducere spiritum possim, incerta ad id tempus mihi vita est, Vereor ne tam diu vivam, ne usq; eò vitam producam, Vitam quis mihi præstabit usq; ad illud tempus? Explorata mihi vita non est, usque ad id tempus.

Ich hab lang gnug gelebet.

Satis diu vixi, ætatis satis vixi, vitę satis feci ætate, satis longè vitam produxi, satis longum vitæ spacium peregi, explevi naturam satietate vivendi, cursum vitæ minimè brevem peregi, vixi vitã satis diuturnam, non moriar immaturus, non avellar immaturus è vita.

Ich bin des Lebens satt/überdrüssig.

Vitæ me tædet, vitam fastidio, diutius in vita esse non lubet, vitam amplius colere non lubet, Vitam mihi acerbam puto, In vita diutius esse non possum, defungi cupio, Cur maneo, remaneo, cunctor, commoror in vita?

So lang ich lebe.

Dum vivam, quo ad vivam, quatenus vitam producam, donec vivere licebit, per totam vitam, donec moriar, dum usura lucis dabitur, donec è vivorum contubernio emigravero, Recordatio meritorum tuorum erit vitæ meæ par, Dies, qui mihi vitam, ille ipse etiam tuorum officiorum memoriã terminabit. Finis mihi ac terminus & vitæ & memoriæ beneficiorum tuorũ erit.

Ich hab so lange gelebet.

Vitam produxi, ætate profectus sum usq; ad annum centesimum, absque morbo ad extremam senectam perveni, vitam propagavi usq; ad sexagesimum annum, ætate processi, accessit mihi tantum ætatis ut explevérim annos centum.

Er lebet lange / er lebet mit der wilden Ganß in die wette.

Cornicibus est vivacior, Sibilla

eſt vivacior, longævus eſt, vivit Neſtoris annos.

Er lebet noch.

Eſt adhuc in vivis, adhuc ſupereſt, nondum extremum clauſit diem.

Jederman wündſchet lange zu leben.

Ecquis eſt, qui diuturnam vitam non amet, non cupiat, exoptet, expetat? Cui diuturna vita non placeat? Quis diu vivere nō cupit? quis non exoptat diu vitā agere, vitam diuturnam ducere, traducere, agere, trāſigere, vivere? Diuturnâ lucis uſurâ frui, diu inter homines agere, cum hominib⁹ verſari, in terris morari.

Meine Zeit iſt nun dahin.

Ætas mihi fermè acta eſt, mea ætas jam propè acta eſt & decurſa.

Das gantze Leben.

Tota, omnis, univerſa vita, totius vitæ curſus.

Das kurtze Leben.

Brevis, brevior vita, brevitas vitæ, exiguum vitæ curriculum, ſpacium, Exigua vitæ brevitas, Exiguum nobis vitæ curriculum natura præſcripſit.

Unbeſtändiges Leben.

Varia, cōmutabilis, caduca vitæ ratio, Præceps, lubrica vitæ via.

Ein ehrliches / auffrichtiges Leben.

Vita honeſta, honeſtè acta, cōſtans, naturæ congruens, integra, disjuncta à cupiditatibus, conjuncta cum virtute, integerrima, humanitate perpolita, puriſſima, caſtiſſima, innocentiſſimè, ſanctiſſimè, honeſtiſſimè acta, probata, frugi.

Ehrlich/ untadelhafftig leben.

Degere vitam cum virtute, traducere vitam egregiis factis, Vivere convenienter, congruenter naturæ, Honeſtè, rectè, juſtè, laudabiliter, ſapienter, conſtanter, continenter, ſobriè, caſtè, ſanctiſſimè, comiter, liberaliter, humaniter, familiariter, Benè beateq; vivere, colere vitam cum virtute, caſtam agere vitam, vivere piè, chriſtianè.

Ein herrlich prächtig Leben.

Vita plena gravitatis, glorioſa, ſevera, elegans, elegantiſſima, illuſtris, optabilior, Gravitas, ſplendor, ſpecies, dignitas, cultus, ornamenta, commoda vitæ.

Köſtlich / herrlich / prächtig Leben.

Vivere magnificè, ſplendidè, liberaliter, lautè, delicatè, præclarè.

Ein ruhliches ſtilles Leben.

Vita quieta, ocioſa, tranquilla, beata, perfecta, Vitæ tranquillitas, proſperitas.

Ein geruhlich Leben führen.

Vivere privatum, beatiſſimū, benè, beatq;, laxiùs, ſolutiùs, Ocioſam ætatem & quietam ſine ullo labore traducere, vivere ſic, ut velis arbitratu ſuo, ad arbitrium ſuum victitare, benè agere vitā in ocio, tenere eum vitę curſum, ut vel in negocio ſine periculo, vel in ocio cum dignitate

eſſe

esse possis, Sequi ocium, tranquillitatem, Vivere quietè, liberè, liberrimè, jucundissimè, securè.

Einem ein gerüglich Leben/gute Tage verschaffen.

Præstabo tibi ocium, vitã quietam, tranquillam; facilem alienã ab omni cura, vacuam omni curâ, omnium expertem perturbationum, ab omni molestiâ remotam, sejunctam, separatam; segregatam, disjunctam; nullis rerum humanarum fluctibus jactatam; Efficiam ut quietè vivas, ut quietam vitam ducas, Facilem ut habeas & expeditum vitæ cursum, tranquillè prorsus ut agas, ut omni molestiâ vaces, ut ociò fruaris jucundissimo; commodissimo, uberrimo, ut ociosè vivas.

Ein lustiges gutes Leben.

Vita jucunda, jucundior; jucundissima, suavissima, Iucunditas, suavitas vitæ.

Ein lustig/frölich gut Leben führen.

Vivere bene, beatè, beatissimè, fortunatè, jucundè, jucundissimè, hilarè cum lætitia, cum voluptate, delicatè, molliter, tutò, sine metu, quietè, liberè in tranquillitate, de die in diem, sine ægritudine, Vivere ad arbitratum suum, arbitratu suo, Facultatem, potestatem, licentiam, libertatem vivendi habere, Suavissimè vivimus venatu, aucupio, piscatu, & quod caput est bonis sermonibus.

Ein Leben zu aller Wollust.

Vita voluptaria, voluptatum varietate plena & referta vita.

In Wollüsten Leben.

Vivere delicatè, molliter, in deliciis, agere vitam delicatam, preciosam, Vivere luxuriose, prodigè, turpiter, per dedecus & ignaviam, Voluptatibus deditum esse; indulgere voluptatibus, &c. Turpiter & effœminatè vivere, vivere dissolutiùs, vivere luxuriosam, Epicuream, turpem vitam.

Ein müheſam Leben.

Vita laboriosa, occupata, Labores, dimicationes, molestiæ hujus vitæ.

Er muß leben wie ein ander wil.

Vivit ex more alterius, ad præscriptum alterius, ad aliorum non suum arbitrium, arbitratu aliorum.

Spärlich leben.

Vivere parcè, frugaliter, tenaciter, sobriè, horridè, incultè.

Ein sparsam Leben.

Vita attenta, rusticana, rustica, agrestis, horrida, inculta, arida, deserta ab amicis, immanis fera.

Ein rohe gottloß Leben.

Vita vitiosa, flagitiosa, vituperanda, inquinata, facinorosa, injuriosa, perditissima, tumultuosa;

Ein gottloß Leben führen.

Vivere vitam flagitiosam, vitiosam, in vita turpi commorari, vivere improbè, impurè, flagitiosè, secus quàm decet, immoderatè, intemperate.

Ein armselig Bettlers Leben.

Vita inhonorata, inglória, contemta, sordida, egens, inops, Sordes, egestas vitæ.

Ein armseliges Leben führen.

Colere vitam inopem, miserrimam, duram, amaram, acerbam,

Vivere durè ac parcè, miserè, miserias multas in vita sustinere.

Ein garstig schändlich Leben.

Vita infamis, turpis, turpissima, fœdissima, tetra, detestabilis, Turpitudo & dedecus vitæ tuæ. Vivere turpiter, per dedecus & ignaviam.

Ein elendes armseliges Leben.

Vita misera, miserrima, insuavis, doloribus referta, acerba, amarissima, tristior, plena lacrymarum & mœroris est usura lucis, Sordida hominum ac misera vita est.

Ein elendes armseliges Leben führen.

Vitam acerbam vivere, Acerbè vivere, vitam esse molestam, gravem, amaram, Vivere ægerrimè, molestissimè, prorsus miserè, vitã vivere infelicem.

Das gemeine Leben / Communis, vulgaris, quotidiana vita.

Zierlich Leben / Vita umbratilis, delicata, urbana.

Vergangenes Leben / Vita pristina, superior, acta vita, vita anteacta.

Künfftiges Leben / Vita consequens, reliqua vita.

Letzte Sterbstündlein.

Supremum, extremum vitę tempus, Extremus, supremus vitæ dies, spiritus, halitus.

Ewiges/unsterbliches Leben.

Vita perpetua, sempiterna, immortalis, cœlestis, perfecta, æterna, beata, Immortalitas.

Einem das Leben geben / oder das Leben etwan her haben.

Lucis usuram dare, impertire, Accipere à natura usuram lucis, Venire, ingredi, introire in vitã, Vitam dare, afferre, Vitam habere ab aliquo, In vitam edi, In hisce rebus vita continetur.

Leben/im Leben seyn.

Vivere, spirare, respirare, vigere, superesse, Esse in vita, ducere vitam vel spiritum, Traducere, vivere, agere, agitare, degere vitam, frui vitâ, spiritu communi, Tenere, sustentare; propagare vitam, frui, uti cœlo, Ducere aërem, animam de cœlo, haurire Spiritum, Aetatem degere, agere; exigere, numerari inter vivos, Vitam habere ævum agere, ævo frui, lucis usurâ frui, lucem aspicere, vitam transigere, exigere, vivere, suppetit, suppeditat ipsi vita, Inter vivos vitam agere, nisi hoc facerem, vitam mihi vitalem non esse putarem.

Ich habe Lust also zu leben.

Expeto, cupio, desidero hujusmodi vitam, delector hac vitâ, Delegi, selegi, sumsi, exquisivi, secutus sum hanc vitam, dedidi me huic vitæ, colere vitam rusticam.

Sein Leben also anstellen.

Constituere, instituere, instruere vitam, suscipere rationem vitæ, capessere aliquam vivendi rationem; fingere vitam ad certam normam, dirigere vitam, Invenire viam, rationem, artem vitæ, cursum aliquem vitæ tenere.

Sein Leben wol anstellen.

Sapienter vitam instruere, optimum vitæ cursum incipere, optimam partem eligere, exordium vitæ præclarum facere, Egregio vitam principio inire.

Eine Art recht zu leben.

Modus, ratio, via, conditio, institutum, ars recta, vel optima vivendi, Bene vivendi disciplina, Lex, doctrina, præcepta, consiliũ vivendi bene.

Einsam leben/er ist gern allein.

Gaudet vitâ umbratili, agit vitam in solitudine, Cochleæ vitam agit, contulit se de turba in ociũ, solitudinemq;, Sequitur ocium & tranquillitatem, removit se à negociis publicis.

Sein Leben zubringen.

Conterere vitam, ætatem, cursum vitæ in aliqua re conficere, consumere vitam, ætatem, Peragere, absumere, terere, degere, ducere ætatem in aliqua re.

Auff seinen Beutel zehren.

Vivere labore suo, ex suo labore, aut manuum opera, victitat succo suo.

Das Leben ist lieb.

Vita mihi curæ est, Chara, jucunda mihi est vita.

Das Leben vertheidigen / erhalten.

Præsidium comparare vitæ, Tueri, custodire vitam, defendere vitam, Necessitatibus vitæ servire, necessaria vitæ acquirere, succurrere, consulere vitæ, servare vitam.

Sein Leben für einen lassen.

Anteponere, præponere vitam alicujus suæ.

Das Leben loß kauffen.

Redimere vitam, pacisci pro vita.

Einen widerumb lebendig machen.

Revocare aliquem ad vitam, in vitam, reddere alicui vitam, Restituere alicui vitam.

De Salute.

Heyl/Wolfahrt.

Salus, incolumitas, conservatio.

EPITH. Communis, publica, privata, summa, improvisa, repentina, multa, plurima salus, Incolumitas æterna, precaria, Conservatio tuta & integra salutis, accurata conservatio & perpetua.

Man handelt von deiner Wolfahrt

Agitur salus tua, vel de salute tua.

Einem dienen vnd förderlich seyn zu seiner Wolfahrt / helffen vertheidigen.

Succurrere, subvenire, consulere, servire saluti, Auxilium, adjumentum, opem, præsidium, subsidium ferre saluti alicujus, Præstò esse saluti alicujus, Tueri, custodire, defendere, tegere salutem alicujus, Præstare aliquem salvum, spem salutis ostendere, offerre, polliceri, suscipere partes salutis, non denegare alicui salutem. Defensorem, Patronum, propugnatorem esse salutis, Laborare, laborem suscipere pro salute, alicujus, suscipere invidiam, inimicitias, pericula pro salute alicujus, Autorem, ducem, principem esse ad salutem vel salutis, Adjutorem esse incolumitatis, Afferre, conferre, offerre alicui salutem, restituere integrum, Servare conservare, reservare aliquẽ salvum, incolumem, sartum, tectum, Viam ostendere salutis, Dare, reddere, largiri, restituere, rece-

cere salutem, Porrigere ac tendere opem, lucem, Esse alicui saluti, Munire, servare, conservare alicui salutem.

Pugnare, certare, decertare, dimicare, contendere, confligere pro vel de alicujus salute.

Einem sein Heyl vnd Wolfahrt befehlen.

Committere, comendare, credere alicui salutem suam, fortunas suas, implorare auxilium, præsidium ad salutem, auxilium petere salutis, Petere, precari salutem ab aliquo.

Einem sein Heil vnd Wolfahrt von Hertzen gönnen.

Favere saluti alicujus, Propensum esse ad salutem alicujus, Charam, charissimam alicui esse salutem alicujus, Studiosum, amicum esse saluti vel salutis alicujus, Velle, malle aliquem salvum, sollicitum esse de salute alicujus, perturbari de salute alicujus, Curæ esse salutem alicujus, Salutem tuam antepono, præfero, antefero omnibus rebus, Gaudere, lætari salute alicujus, Nihil optatius aut antiquius est mihi tuâ salute.

Dieses dienet zu deiner Wolfahrt.

Valet, conducit hoc ad tuam salutem.

Seine Wolfahrt in acht haben.

Habere, ducere rationem salutis suæ, respicere salutem suam & suorum, Providere saluti & fortunis. Prospicere sibi & saluti suæ.

Comparare, constituere, parere sibi salutem, fundamenta jacere salutis, Ex hac re orietur mihi salus.

Heyl vnd Wolfahrt von einem erlangen.

Adipisci, accipere, consequi, recuperare salutem ab aliquo, Habere incolumitatem ab aliquo, Acceptam tibi refero salutem, redimere salutem.

Frisch vnd in guter Wolfahrt seyn.

Esse incolumem, integrum, salvum, inviolatum, intactum, superstitem, excitatum, florentem, felicem, maximè salvum, planè integrum.

Tenere, retinere, obtinere salutem, incolumitatem, Valere, vigerere, florere, maximè virere, semper florere, vigere, incolumes habere fortunas, Fortunæ ejus sunt extra periculum.

Eines Wolfahrt nicht in acht nehmen.

Negligere, deserere salutem alicujus, oblivisci salutis alicujus, deesse saluti alicujus, avertere mentem à fortunis alicujus.

Eines Wolfart feind seyn.

Invidere, inimicum, infestum, hostem esse saluti alicujus.

Einem an seiner Wolfart schädlich seyn.

Vexare, oppugnare salutem alicujus, imminere saluti alicujus, Prodere, vendere salutem, In periculum, in discrimen vocare vel adducere salutem, In dubium revocare salutem.

Bekümmert seyn wegen seiner Wolfart.

Perturbari de salute, Extimescere,

ſcere, pertimeſcere deſalute, deſperare de ſalute.

Heil vnd Wolfarth verlieren.

Perdere, amittere ſalutem, affligitur ſalus mea, præciſa eſt mihi ſalus, extincta eſt mihi ſalus.

De Valetudine.

Geſundheit.

Valetudo, ſanitas, ſalus, incolumitas, bona habitudo corporis, bona corporis affectio, valetudinis bonitas, integritas, firmitas, Conſervatio hominis, Bona corporis conſtitutio, Bona, optima, integra, firma, opportuna, commoda valetudo, commodum valetudinis, incorrupta ſanitas,

Schwacher Natur.

Tenuis, tenuiſſima aut nulla potius valetudo, incerti eventus valetudinis.

Geſund/friſch.

Valens, validus, ſanus, firmus, vegetus, integer, ſalvus, benè valens, planè integer, ſatis firmo corpore, affectus bonâ valetudine, integrâ valetudine, incorruptâ ſanitate, ſoſpes, ſatis firmus, bene firmus, planè confirmatus.

Geſund vnd friſch ſeyn.

Valetudine bonâ eſſe, carere morbis, commodâ uti valetudine, Benè ſe habere, ſatis commodè, ſatis bellè habere, commodè valere, viribus uti firmis, ſatis roboris, ſatis virium, valetudinis habere, eſſe robuſtâ valetudine, corpore bene conſtituto; Valentiſſimo corpore, Eſſe ſanitatem in corpore, Eſſe valetudine integrâ, Eſſe ſanitate incorruptâ, Pugilicè, athleticè, Pancratice valere, Sanitas mihi remanet, Mihi ſatis belle eſt, mihi rectè bene eſt, Commodè, bene, valeo.

Schwacher Natur ſeyn / nicht wol auff.

Imbecilliore uti valetudine, tenui eſſe valetudine, variè valere, (*hoc eſt, interdum benè, interdum malè*) Valetudine uti infirmâ, parùm firmâ, minimè firmâ, haud ſatis firmâ, paulò infirmiore, imbecillâ, non optimâ, non robuſtâ, ſatis affectâ, ſatis ad morbos propensâ, non omnino valere, minùs bellè ſe habere, valetudine eſſe infirmiore, viribus parùm firmis, corpore non ſatis firmo uti, Incommodâ, vitioſâ valetudine eſſe, valetudinis vitio laborare, Mihi minus eſt valetudinis, firmitudinis, firmitatis, Eſſe molicula habitudine.

Wegen ſeiner Geſundheit kan er nicht ſtudieren.

Infirmior, imbecillior eſt: Infirmiore, imbecilliore, tenuiore valetudine eſt; Infirmioris, imbecillioris, tenuioris valetudinis eſt: Corpore eſt infirmiore, imbecilliore, tenuiore: Viribus eſt infirmioribus, imbecillioribus, tenuioribus quàm ut ſtudiorum laborem perferre poſſit, Minus habet virium, roboris, quàm ut ſtudiorum labori par eſſe poſſit, Valetudine utitur, infirma, imbecillâ ſic, ut ſtudiorum labore opprimatur, Eam illi valetudinem, eas valetudinis vires negavit, quas laborioſa ſtudiorum tractatio requirit, Imbecillitas corporis, virium, valetudinis, facit ut incumbere ſtudiis, quantum res poſcit, non poſſit.

Man ſol alſo ſtudieren / daß man auch geſund darbey ſey.

Ita ſtudiis incumbamus, ut valetudinem non in poſtremis ponamus, ne valetudo negligatur, deſpiciatur, ne indormiamus valetudini, ut corpori etiam nõ nihil ſerviatur, ut aliquid etiam valetudini tribuatur.

Dieſes dienet zur Geſundheit.

Conducit hoc valetudini, refertur ad valetudinem, valetudo hoc modo ſuſtẽtatur, hoc modo valetudini rectè conſulitur, accommodatum hoc eſt valetudini.

Es iſt der Geſundheit ſchädlich.

Sine valetudinis damno hoc mihi uti non licet, Obeſt valetudini, fit cum valetudinis detrimento, læditur hoc modo valetudo, valetudo damnum facit, infirmatur, incommodo afficitur, Salutem affligit hæc res.

Seine Geſundheit in acht haben / ſeiner Geſundheit ſchonen.

Tribuere aliquid valetudini, Curare valetudinem, conſulere valetudini, rationem habere valetudinis, Operam dare, ſervire, inſervire, indulgere, conſulere, obſequi valetudini, Suſtentare, tueri valetudinis imbecillitatem, Parcere valetudini, ſalutis rationem habere, ſuſtentare valetudinem, diligenter curare ſe & confirmare, curare nihil niſi ut valeas, conferre diligentiam in valetudinem, Adhibere omnem diligentiam ad convaleſcendum, adhibere aliquid diligentiæ in ſe, ſubvenire corpori, ſubvenire gravedini, Commorari alicubi convaleſcendi gratiâ, omne ſtudium conferre ad valetudinem vel conſervandam vel confirmandam, Vix ei temporis ſupereſt ad curandum corpus, corpori tempus dare, corpori ſervire, Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, Imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta & tuere, Si te incolumem nobis præſtiteris, omnia à te habebo.

Seine Geſundheit nicht in acht nehmen.

Nullam valetudinis ſuæ rationem ducere, habere, valetudinẽ negligere, deſpicere, Nihil tribuere valetudini, indormire valetudini, in poſtremis ponere valetudinem, Contemnere valetudinem, Parùm parcere valetudini, contra valetudinem facere, incommodo valetudinis aliquid facere, contra commodum valetudinis facere, Vexare, impedire, perturbare valetudinem.

Umb ſeine Geſundheit kommen.

Amittere, perdere ſanitatem, valetudinem.

Er kan nicht wegen ſeiner Geſundheit.

Impeditur valetudine, tenet illum valetudo, non poteſt per valetudinem, excuſationem habet valetudinis, cauſam valetudinis habet, prætendit.

Ich bin bekümmert wegen deiner Gesundheit.

Valetudo tua me sollicitat, sollicitum reddit, conturbat, doloribus excruciat, Exanimor perturbatione valetudinis tuæ, Sũmus amor erga te meus cogit me interdum vereri de firmitate valetudinis tuæ, extimesco incertos eventus valetudinis.

Frischer gesunder Leib.

Corpus integrum, sanum, salubre, bene constitutum, firma corporis constitutio.

Vngesunder Leib.

Corpus malo habitu, corpus affectum, morbosum, morbidũ.

De Morbis.

Kranckheit/Seuche/Schwachheit.

Morbus, ægrotatio, invaletudo, insanitas, imbecillitas, debilitas, valetudo incommoda, vis morbi, corporis gravitas, dolor corporis, mala valetudo, vitium, incommodum, infirmitas, imbecillitas, gravitas, perturbatio valetudinis, valetudo infirma, infirmissima, ægra, gravis, perdita, imbecillis, Gravitas, vis, dolor morbi.

Tödtliche Kranckheit/ Morbus lethalis, mortifer, desperatus.

Heilbare Kranckheit/ Morbus curabilis.

Vnheilbare Kranckheit/ Morbus incurabilis, insanabilis.

Gefährliche Kranckheit/ Morbus anceps, periculosus.

Grosse Kranckheit/ Morbus gravis, gravior, gravissimus, difficilimus.

Verdrießliche Kranckheit/ Morbus odiosus, molestus.

Schädliche Kranckheit/ Morbus sonticus, perniciosus.

Gemeine Kranckheit/ Morbus universalis, Epidemius.

Kranckheit die hin vnd wieder wandert/ Morbus palabundus, passim fluens, grassans.

Einheimische Kranckheit/ Morbus patrius, vernaculus.

Vnbekandte Kranckheit/ Morbus cœcus,

Geschwinde Kranckheit/ Morbus acutus, præceps.

Langwirige Kranckheit/ Morbus longus, chronicus, diuturnus, Longinquitas gravissimi morbi.

Alte Kranckheit/ Morbus vetus.

Faule Kranckheit/ Morbus simulatus.

Kranckheit die einẽ wieder ankomt/ Novæ tentationes morbi.

Erbseuche/ Morbus hereditarius.

Landseuche/ Lues, impura lues.

Gifftige Kranckheit/ Morbus pestilens.

Die Pestilentz/ Pestis, pestilentia, lues exitialis.

Flechtende Seuche/ Contagio, contagium, Contagio infiniti intervalli, Morbus attactu serpens, morb⁹ contagiosus.

Mit der flechtenden Seuche angesteckt werden.

Contagione contaminari,

morbus ex contactu attractus, Contagio profecta á re aliqua.

Außweichen für der Kranckheit/ Fugere contagionem.

Die Seuche flicht sich fort/ Contagio serpit, latè patet, pervasit per totam oram morbus.

Kranck.

Æger, ægrotus, ægrotans, gravissimâ vi morbi defixus in lecto, graviter æger, graviter affectus, leviter ægrotans, mediocriter affectum corpus, impeditus, præpedit⁹ morbo, oppressus totius corporis doloribus, captus membris omnibus.

Ungesund/ bawfellig/ zur Kranckheit geneigt.

Valetudinarius, morbosus, proclivis, proclivior ad morbos.

Abgezehrt/abgemattet.

Affectus, confectus, confectus languore, morbo, corporis morbo, Confectus corpore, magnitudine morbi enervatus & obrutus, omnes corporis nervi adeò defecerunt, ut nec firmus sit status, aut incessus, Ossa & pellis totus est, Ex morbo vires & corpus amisit, morbo intabuit,

Sich für einer Kranckheit fürchten.

Metuere, extimescere, reformidare morbos.

Die Kranckheit kompt daher.

Natus, ortus est morbus inde, Morbus hic profectus à pusillis principiis, inde efficiuntur, conficiuntur, gignuntur morbi, Concussio in rheda imbecillam valetudinem facilè frangit.

In eine Kranckheit fallen / die Kranckheit ist mich ankommen.

Contrahere, conciliare sibi morbum, incurrere, cadere, incidere, conjici, delabi in morbũ, Amittere valetudinem, delabi in aliquod genus morbi, fieri debilem, morbum nancisci, morbo corripi, affici, morbus me invasit, oppressit, corripuit.

Kranck seyn/ zu Bette ligen.

Ægrotare, laborare morbo, Affici, tentari, affligi, opprimi, attingi, contingi, afflictari, jactari morbo, Esse in morbo, cubare in morbo, infirmum, ægrum esse ex morbo, tentari aliquo valetudinis genere, affectum esse gravi morbo, urgeri morbo, in lecto esse, habere se malè, teneri lecto, morbus illum agitat, macerat, opprimit, Morbo conflictari, ægro esse corpore, teneri morbo, Vexari aliquo dolore, morbo implicari, urgeri, miserrimâ & ęgrâ valetudine esse.

Gefährlich / tödtlich kranck seyn.

Ægrotare graviter, graviùs, gravissimè, vehementer, prorsus laborare, periculosè ægrotare, esse ægrum, graviter laborare de sua vita, vi morbi planè consumi, Laborare eo morbo, qui vitam in discrimen adducat, in quo de vita agitur, in quo vita venit in dubium, ægrotare ad medicorum desperationem.

Ein wenig kranck seyn.

Leviter ægrotare, minùs graviter laborare, tentari invaletudine, febriculâ.

Irre werden wegen der Kranckheit.

Delirare ex morbo, tam gravi cõflictatur morbo ut deliret.

Durch Kranckheit verhindert werden.

Impediri, præpediri, retardari morbo, Impediri valetudine oculorum, morbo implicatum teneri, Excusare se morbo, jurare morbum.

Deine Kranckheit gehet mir sehr zu Hertzen.

Perturbat animum, mentem meam morbus tuus, Moveri, conturbari in valetudine alicujus, Tua invaletudo me exanimat, invaletudo tua mihi summo dolori est.

Der Anfang der Kranckheit.

Insultus morbi, accessio, initium morbi.

Das zunemen der Kranckheit.

Incrementum, augmentum morbi.

Die Kranckheit nimpt zu.

Morbus invalescit, crescit, ingravescit, aggravescit, augetur, fit amplior, serpit per totum corpus.

Der Kranckheit stillstand vnd grösse/Morbi status, vigor.

Der Kranckheit abnemen/Morbi decrementum, remissio.

Die Kranckheit nimpt abe/Morbus remittit, vel remittit se.

In die vorige Kranckheit fallen.

In morbum incidere denuo, de integro in morbum incidere, recidere in morbum, morbus recrudescit.

De Morbis membrorum in genere.

Beinbruch/Fractura.

Zerstossung/Contusio.

Zittern der Glieder/Tremor, tremor intestinus, tremor oblatus.

Wenn die Glieder einschlaffen/erstarren/Torpor, stupor, rigor.

Krampff/Spasmus, convulsio nervorum distentio, contractio, convulsio, spasma.

Der Schlag/der Tropff.

Apoplexia, attonitus stupor, sideratio, resolutio totius corporis, ictus sanguinis.

Den der Schlag troffen hat/Apoplecticus.

Die Gicht/der halbe Schlag.

Paralysis, hemiplexia, deminuta apoplexia, paraplexia, sic paraplexia cruris, manûs, oculi, sic paralysis linguæ, manûs, &c.

Der schwere Gebrechen/fallende Sucht.

Morbus comitialis, caducus, Herculeus, sacer, Epilepsia.

Der Alp/Incubus, Ephialtes, suppressio nocturna.

Cutis vitia & ulcera.

Bleichheit/Pallor.

Bleich/Pallidus, decoloratus.

Bleich werden/sich entfärben/Pallere

Pallere, expallescere, exalbescere, tremere & exalbescere.

Böse Gestalt des Leibes / vbel Gestalt/Cachexia, cachecticus.

Geschwulst/Beule/Tumor, tuber, tuberculum, Repentinus, recens tumor.

Geschwulst ohne Schmertzen / Oedoma inflatio.

Geschwollen seyn.

Tumere, esse in tumore, præditum esse tumore, decoloratum esse tumore & livore.

Geschwellen / aufflauffen / Tumescere, turgere, turgescere.

Geschwulst vertreiben.

Mederi, remedium adhibere tumori, sanare tumorem, tumor residet.

Schwellen an Händen vnd Füssen/Callus, callum.

Die Hände werden hart/bekommen Schwelen.

Manus percallescunt, occalescunt, obdurescunt, percalluerunt, obduxerunt callum.

Wartze/Verruca, verrucula.

Voll Wartzen/Verrucosus.

Feigwartze/Ficus, marisca.

Hüneraug/ Clavus.

Hart auffgelauffen Haut / Scirrhus, scirrhoma.

Neidnagel / an den Nägeln der Finger/Reduvia, reduviæ.

Fleck/Macula, nævus.

Einem ein Fleck machen/Aspergere, inurere maculam.

Fleck außmachen / Eluere, delere maculam.

Fleck im Angesicht / Lentigo, lēticula, macula faciei subrussa.

Fleckicht/riesselicht/Lētiginosus.

Flechte / Zittermal / Impetigo, mentagra, lichen, depetigo.

Masern/Vari, varioli, cum febre nascentes.

Pocken/ Papulæ, exanthemata, ecthymata, Eruptiones pituitæ.

Die Rose / das heilig Fewr / Erysipelas, sacer ignis, gutta rosea, vel rosacea.

Finnen/Grandines.

Finnicht Schwein / Grandinosus sus.

Brandmal/Stigma.

Gezeichnet mit einem Brandmal/Stigmaticus.

Raude/Grind/Scabies.

Krätzig/Scabiosus, scabie totus scatet, infestat illum scabies.

Böse schupichte Raude / Psora, fera scabies.

Das Jücken/ Pruritus, titillatio prurigo, scalpurigo.

Sich kratzen/ Fricare, scabere, scalpere.

Reitlise / Cuniculus subcutaneus.

Aussatz/ Lepra, elephantiasis, Elephantia, vitiligo.

Aussätzig/ Leprosus.

Die Frantzosen/Morbus Gallicus, lues venerea, scabies Hispanica, siphylis

Der Krebs Cancer morbus, carcinoma.

Der Wolff / Herpes exedens, ulcus serpens, depascens.

Faul Fleisch / Gangræna, caro mortua.
Der Wurm/Phagedæna.
Erbgrind/Porrigo.
Entzündung / Inflammatio, flegmone.
Geschwür/Ulcus.
Die Fistel/Fistula.
Böse Geschwür/Ulcus malignū, tetrum, chironium.
Ein kleines Geschwür / Ulcusculum.
Voller Schweren/ Ulcerosus, ulceratus, exulceratus.
Zeitig Geschwer / Apostema, abscessus.
Eyterstock/Vomica.
Eyter/Sanies, pus, tabum.
Eytericht/Purulentus.
Geschwär auffmachen / Aperire vomicam, sanare vomicam,
Das Geschwer gehet aus / Ulcus incipit suppurare, venit ad suppurationem, emittit pus.
Die Blůt am Geschwer/ Caput apostematis.
Die Hôle des Schwerens / Sinus ulceris.
Böse Blatter/Furunculus.
Blattern/Pustulæ.
Geschwer oder Beul oben an den Beinen/Bubo.
Aufgeriebene Haut/Exulceratio, intertrigo, attritus.
Schrunde an den Fersen / Pernio, Rhagadio, rhagades.
Lauß/Pediculus.
Lausig/Pediculosus.
Lausesucht / Phthiriasis, morbus Pedicularis.

Sich lausen / Venari pediculos, exercere venationem pediculorum.
Nitz/Lens.
Schieffern auffm Håupt / Furfures capitis.
Gelbe Sucht / Aurigo, morbus arquatus, regius, ictervs.
Der die Gelbesucht hat/Auriginosus, ictericus.

De Morbis articulorum.

Gelencke/Articulus.
Hufftwehe/Ischias, sciatica.
Zipperlein / Morbus articularis, arthritis, articulorum dolor.
Zipperlein an Füssen / Podagra, podagræ doloribus cruciari, ardere.
Zipperlein in Knien/ Gonagra.
Zipperlein an Hånden/Chiragra.
Gliedwasser/Humor serosus articulorum.

De Morbis capitis.

Hauptwehe/ Cephalalgia, dolor capitis.
Langwirige Hauptwehe/Cephalæa.
Hauptwehe an einer Seiten/Hemicrania.
Schwindel/Vertigo, Scotoma.
Der den Schwindel hat / Scotomaticus.
Hauptwehe von Trunckenheit/ Crapula.
Melancholey/ Schwarm/Delirium, deliratio, deliramentum, mentis alienatio, error.
Unsinnigkeit/ Phrenitis, phrenesis.

Toll/rasend/Furor,rabies,mania,vesania,insania.

Vnsinnig/Phreneticus,furens, furiosus.

Aberwitzig/Delirus,delirans,vecors,vesanus,desipiens,ceritus.

Wütend/Furor.

Epith.Summus,mirus,effrenatus,præceps, imflammatus,ignitus furor, impetus furoris, incredibilis deliratio, inusitata rabies.

Er ist wütend worden/ Invasit illum furor, incidit in furorem vel insaniam, insanit, desipit, delirat,acerrimè furit.

Er ist wütend/Inflammatus est furore,ardet furore, furit.

In toller Weise einen anfassen/ Invadere aliquem rabie, irruere in aliquem rabie,vel impetu furoris,gerere aliquid per furorẽ.

Monsüchtig/Lunaticus.

Wütig/ Rabidus, rabiosus, plane insanus.

Vnsinniger Weise / Furenter, furiosè,rabidè,rabiosè.

Ohnmacht/ Deliquium animi, exanimatio,defectio.

In Ohnmacht fallen/Deficere, exanimari, anim⁹ eum reliquit, destituit, defecit, deliquiũ animi passus est; intermortuus est, defecit, animo concidit, ita captus omni sensu est, ut è vita discessisse videatur.

Erstarrung / Stupor; emotio mentis repentino terrore.

Erstarren/Stupere,stupescere, obstupescere.

Schlaffsucht/Somnolentia.

Harte Schlaffsucht/ Veternus, lethargus, inexpugnabulis dormiendi necessitas.

Der stets schläfft/Veternosus.

Harter Schlaff/Carus.

De Morbis oculorum.

Trieffaugen/Lippitudo,Molesta,perodiosa, diuturna lippitudo.

Trieffaugen haben/Lippire.

Trieffaugen wieder bekommen/ Refricare lippitudinem.

Trieffaugen vertreiben/ Depellere lippitudinem.

Rother Fluß/Ophthalmia.

Fell im Auge / Pterygium, unguis oculorum.

Blaw Auge / Livor, sugillatio oculorum.

Augenfluß/ Delacrymatio, Pituitæ cursus,Epiphora.

Staar/Albugo.

Augenschwulst/Oculorum inflammatio.

Gerstenkorn / Phlyctænæ, crithe,es,Argema.

Blöd Gesicht / Caligo oculorum,caligo visûs,hebetudo,obscuritas.

Fliessende Löchlein an den Augẽ/ Fistula oculorum, Ægilops.

Grawe Fleck in den Augen/Glaucoma.

Keß in Augen/ Gramia, orum, pituita oculorum,lemæ.

Zugebackene Augen/ Graminosi oculi.

Morbi Aurium.

Taubsucht/Surditas.

Vbel hören/Gravitas, tarditas auditûs.

Sausen in den Ohren/ Tinnitus, Sibilus, strepitus, sonitus aurium.

Wurm in Ohren/Auris vermiculosa.

Morbi Narium.

Häuptfluß/Schnuppe/ Gravedo, defluxus ad nares, destillatio, Catarrhus, Pituita, molesta gravedo, gravedine tentari, laborare.

Schnuppe vertreiben/ Subvenire gravedini, Removere gravedinem.

Schnuppicht/Gravedinosus.

Bluten der Nasen/Profluvium narium, eruptio sanguinis è naribus.

Nasenwehe / Ozæna, ulcera narium.

Morbi colli.

Zäpffleins Fall / Inflammatio columellæ.

Geschwulst der Mandeln/ tonsillæ inflammatio circa fauces.

Halß Geschwer/Angina, inflammatio faucium.

Der den Halß nicht beugen kan/ Tetanus.

Krumbhalß/Tetanicus.

Kropff/ Struma, gulæ tumor, vel hernia.

Morbi Pectoris.

Husten/Tussis, tussedo.

Truckener Husten/Tussis sicca.

Schwere des Athems/Difficultas spirandi, angustiæ spiritûs.

Kurtzer Athem/Spiritus angustus.

Enge vmb die Brust/Astma, suspirium, anhelatio.

Das Blutspeyen / Sanguinis rejectio, ejectio, expuitio.

Hertzwehe / Cordolium, Cardialgia, inde Cardiacus.

Entzündung der Lungen / Lungensucht / Peripneumonia, Pulmonis inflamatio, exulceratio.

Schwindsucht / Tabes, Phthisis.

Verdorren / Schwindsucht haben/Tabescere, extabescere, corpus extabescit macie.

Seitenstechen/Pleuritis, laterū dolor, compunctio laterum.

Brustgeschwür / Empyema, suppuratio.

Das reuspern/Screatus.

De Morbis ventriculi.

Schmerbauch / Ventricosus, ventriosus, ventrosus.

Blödigkeit des Magens / Ventriculi imbecillitas.

Schwachen Magen haben.

Stomachus languet, infirmus est, malè se habet, stomachi virtus jacet, languet, debilitata est, infirma, imbecilla est, minus ad concoquendum apta, Languente stomacho esse, stomacho non utor optimo, stomach⁹ laborat.

Magen Geschwulst/ Ventriculi inflammatio.

Eckel für der Speise / Nausea, fastidium, eversio stomachi, fastidium in cibis.

Der Sodt / Flavæ bilis ebulitio, ardor stomachi.

Magenwehe / Rosio stomachi.

Das Schlucken / Singultus.

Schlucken / Singultire, singultare.

Vnersättiger Hunger / Appetitus caninus, bulimus.

Schwanger Weiber Lüst / Malacia, Prægnantium mollities, Pica, absurda in gravidis mulieribus appetentia.

Vndewligkeit des Magens / Cruditas ventriculi, apepsia, dispepsia.

Blehung des Magens / Flatus, inflatio ventriculi.

Bauchgrimmen / Cholera, felliflua passio.

De Morbis ventris.

Bauchgrimmen / Colicus dolor, colica passio, Iliaca passio.

Durchlauff / Profluvium alvi, diarrhœa, lienteria.

Durchlauff bekommen / Arripi diarrhœâ.

Der den Durchlauff hat / Lientericus, Foriolus, alvinus.

Die Rothe Ruhr / Dysenteria.

Der die Rothe Ruhr hat / Dysentericus.

Darmgicht / Ileus, volvulus, tormentum tenuioris intestini, Iliaca passio.

Die Gülden Ader / Hæmorrhoides.

Stuelsucht / Tenesmus, inanis egerendæ cupiditas.

Bauchwurm / Lumbrici, Ascarides.

Bauchwürme haben / Verminari, vermiculari, lumbricis infestari.

Lendenwehe / Lumbago.

Wenn der Afterdarm außgehet / Procidentia ani.

Schrunden im Afterdarm / Rimæ ani, rhagades.

Morbi interiorum viscerũ.

Das Hertz zittern / Palpitatio cordis.

Böse Leber / Imbecillitas epatis.

Verstopffung der Leber / Obstructio epatis.

Entzündung der Leber / Inflammatio epatis.

Wassersücht / Hydrops, intercus, aqua intercutanea.

Wenn sie hart ist wie eine Paucke / Tympanias, vel tympanites.

Gelbe Wassersucht / Ascitis, aquosus hydrops.

Weisse Wassersucht / Leucophlegmatica, Anasarca, Hyposarca, sarcites.

Kranckheit der Miltz / Lienis intemperies.

Geschwülst der Miltz / Inflammatio lienis.

Härtigkeit der Miltz / Lienis schirrus.

Verstopffung der Miltz / Obstructio lienis.

Geschwulst der Nieren / Inflammatio renum.

Nierenstein / Nephitis, calculus renum.

Geschwür der Nieren / Ulcera.

Morbi Vesicæ.

Blaſenſtein/ Calculus veſicæ.

Geſchwulſt der Blaſen/Inflammatio viſicæ.

Geſchwer der Blaſen / Ulcera veſicæ.

Harnwinde/ Stranguria, ſtillicidium urinæ, cui lotium ſubſtillum eſt.

Schwere des Harns / Dyſuria, difficultas urinæ.

Verſtopffung des Harns/Iſchuria, ſuppreſſio urinæ, lotii aſtrictio, retentio.

Wenn einer das Waſſer nicht halten kan/Diabetes, urinæ fluor, urinæ incontinentia.

Bruch der Gemechten/Ramex, Hernia.

Weiber Zeit/Menſtruum, menſtrua, menſis mulierum, curſus, fluor menſium, profluvium menſium.

Verſtopffung der Weiber Zeit/ Suppreſſio menſium.

Mohnkind/Mola.

Auffſteigung der Mutter/ Uteri ſtrangulatio, ſuffocatio.

De Peſte.

Peſt/Peſtilentz.

Peſtis, peſtilentia, peſtilitas.

Epith. Tetra, horribilis, pernitioſa infeſta, immanis, deteſtabilis, nefaria, capitalis, mala, funeſta, miſerrima peſtis.

Peſt an einen Ort bringen.

Importare, afferre peſtem.

Die Peſt iſt da/die Peſtilentz regieret da.

Peſtis pervaſit illam provinciam, urbs ea laborat peſte, Peſtis occupavit illam urbem, ingruit in eundem locum peſtis, Peſtis ibi graſſatur in homines, adeò ut Libitina vix ſufficiat, moratur diutius ibi peſtis. Eſt peſtis eo in loco, agri vaſti & deſerti ſunt propter peſtem.

Er ligt an der Peſt.

Iſte conflictatur gravi peſtilentiâ, invaſit illum peſtis, attigit illum peſtis.

An der Peſtilentz ſterben.

Interire peſte vel peſtilentiâ, decedere peſtilentiâ vel ex peſte, Peſte conſumi, ſuffocari.

Peſtilentz vertreiben.

Depellere, avertere, comprimere, reprimere, execare, extinguere peſtem.

Die Peſt höret auff.

Peſtilentia ſe remittit, vel remittitur peſtilentia, abit peſtis de illo loco.

Es fänget wieder an zu ſterben.

Peſtis recrudeſcit, recipit ſe.

De Febri.

Das Fieber/das Kalte.

Febris, febricula.

Epith. Febris aſſidua, moleſta, continuata, ardens, mitior, remiſſior, minùs periculoſa, mordax, humida, flatuoſa, periodica.

Fieber das nur einen Tag wehret/Febris diaria, Ephemera.

Täglich Fieber/ Febris amphimerina, quotidiana.

Dreytäglich Fieber / Febris tertiana, febris tertiana pura, exacta. Febris æmulans tertianæ ſpuriæ periodum.

Viertägliche Fieber / Febris quartana.

Es ist aus der Kranckheit ein Fieber worden.

Vis morbi conversa est in quartanam, Febris tertiana degeneravit in interpolatam putridã.

Eingewurtzelt Fieber / Febris hectica, marasmus, marcor.

Stetiges Fieber / Febris continua, continuata.

Hitzig Fieber / Febris ardens, flagrans, inflammata, acuta.

Der das Fieber hat / Febriculosus.

Wenn einen das Kalte ankompt / Invasio febrilis, paroxysmus, accessio, insultus morbi.

Der frörer / das schütteln / Querquerus, horror, rigor, algor febrilis.

Die Kälte haben / Quati querquero.

Die Hitze / Æstus, ardor febrilis.

Die Hitze haben / Jactari æstu, Febris ardorem immoto opertoque corpore transmittere, exantlare paroxysmum febrilem.

Freye Tage / wenn einer des Fiebers frey ist.

Induciæ febrilis invasionis, Reversio & motus febriũ constans.

Das Fieber bekommen oder haben.

Incidere in febrim, corripuit me febris, habere febrim, jactari, afflictari febri, febricitare, febri languere, tabescere, laborare, exuri ardoribus febrilibus, exhauriri sudoribus.

Das Fieber wird hefftiger.

Febris increscit, ingravescit, fit gravior, veterascit.

Das Fieber nimpt abe.

Levior aliquantò accedit febris, remittit febris.

Das Fieber vertreiben.

Excutere febrim, depellere ab aliquo febrim.

Das Fieber hat jhn verlassen.

Decessit, discessit ab eo febris, relevatus est febri, liberatus est quartanâ, & à quartana, à febre relinqui, carere febri.

De Curatione morbi.

Artzney / Cura / Recept / Medicin.

Medicina, medicamen, medicamentum, remedium.

Heilung / Medicatio, curatio, sanatio.

Ein gut Recept / Præclarum, salutare remedium, præclaræ medicationes, propria & certa, tempestiva sanatio.

Gefährliche Artzney / Periculosæ & ancipites curationes, violenta medicamina.

Langsame Cur / Tarda & imbecillior medicina.

Gut zu heilen / Sanabilis.

Vnheilbar / Immedicabilis, insanabilis, desperatus morbus.

Einen Artz bedürffen.

Egere medicinâ, desiderare, quærere, petere medicinã, quærere, requirere, cogere medicos.

Einen curiren / Recept schreiben.

Medicamenta præscribere, medica-

dicamentum alicui dare ad aquam intercutem, Adhibere medicinam deſperatis, Curationẽ adhibere morbis, admovere ad morbum curationem, Adhibere remedium morbis, curationem præſcribere valetudini, invenire ægroto remedium; medicinam apponere, afferre, præſcribere curationem valetudinis. Parare, comparare remedium, Promere medicamenta, Dare, afferre medicamentum, admovere medicinam, curationẽ, tentare omnem curationem, ſubvenire ægris.

Einen geſund machen mit der Artzney.

Sanare, ſanum facere aliquem, Depellere ab aliquo morbum, Levare vim morbi potione medicatâ; Levare aliquem morbo, Reducere ad ſalutem medicinâ; Adimere ægritudinem; levationem reperire; Dare alicui ſalutem, facere medicinam morbo, qualicunq; ratione aliquem ſanare, difficulter ægrotationes evelluntur.

Dieſes dienet für dieſe Kranckheit.

Huic morbo hoc comparatum eſt remedium; Hæc eſt propria & certa ſanatio, nulla medicina huic morbo reperitur, Medicamentum hoc ſanat haſce partes, Radix hæc poteſt aliquid ad morſum ſerpentis; Appoſitum hoc eſt ad ſanandum, aliquantum, facilè medetur morbo, celeriter & facilè hunc morbum ſanat.

Artzney brauchen.

Accipere, recipere curationem, uti medico, medicamento, remedio, curare medicaminibus, Petere medicinam à medico, Experiri artem medici in valetudine ſua, adhibere medicum, tradere ſe medico.

Jhm iſt durch Artzney geholffen worden.

Sanatus eſt medicinâ, ſanus factus eſt medicamentis, curatus eſt non medicamentis ſolum, ſed & miſſione ſanguinis, morbi difficulter evelluntur.

Lind Artzney.

Fomentum.

Linderung.

Mitigatio, delinitio, allevatio, allevamentum.

Hoffen der Linderung.

Sperare allevationem.

Linderung gebrauchen.

Leniri mitigationibus, mitigari fomentis.

Lindern/Fovere, lenire, delinire, mitigare, nonnihil levare, aliqua ex parte allevare.

Scharffe Artzney brauchen/Triſtius curari.

Geſund werden.

Sanari, levari morbo; levari gravitate valetudinis, liberari à quartana, fieri meliorem valetudine, evadere ex morbo, emergere ex incommoda valetudine, experri artem medici in valetudine ſua, convaleſcere ex morbo,

bo, valere meliùs, revocare vires & corpus, confirmari à morbo, recreari ex morbo.

Ich bin noch nicht recht gesund.

Nondum vires colligere potui, nondum ſatis firmo ſum corpore, nondum mihi priſtina reſtituta eſt valetudo; non ſum omnino à morbo confirmatus, non planè convalui, priſtinam valetudinem nondum ſatis mihi videor aſſecutus. Paulò adhuc deteriùs, aliquantò deteriùs, quàm ſolebam, valeo. Non ut ſolebam valeo, minùs bellè valeo. Nondum utor priſtinâ valetudine, priſtinas vires quadam parte deſidero.

Es wird beſſer mit jhm.

Meliùs fit ægroto; levatur jam gravitate valetudinis, morbus eſt ferè depulſus, emergit ex valetudinis incommodo, meliùs eſt ipſi factum, meliùs ipſi eſt, Spero ipſi eſſe ut volumus, corpus allevatur, levatur valetudine, Recreari incipit ex morbo; reficit ſe, convaleſcit, emergit valetudine, fit melior valetudine; evadit ex morbo, emergit ex incommoda valetudine, ſenſit vim medicinæ, morbus fit levior, æger convaluit, evaſit ex morbo.

Nachlaſſung der Kranckheit.

Remiſſio ſeneſcentis morbi.

Nach der Kranckheit ſich erholen.

Bonæ valetudinis, firmitatis, roboris quotidie plus aſſequi, ad perfectam valetudinem quotidiè magis magiſq; accedere, Denuo ſe confirmare, integritatem valetudinis firmitatemq; virium adipiſci. Valetudo jam confirmatur ex veteri morbo. Recreari ex longinquitate graviſſimi morbi, Revocare, confirmare corpus, valetudinem recuperare, valetudine meliorem fieri, convaleſcentem quotidiè magis firmiorem ac validiorem fieri; Valetudo confirmatur à morbo.

Nicht mehr kranck ſeyn.

Vacare, carere morbo.

De Morte.

Der Todt.

Mors, obitus, deceſſio, deceſſus, diſceſſus, exceſſus, exitus, lethũ, ſeparatio animi & corporis, mortis cum vita commutatio, ſupremus, extremus vitæ dies, interitus, rerum omnium extremum mors.

Natürlicher Todt.

Mors ſua, dies ſua, fatum, mors naturalis; mors fatalis, obitus mollis;

Vnnatürlicher Todt / Mors violenta.

Ehrlicher Todt / Mors honeſta, bona, optima, fortunata, præclara, beata, optabilis, clara, glorioſa, levior; pulcherrimũ genus mortis; juſta conditio mortis, exitus bonus, utilis obitus, honor, gloria, nobilitas mortis.

Der elende Mann iſt doch ehrlich geſtorben.

Vt miſerè vixit, ita periit honeſtè, miſerrimam vitam præclara mors terminavit, vitam infelicem egregio mortis genere concluſit, acerbitates vitæ multas una egregiæ mortis hora compenſavit, Præclaram mortem obiit, miſeriam in vita ſuſtinuit, decus in morte tulit, cum dignitate,

cum gloria, cum laude mori.

Ein ſchmählicher/ſchändlicher Todt.

Mors fœda, fœdiſſima, nefaria, perniciosa, mala, teterrima, turpis, turpiſſima, indigna, miſera, miſerabilis, terribilis, atrox, atrocior, acerbiſſima, acerba, crudeliſſima, crudelis, indigniſſima, graviſſimi, fatales exitus, moleſta deceſſio, ignominia mortis.

Eines elenden ſchmehlichen Todes ſterben.

Acerbè, indignè, miſerabiliter mori, perire, letho turpi perire. Turpiter, crudeliſſimè, miſerè, cum ſupplicio, cum ignominia, fœdè, cruciatu ſummo perire, amittere vitam per dedecus, ſummo cruciatu, ſupplicioque perire, acerbiſſimâ morte affici.

Vnzeitiger Todt.

Mors immatura, inopinata.

Eines vnzeitigen Todes ſterben.

Ante tempus mori, immaturâ morte rapi, maturiùs extingui, immaturâ morte obire, in prima ætatis flore extingui, accidit illi immatura mors, crapula immaturæ mortis cauſam affert, multos immaturâ morte afficit, conficit, perdit.

Schneller Todt.

Mors repentina, ſubita, ſubitanea, inopinata, inopina.

Eines ſchnellen Todes ſterben.

Repentè, repentinò, ſubitò, confeſtim interire, extingui, viribus integris inopinâ morte perculſus eſt, vis repentinæ mortis eum ſuſtulit.

Epith. Alia. Mors bellica, peregrina, neceſſaria, voluntaria, matura, tempeſtiva, opportuna.

Einer der da ſterben wil / der in letzten Zügen ligt.

Moriens, moribundus, animam jam efflaturus, morti proximus, ſenſus abſceſſerũt vicinitate mortis, animus mox liber & ſolutus futurus, agere animam, ad vitæ exitum vocari, in extremo ſpiritu animam agens, agere ultimos vitæ ſpiritus.

Es iſt keine Hoffnung da.

Planè deplorata eſt optimi principis ſalus, nulla amplius ſpes evadendi.

Dem Tode entlauffen.

Vitare, fugere, effugere mortẽ. Fuga, effugium mortis, vitare pericuum vitæ, eripere vitam è periculo.

Einen vom Tode erretten.

Vindicare aliquem ab interitu, ſubvenire perdito. Revocare, liberare, eripere, vindicare aliquem à morte, liberare ab interitu, depellere peſtem ab aliquo.

Lieber ſterben denn leben.

Anteponere, præferre mortem vitæ, antiquiorem habere mortẽ quàm vitam, Potiorem alicui eſſe mortem, ſatius, melius eſt mori, quàm ita vivere.

Den Todt nicht achten.

Contemnere, negligere mortẽ, Adventantem mortem deſpicatui habere, contemtio mortis.

Jhm ſelbſt den Todt wündſchen.

Optare, exoptare, appetere, expetere, concupiſcere mortem, cupiditas mortis.

Sich furchten für dem Tode.

Time-

Timere, pertimeſcere, metuere, formidare mortem, terreri, perterreri mortis metu, perhorreſcere exitum, ſollicitum eſſe, angi mortis appropinquatione.

Der Todt iſt allen Leuten nahe.

Mors omnibus eſt parata, obrepit, Mors inſequitur, conſequitur omnes, Mors propinqua eſt, advẽtat, appropinquat, inſtat, imminet, venit, impendet, adeſt omnibus, non longè abeſt à quovis, verſatur unicuique ante oculos.

Es müſſen alle Leute ſterben.

Mortem omnibus natura propoſuit, Mors omnibus eſt definita, omni ætati communis eſt, cõſtituta eſt à Deo omnibus, unuſquiſq; continet mortem in præcordiis, Omnibus impẽdet mors, omnia hac lege creata ſunt, ut morte deleantur, extinguantur, tollantur. Natura ipſa conficit, obitus communis caſus eſt, quem nec vitare quiſquam nec præſtare poteſt.

Dem Tode entgegen gehen.

Offerre, objicere ſe morti, vel ad mortem, ire, gradi, proficiſci ad mortem.

Sterben/mit Tode verbleichen.

Mori, mori morte, obire mortem, mortẽ defungi, exequi mortem, mortem cum vita cõmutare, è vita abire, animam amittere, è vita cedere, de vita decedere, diſcedere à vita, diem ſuum obire, è vita diſcedere, emigrare è vita, recedere à vita, migrare ex vita, excedere vitâ, excedere è vita, vitam ponere, Finem vitæ facere, efflare animam, edere animam, oppetere mortem, edere ſpiritum, expirare, obdormiſcere, ſomno conſopiri ſempiterno, naturæ ſatis facere, naturæ concedere, decedere, accidere aliquid alicui humanitùs, dignum moribus factisq; exitum vitæ invenire, reddere mortem naturæ debitam, occumbere morte, exhaurire poculum mortis, conficere diem extremũ morte, reddere, ſolvere vitam naturæ, Effundere, profundere ſanguinem vel vitam, Deſerere, relinquere vitam vel lucem, deſciſcere à vita, migrare, emigrare, demigrare de vel è vita, finem vitæ habere, concidere mortuum, disjungere ſe à corpore, evolare è corpore, ſũmum obire diem, obire diem ultimum, hujus vitæ uſuram amittere, finire vitam, vitâ defungi, vitæ extremum ſpiritũ edere, vitæ ſupremum diem agere, vitæ extremum diem morte conficere, vitam dimittere, ex hac vita ad Chriſtum commigrare, abire ad plures, abire ex humanis, extremum ſpiritum exhalare, migrare morte in alium locũ, mors illum oppreſſit, mors pervertit huic ſpem, jam factus eſt diſceſſus animi à corpore, obtigit illi mortis genus, quale optaverat, abire in communem locum, evolare è corporis vinculis.

Umbkommen/ Verderben.

Perire, interire morte vel letho. Deleri, extingui morte, amittere, perdere vitam, corpus interiit, extinctum eſt, tacitè, obſcurè perire, tranquillè extingui.

Woran/oder wie iſt er geſtorben,

Quale mortis genus fuit? morbo extinctus, oppressus est, vis morbi eum consumsit, mortuus est ex vulnere, Scalarum lapsu exanimatus est.

Für Hertzleid sterben/aus Bekümmerniß sterben.

Dolore tabescere, animi dolore contabescere, consumi, confici, interimi, perimi, extingui, exanimari, interire. Dolor ipsi finem vitæ fecit, eum interemit, perdidit.

Für das Vaterland sterben.

Mori pro patria & ei se totum dedere, & quasi consecrare, Devovere se Deo pro repub. Largiri sanguinem patriæ, mors naturæ debita pro patria redditur, mortem ob rempub. capere, Pro patria pugnans vitâ spoliatus est, Profūdere vitam pro patria, non dubitavit pro patria sua morte occumbere; emori pro patria, Reddere, donare, solvere vitam patriæ, adire discrimen vitæ reipub. causâ, anteponere vitæ libertatem patriæ, vitam posuit in cura & administratione reipub.

Jhm selbst den Todt anthun/ sich selbst vmbbringen.

Consciscere sibi mortem, necē admovere, inferre sibi manus, vim afferre vitæ, exhaurire sibi vitam manu, decedere de statione vitæ, finem vitæ sibi facere, suâ sponte mori vel extingui, vim afferre corpori, suâ sponte perire, per inediam discedere à vita, secludere vitam corpore, mortem cunctantem quidam, cupidè accersiverunt, Conari, interficere se suâ manu, interficere se desperatâ salute, occidere se; interfectus suapte manu, nō abstinere à se manus, incumbere gladio; mulctare se morte, privare seipsum vitâ, abjicere vitam; seipsum laqueo suffocare, voluntariâ morte vitam abrumpere, exhaurire sibi vitā manu.

Gerne sterben.

Mortem in beneficii parte numerare, in fortuna putare mortem, æquissimo animo mori, libenter oppetere mortem, feliciter mori, libenter extremum spiritum edere.

Gestorben/todt.

Mortuus, demortuus, immortuus, extinctus, oppetitus, obmortuus, laxatus corpore, deletus morte, nuper mortuus, ejectus vitâ, morte ereptus, sublatus. Caret vitâ, luce, non est in vivorū numero amplius, mors eripuit hunc nobis, confecit diē extremum, vitâ functus, è vivis ereptus, rebus humanis exemtus, jam pridem periit, mortuus, deformatus, tumore præditus, decoloratus.

Die Todten kommen zur Ruhe/ sind im Friede.

Mors sensu caret, mortui sine cruciatu & tormentis sunt, somno simillima videtur mors, mortui conquiescunt, erepti sunt ex his miseriis, ex iniquissima con-

ditione

ditione vitæ, animus in morte relaxat se corporis vinculis, eripiuntur mortui ex vitę miseriis.

Durch den Todt dem Vnglück entgehen.

Morte vitare periculum, effugere calamitates, depellere turpitudines, vindicare se à miseriis, morte remedium alicujus rei quærere.

Sein Todt ist vielen nütz gewesen.

Mors ejus profuit, bono fuit, emolumento fuit, salvus vel saluti fuit cæteris.

Sein Todt ist andern Leuten schädlich.

Obfuit cæteris mors illius, pręsidium amiserunt, calamitatem acceperunt cæteri morte illius. Cum pernicie reipub. mortuus est, ex morte illius jacturam tulerunt, detrimentum grave ceperunt, damnum adiverunt, subierunt reliqui. Mors ejus grave vulnus inflixit reipub. morte illius reliqui gravi ictu perculsi & prostrati sunt.

Einem Todten Ehre erzeigen / Begängnuß halten.

Honorare, honestare, celebrare, nobilitare, decorare mortem alicujus. Parentare, religiosa jura tribuere, honores facere, honores quærere mortuis. Memoriam mortuorum tueri, famam commendatam habere, vel conservatam velle.

Dem Todten Schmach anlegen.

Injuriam facere mortuo, ignominiâ mortuum afficere.

Vom Todt aufferwecken.

Vitam alicui restituere, aliquē in vitam revocare, mortuum excitare, Excitare ab inferis, à mortuis, facere mortuum reducem ab orco, extrahere mortuum ab orco, revocare ab inferis, à morte ad vitam.

Wiederumb lebendig werden.

Revivíscere, ab inferis existere.

De Pulsatione.

Schlagung.

Percussio, verberatio, ictus.

Ein Streich / Ictus, plaga, verber.

Zusammenschlagung / Conflictus.

Ein harter Streich / Gravis ictus, vehementior. gravis, odiosa, luculenta plaga, gladiatorius ictus.

Ein tödtlicher Streich / Pestifera, mortifera, extrema plaga.

Ein gelinder Streich / Mediocris, levis, sanabilis plaga, levis ictus.

Ein Schläger / Percussor, pulsator, exercitatissimus ad pulsandos & verberandos homines.

Geschlagen / Percussus, perculsus, vehementer perculsus, violatus, læsus, offensus.

Außfordern / Provocare ad pugnam, Lacessere, provocare, irritare aliquem, ad pugnam evocare, elicere.

Ringung.

Lucta, luctatio, colluctatio, certamen, dimicatio.

Ringen.

Luctari, certare, decertare luctâ.

Sich schlagen.

Conserere manus, uti pugnis, contendere, certare pugnis, descendere in dimicationem, incredibili contentione certare, conferre manus, concertare, cōgredi cum aliquo. Deprehendi eos pugnātes, pugnâ contendētes, concertantes, pugnâ mutuâ tumultuati sunt, se mutuo ceciderunt, ad verbera deventum est, inter se verberarunt.

Einen schlagen/abschlagen/mit Fäusten schlagen.

Aliquem percutere, pulsare, verberare, ferire, vehementer ferire, pulsare, repentè percutere, Afferre, inferre alicui manus, percutere aliquem manu. Injicere alicui plagam, infligere plagam, ictum, facere plagam, ictum, incurrere in aliquos impetu, infigere ictus corpori, vehementissimè verberare, injuriâ, nefariè verberare, cædere verberibus, percutere probè, coërcere verberibus, ingerere pugnos in ventrem, conterere latera alicujus, onerare pugnis probè, dedorare viscera, mulctare, facere ut quis sit miserrimus mortaliū, pugnos obserere, reddere aliquem miserrimū mortalem, frictum aliquē reddere, quam frictum est cicer, Rapere aliquem sublimem. Agere, rapere, trahere, pellere, raptare, versare, interpolare aliquem, tundere alicui latera, pectus cōtundere pugnis, cædere pugnis quasi incudem, concidere coriū alicujus, exossare aliquem pugnis quasi murenam, pugnis cōscindere. Sandalio commitigare caput, vix attingere manu.

Einen mit Knüttelu schlagen/abprügeln.

Fustibus aliquem malè mulctare, malè accipere, impingere alicui fustem, contundere, plectere aliquem fustibus, implere fustibus caput, elidere, diminuere caput fustibus, comminuere alicui ossa scipione, dirumpere alicui caput tabulâ, fuste caput comminuere.

Einen kratzen/Involare unguibus in oculos, lacerare aliquem multis modis, certare unguib9.

Einen rauffen/ Involare alicui in capillos, protrahere aliquem capillo in viam, conscindere capillos, deripere capillo de curru, capillis acceptum in terram præcipitem dedit.

Einen mit Steinen werffen/steinigen.

Petere, appetere, percutere aliquem lapidibus. Agere, pellere, fugare aliquē lapidibus, præcipitē agere glebis, saxis, jacere lapides, cōjicere lapides in aliquē, insectari aliquem lapidibus, obruere, cooperire aliquem lapidibus, Appeti, percuti lapidibus, pelli è foro lapidibus, impingere alicui calicem, poculum.

Mit Drecke werffen.

Aspergere aliquem luto, jacere in aliquem lutum, insectari luto, &c.

Eine Maulschelle/Backenstreich.

Alapa, colaphus.

Einem eine Maulschelle geben.

Percutere alicujus malám pugno, ferire malam palmâ, infringere alicui colaphos, facere alicui sementem in ore, obtundere alicui os, facere ut pugnus in mala hæreat, malæ dolent misero, caput tuber est colaphis.

Percutere aversâ manu, vberhändig schlagen.

Bald zu tode schlagen.

Verberare, diverberare aliquẽ usque ad necem, mulctare aliquem usque ad mortem.

Geschlagen werden.

Vapulari, violari corpus pulsatione, concidi pugnis, sæpius feriri, accipere, ferre perferre plagam, confici, percelli plagâ, metere fustuarium, ferre fustuarium, accipi verberibus, verberari fustibus, pati plagas, verbera, vapulare fustibus, excipere impetus gladiatorum, Impetum excipere corpore, crudelitati alicujus objectum est corpus, excipere plagam, ferre pugnas, sufferre plagas, Cædi, concidi, obtundi pugnis, expertus cum sum fustis ictu.

Die Streiche fühlen.

Amaros ictus fustium gustare, sensu experiri ictus, vim & gravitatem ictuum sustinere, laniari verberum dolore, gemere ad ictus.

Nieder geschlagen werden.

Concidere ictu vel plagâ, pelli ictu.

Der die Streiche davon trägt.

Plagiger, verberalissimus.

Den Streichen entgehen.

Vitare, effugere plagam, effugere impetus, vitare, declinare pugnos.

Mit Streichen darzu bracht werden.

Adduci ad aliquid plagis, meliorem fieri plagis, deterreri verberibus, metu virgarum adductus est.

Versetzen.

Excipere, intercipere ictus, avertere plagas.

Widerschlagung/ Repercussio.

Widerschlagen.

ferendos, magnum animum ostendere, constantiæ, animi satis est in eo. Esse magnâ virtute, adesse alicui fortitudinem, inesse in aliquo fortitudinem, animo magno, fortique esse, pręsentem alicui esse animum, habere plus animi, Consequi gloriam fortitudinis, Excellere animi magnitudine, præstantissimum esse animi magnitudine, retinere fortitudinem, esse fortem, præbere se fortem, invictum, Esse animo stabili atque parato ad omnes casus, ad omnes temporum motus vicissitudinesque ferendas, præstare vigore animi, excellenti animo præditum esse, esse excellentis animi, stare animo. Animus illius viget, excellit, ille viget, excellit animo.

Behertzt seyn in allerley Vnglück.

Contra fortunam paratum, firmum, validũ, firmissimis conscientiæ pręsidiis munitum esse. Res humanas comtemnere, negligere, despicere, aspernari, nõ moveri rebus humanis, non affici fortunæ impetu, non perturbari fortunæ telis, minimum laborare de rebus humanis, susque deque facere res humanas, Humanis casibus animi pręstantiâ, virtute, fortitudine resistere, fortunæ conatibus obviam ire, occurrere, objicere se, opponere se fortiter atque acriter, Valet animus meus, firmus est, seipso nititur, sua in se ipso præsidia ponit, à se ipso præsidium omne petit, fretus conscientiâ fortunã sperno, mea me contra fortunã conscientia fortem facit, confirmat, auget viribus, validiorem reddit, animos mihi addit, virtutem, robur, vires, fortitudinem, firmitatem.

Ein Ding behertzt angreiffen / mit grossem Muth ein Ding verrichten.

Adhibere animi magnitudinẽ, gerere rem fortitudine, agere animo magno, facere aliquid fortitudine, animo magno, operâ animi magni, declarare animi magnitudinem, stare, permanere invictum, ostendere animi vim, magnitudinem, pręstantiã, forti animo pugnas pugnare, animo virili res acta est, elucet animi excellentia, cernitur fortitudo, vestigia extant fortitudinis, animum afferre ad rem gerendam, promto ac magno animo, vitam in discrimine exponere, animosè ac fortiter se gerere, pro patria se animosè fortiterque gessit.

Kleinmütig / feige / zaghafft / verzagt.

Mollities, mollitia, teneritas, mollitudo, debilitas, abjectio animi, Ignavia, socordia, languor, desidia, segnities, signitia, inertia, humilitas animi, demissio, abjectio, infirmitas, imbecillitas, tenuitas, angustia, dissolutio animi.

Animus perculsus, abjectus,

fractus, demissus, pusillus, exilis, jejunus, angustus, infirmus, segnis, iners, afflictus, humilis, parvus, mollis, enervatus, languens, imbecillus.

Vnbehertzt/Weibisch/verzagt.

Timidus, iners, imbellis, tener, mollis, debilis, infirmus, imbecillis, imbecillus, perculsus, abjectus, fractus, enervatus, delicatus, effœminatus, muliebris, mulier, auriculâ infimâ mollior, nihil tam molle, tenerum, meticulosus, levis armaturæ, sine animo, instrenuus.

Vnbehertzt/verzagt/weibisch seyn.

Esse animo angusto, demisso, molli, humili, afflicto, fracto, pusillo, inani, abjectiore, perculso, parvo, teneriore, imbecillo, nimis fracto, jejuno, deest illi animus, infirmum ab animo esse, languere animo, jacere animo, anim⁹ ipsius jacet, parum roboris ac nervorū est in animo tuo, animus tibi sine animo est, abest tibi animus ab animo, facilè animo concidis, animo non viges, nō viget animus tuus, animū in te desidero, requiro, Nihil altum suscipere, nihil spectare quod est in laude positum, nihil de laude cogitare, aversum esse à gloriæ studio, dejectum esse in humiles planè ac sordidas cogitationes, cadere in demissionem animi.

Verzagt machen/den Muth brechen/kleinmütig machen.

Animum frangere, minuere, effœminare, adimere. Firmitatem animi affectus convellere & labefactare solent, debilitare fortitudinem, virtutem, Mollire, enervare, infirmare, debilitare animum, debilitare audaciam, Frangere, debilitare opes alicujus, infringere, infringere alicujus nervos.

Kleinmütig werden/den Muth fallen lassen.

Cadere animo, despondere, abjicere, dejicere animum. Frangi, concidere animo, inflectere animi magnitudinem, contrahere, inflectere, demittere animū, Deficere, consterni animo, amittere fortitudinem, privari virtute, debilitati sunt animi, animum imminuere.

Zaghafftig.

Ignaviter, timidè, molliter, delicatè, effœminatè, titubanter.

De Audacia.

Künheit/Frevel/Verwegenheit/Vermessenheit.

Audacia, confidentia, temeritas, fidentia, confisio, maturitas audaciæ, nomen audaciç, minor ad facinus verecundia.

Epith. Calida, incredibilis, corroborata vetustate, admirabilis, scelerata, varia, singularis, confidens, impia, gemina, intolerabilis, summa, nō humana, par, similis, nova, effrenata, prorupta, projecta, magna, non toleranda, aperta, manifesta, cōfidens,

fidens,immanis,urbana audacia, firma confisio. Kühne That.

Audax,temerarium, calidum, plenum sceleris & audaciæ facinus,calidum consilium.

Keck/kühne/verwegen/vermessen/ freveler.

Audax,confidens, temerarius, præceps,fidens,præfidens,præditus singulari audaciâ.Fidens, fretus audaciâ, fidens suis viribus, confidens sibi,columen audaciæ, immoderatus, plenus temeritatis,armatus audaciâ,plenus incõsideratissimæ temeritatis, homo projectæ audaciæ, ad audendum projectus, nemo unquam audacior,non minùs confidens, nimium sibi fidens, homo longè audacissimus,semper audax.

Freventlich/unbedachtsam/vermessen/thumbkünlich.

Audacter,audàciter,temerè,inconsultè,confidenter,paulò fidẽtiùs,fidenter,nullo adhibito consilio.

Einen kühne machen/einem ein Hertz machen.

Afferre alicui audaciam vel cõfidentiam, viam patefacere audaciæ,Alere,nutrire audaciam,æmulum fieri alicujus audaciæ, confirmare, dare audaciam, Addere,augere animum,animosum facere, reddere.

Kühne/vermessen seyn.

Esse singulari audaciâ, confidentiâ,habere audaciam. Præditum, armatum esse audaciâ. Abundare, furere audaciâ, instinctũ esse audaciâ,uti audaciâ,fieri præcipitẽ amentiâ, audere, fidere.Magnopere,nimium, ferocius confidere, sumere sibi magnos spiritus, tribuere nimiũ suæ virtuti, Confidere viribus, audaciâ efferri, Intemperantiâ esse intolerabili,Confidentiùs se gerere in aliquâ re, nimium sibi permittere in aliquem. Audacia projecta est in eo, audacia ejus eminet & projecta est,superat alios audaciâ,benè appositus est ad audaciam, Satelles & minister est audaciæ, audacia facit eum improbũ, reddit cæcum,audacia vincit ejus timorẽ,non abhorret ab audacia ejus.

Er ist unvorsichtig.

Incautior est, consilium ipsi in vitandis periculis deest. Consiliũ in eo in periculis vitãdis requiritur,desideratur. Non habet satis consilii ad vitanda, ad effugienda,cavenda,declinanda pericula.

Kühne That thun/ wagen dürffen/ mit grosser Gefahr wagen.

Audere,inire pericula audaciùs. Excipere,tentare fortunam, facere nõ cautè,facere facinus audax, non habere rationem periculi,offerre, cõmittere se periculis,subire aleam, discrimen, Fortunæ se credere, jacere aleam, subire iniquissimum locum,subire famam temeritatis, progredi suo periculo,offerre se periculis, offerre se acriter ipsi morti, committere se fortunæ, committere se periculo mortis, inceptare magnum facinus, Esse animo virili pręsentiq;. Præbere se hominem strenuum, habere plus animi,negligere metum mortis, Impetus ejus non habet rationem periculi.

Mehr sich unterstehen/ als man thun kan.

Tentare, suscipere, aggredi, conari, audere majora viribus, suscipere onus humeris impar.

Man sicht es/daß er kühne vnd vermessen ist.

In oculis profert, ostendit audaciam, in conspectu est monumentum ejus audaciæ, audacia ejus tenetur manifestis argumentis, audacia ejus manifesto deprehensa & oppressa tenetur. Significatur hac re vestigium ejus audaciæ projectæ, Novi, cognovi, perspexi ejus audaciam.

Einem die Künheit vertreiben.

Reprimere, opprimere, comprimere, debilitare, contundere, frangere audaciam, eripere consilium audaciæ, intemperantiam alicujus à se propulsare, Obstare, resistere, obsistere audaciæ, Arcere, tardare, continere metu audaciam, spoliare aliquem armis audaciæ, resistere præcipiti furori, reprimere præsidentem.

Er ist nicht mehr so kühne.

Deposuit audaciam, discessit ab audacia, deest ipsi confidentia, discessit ab audacia.

De Viribus corporis.

Stärcke/Kräffte des Leibes.

Vires, robur, nervi, lacerti, latera, firmamentum, fœtitudo, vires corporis, magnitudo corporis, gladiatoria totius corporis firmitas, gladiatorium totius corporis robur.

EPITH. Firmissimum robur, multum roboris, firmamenti, corpus compactum, robustum, solidum, nervosum.

Vires egregiæ, integerrimæ, bonæ, agrestes, horridæ, præsentes ad nocendum.

Starck von Leibe.

Validus, robustus, nervosus, lacertosus, benè robustus, valens, corroboratus, naturâ corroboratus, corpus ad tolerandos labores firmum, virium robore insignis, viribus excellens, valentissimus, Immani corporis magnitudine, Neminem cognovi fortiorem, validiorem, in quo plus roboris, firmitatis, virium inesset, qui firmior esset à viribus, qui virium firmitate præstaret, qui robore corporis illum anteriet, qui viribus magis valeret. Paratus à viribus, qui viribus superior esset, firmitate corporis excellit, virium, roboris, nervorum in eo est plurimum, nobilitatus ex lateribus.

Starck seyn.

Habere vires, nervos, robur, tenere vim, robur, Esse in aliquo multum roboris, nervorum viribus esse maximis, multum posse, valere viribus, Excellere, superare alios viribus, robore, Firmitatem, firmamentum, firmitudinem habere.

Stärcken.

Dare, afferre, firmare, stabilire vires, confirmare, corroborare, roborare, vim dare.

Sich stärcken.

Comparare, colligere vires, reficere vires, sumere vires, robur mihi accedit, assumere aliquid roboris, vires revocare, recuperare.

Seine Stärcke versuchen/ brauchen.

Adhibere, exercere, contendere vires,

Vires, nervos, Vti, gerere, certare, pugnare viribus, vires experiri, tentare, exercere. Omnibus viribus agere.

Schwach Vnvermüglig keit.

Impotentia, infirmitas; imbecillitas, debilitas, Vires imbecillæ, infirmæ, parùm firmæ, haud satis firmæ, fracta, debilitata vis; parum virium, minus firmitudinis, minus firmitatis; minus virium, vires debiles, imbecilles, infirmæ.

Vnvermüglich/schwach.

Infirmus, infirmatus, imbecillis, imbecillus; debilitatus, debilis, valdè debilitatus, subdebilitatus, à viribus infirmus; languidus, invalidus, effœtus.

Nicht starcker Natur/zärtlich.

Infirmior, imbecillior est, Infirmiore, tenuiore valetudine est, infirmioris, imbecillioris valetudinis est. Corpore est infirmiore; tenuiore, imbecilliore, tenero, Viribus est infirmioribus; imbecillioribus, tenuioribus, teneris.

Vnvermüglich seyn.

Carere viribus, sine viribus esse, de sunt ipsi vires, minus habere virium.

Schwächen/Krafft nehmen.

Infirmare, debilitare, frangere; infringere, enervare, planè enervare. Frangere vires vel nervos, incidere nervos, vim adimere, Minuere, diminuere, imminuere, comminuere, adimere, aufferre, affligere vires corporis; redigere aliquem ad infirmitatem, imbecillitatem, tenuitatem corporis, Reddere aliquem minùs firmũ, minùs validum, minùs valentem, minùs robustum, infirmiorem, imbecilliorem, detrahere auxilia, succem, vires.

Schwächer werden.

Magis infirmari, frangi, vires amittere, vires opprimuntur, deficiunt, consenescunt, Lacerti moriuntur, vires illum deficiunt, amittit vires; vires illum relinqunt, Languescere.

Schwächlich.

Infirmè, imbecillè; nihil infirmius.

De Misericordia.

Mitleiden/Erbarmung/Barmhertzigkeit.

Misericordia, miseratio; commiseratio.

Epith. Singularis, grata; gratior, mira, maxima, admirabilis, jucunda, nota omnibus misericordia. Multa, flebilis, non sine lachrymis & dolore miseratio.

Barmhertzig/Mitleidig.

Misericors, miserans, commiserans, propensus ad misericordiã, præditus clementiâ & misericordiâ singulari, animo miti & misericorde, benignus,

Erbärmlich/zu erbarmen.

Miserabilis, miserandus.

Erbärmlich/Adver.

Miserabiliter, miserandum in modum.

Es ist zu erbarmen/es ist erbarmens würdig.

Res habet misericordiam, digna est res misericordiâ; debetur ei misericordia.

Einen zu Mitleiden/zur Barmhertzigkeit bewegen.

Implorare, exposcere, captare mise-

misericordiam alicujus, dicere ad misericordiam, conferre orationem ad misericordiam, adhibere querelas & misericordiam. Vocare, allicere animos ad misericordiam, adducere ad misericordiã, abjicere se supplicem ad pedes alicujus. Excitare, concitare, movere, commovere misericordiam, revocare ad misericordiam, conficere mitem & misericordem, adducere aliquem in misericordiam, miserationem commovere, miseratione aliquem permovere, non abducere à misericordia, delectare cum quadam miseratione, commovere alicui misericordiam.

Barmhertzig seyn / Barmhertzigkeit beweisen.

Esse misericordiâ, clementiâ aliquâ. Misericordiâ uti, adhibere misericordiam, dare aliquid misericordiæ misereri alicujus, magis misereri. Præbere se misericordem, Esse, haberi misericordem, ostendere animum misericordẽ, Tribuere, impertire alicui misericordiam, declarare misericordiam, prosequi aliquem misericordiâ, mitigare aliquid misericordiâ, Iuvare aliquem lenitate & misericordiâ, misericordiam adhibere in fortunis alicujus, revocare mentem ad misericordiam, occurrere supplicibus. Partes bonitatis & misericordiæ semper ago libenter, subit me miseratio, si recordor fragilitatis humanæ, Misericordia me tenet, Frangi, capi, moliri, adduci misericordiâ.

Mitleiden mit einem haben/ sich jammern lassen.

Miserari, commiserari, moveri, commoveri, permoveri misericordiâ, miseratione, moveri, commoveri fortunâ alicujus, miserari fortunam, communem cũ aliquo dolorem capere, Dolere, lugere, flere, deplorare, deflere, collachrymare casum alicujus. Duci, adduci, perduci, induci ad misericordiam, expleri miseriis alicujus, graviter accipere casum alicujus, dolere miseriâ, calamitate, rebus adversis, vulnere alicujus commoveri, dolere, lugere incommodis, angoribus alicujus, molestiam capere ex incommodis, tangi erga aliquem misericordiâ, adjuvare aliquem æque dolendo, malum amici suum ducere malum, laborare alienis malis, adhibere dolorem non mediocrem, adesse in gravissimo casu, miserari periculum, fortunam, eventum alicujus, mutuo molestiarum sensu affici.

Mich jammert deiner/ich hab ein Mitleiden mit dir.

Tenet me tui misericordia, capior misericordiâ tui, doleo vicẽ tuam, dolet mihi tua fortuna, cõmoveor calamitate tua, jactura tua mihi dolori est, capio, accipio dolorem ex calamitate tua, doleo mortem patris tui, Ex patris tui morte accipio inconsolabilem dolorem, doleo dolorem tuum, dolore tuo mœreo, socius ægritudinis tuæ sum, Particeps sum mœroris tui, de tuo dolore communico, Communis, par, similimus, idem utriusque dolor est, pari-

pariterac tu,æquè ac tu,ſimiliter actu, non aliter ac tu, non ſecus ac tu, nihilo levius quàm tu doleo,dolorem ſuſcipio, capio, traho, haurio. Tuæ me calamitates graviter afficiunt, Tua adverſa fortuna mihi graviſſima eſt, tua me torquent infortunia, Angor, excrucior, affligor, ſolicitor, vexor malis tuis, miſerrimum tuæ vitæ ſtatum iniquiſſimè fero, Ex tuis miſeriis dolorē haurio acerbiſſimum, Tuæ me miſeriæ miſerrimum faciunt, miſer ſum tuâ miſeriâ, dolor meus ex tuo dolore pendet,tuis doloribus angor.

Es iſt jhm durch anderer Leute Barmhertzigkeit geholffen worden.

Miſericordia ipſi opitulata eſt, Salus ejus cuſtodita eſt miſericordiâ alienâ, Liberatus, tutus eſt, vivit miſericordiâ alienâ, vindicatus à moleſtia, miſericordiâ, conſervatus eſt miſericordiâ.

Einen von Barmhertzigkeit abhalten.

Adimere,tollere miſericordiā, aditus prçcludere miſericordię, perfugium tollere miſericordiæ.

De Conſolatione.

Troſt.

Conſolatio,ſolatium, conſolatio doloris, confirmatio animi fracti metu miſeriarum, medicina vulneris, Levatio,levamen, levamentum,allevamentū,recreatio,Coſolationum multæ viæ.

EPITH. Conſolatio grata,pervulgata,magna,maxima, conſolationes multæ, Solatium maximum,extremum,cōmune,malū, nullum, Solatia domeſtica, forenſia,ſalutaria,minima.

Einen tröſten/einen Troſt zuſprechen.

Conſolari,uti conſolatione,ſolatium afferre,oſtendere, adhibere conſolationem, Dare, præbere ſolatium, ſuſtentare aliquem cōſolatione, conſolari alicujus dolorem, Fractos & debilitatos metu civium animos confirmare. Suâ voce alicui ſecuritatem afferre,meticuloſum confirmare, Dare ſolatia alicui, afferre conſolationem malo, afferre omnes ſuas conſolationes, juvare conſolando, hoc eſt accommodatum ad aliquem conſolandum,revocare à deſperatione ad ſpem,docere cur quiſpiam dolere non debeat, cōfirmare & erigere afflictum verbis, vocare ad vitam, conſolari malo ſolatio, inani & tenui ſpe, non multo ſolatio.

Durch Troſt einem den Schmertzen / das Creutz lindern.

Abſtergere alicui dolorem, ægritudinem,luctum, fletum, demere alicui ſolicitudinem,eripere alicui dolorem conſolatione, Exhaurire alicui univerſum dolorem,animum à ſolicitudine abducere, minuere mœrorē, levare angorem,lenire dolorē,deterrere à nimio terrore, avocare à mœſtitia,deducere à triſtitia, abducere à moleſtiis,ſanare dolorem, invenire medicinam dolori, mederi vulneri, vindicare à dolore, eximere dolorē, liberare ſolicitudine,avellere à mœrore animū,afflictum à mœrore animum erigere,

excitare, confirmare, multum detrahere de mœrore.

Ich tröste mich deß / oder dieses tröstet mich.

Hoc mihi solatium affert, præbet, parit, hoc mihi solatio est, Hac re ego sustentor, recreor, illud me consolatur, accedit hoc ad animum meum sustentandũ, hæc me cogitatio sustentat, sentio me juvari hac cogitatione, non leve solatium capio ex hac re, Sola spes me cõsolatur in miseriis, consolor me spe, hac consolatione sustentor, hæc consolatio mihi medetur, & alia planè nulla, consolor me hoc solatio, hoc solatio fruor, hæc consolatio est mihi, hoc mihi solatium, ponere quid consolationis loco.

Trost empfinden / Linderung empfinden seines Elends.

Erigere & confirmare se, invenire consolationem, medicinam, levari cõsolatione, acquiescere tandem, revocari à morte voce alicuj⁹, frui solatio aliquo, levationem, allevationem invenire ægritudinis, sublevari solatio, interdum relaxari, Dolor interdum depellitur, abjicitur monitis, præceptisq;. Exhauritur mihi dolor, recreari à mœrore, liberare animum molestiâ, dolore, omittere solicitudinem, deponere memoriam doloris sui, deponere partem mœroris sui, abducere animũ à molestiis, &c.

Ich habe keinen Trost / ich kan mich nicht trösten.

Deficit solatium, sine allevamento sum, nulla spes reliqua est, quæ animum consolari possit, meus luctus nullo solatio levari potest, non admittit consolationem, nullum consolationi locum relinquit, omnem consolationẽ vincit, meo animo pessimẽ affecto mederi satis nulla ratio potest, parùm apta remedia inveniuntur, inutilis, infirma, inanis, supervacanea prorsus omnis medicina est, ita dolore obruor ut emergere nullâ ratione possim, ut respirare non liceat, frustra in me consolando opera ponitur, inanem operam sumit, qui ad me consolandum aggreditur, meus dolor nulla ratione evelli potest, nulla ratio tanta est, quæ meum dolorem evellere, extrahere, educere, eripere, finem dolori meo facere, imponere: Modum statuere, terminum statuere: dolorem medicari possit.

Einen seines Trostes berauben.

Privare, spoliare solatio.

De Defensione.

Schutz / Hülffe / Beystand / Entsetzung / Schirm / Rettung / Beschirmung.

Defensio, auxilium, adjumentum, adjutorium, adminiculũ, opis aliquid, opera, præsidium, subsidium, propugnatio, conservatio, vindicatio.

Geringe Hülffe.

Parva adjumenta, præsidia, Pauxillum laxamenti, leve præsidium,

sidium, Parum, minus auxilii, nihil præsidii.

Grosse/starcke Hülffe.

Firmum, firmissimum auxilium, adjumentum, præsidium, tutissimum, certissimum, certũ auxilium. Magnum, majus, summum, maximum, bellissimum, honestum subsidium, præsidiũ, aliquid opis, satis præsidii.

Epith. Alia. Necessaria præsidia, voluntarium auxilium. Nefarium, cõmune, externum, trãsmarinum, præsens, novum, novissimum, improvisum, opportunum auxilium.

Ein Vertheidiger/Beschützer.

Auxiliarius, juvans, adjuvans, adjutor, defensor, custos, propugnator, Propugnator optimus, fortissimus, constantissimus, Propugnaculum, liberator, tutor, tutela, perfugium, portus, præsidium, arx, ara, auxilium, asylum, spes.

Der Schutz hat/oder verthediget ist.

Adjutus, defensus, custoditus, servatus, conservatus, reservatus, tectus, protect⁹, magnis subsidiis fultus, præsidiis salutaribus, necessariis, firmis septus, satis munitus.

Hülffe/Schutz bedürffen.

Egere auxilio, remediis, medicinâ, Indigere adjumento, opis, desiderare auxilium, remedium, opus est mihi auxilio, non egeo opis tuæ.

Hülffe/Schutz suchen.

Quærere, requirere auxilium, præsidium, remedium, adjumentum.

Einen vmb Hülffe bitten/ansprechen.

Implorare, petere, expetere auxilium, præsidium, adjumentum, opem, subsidium, Postulare præsidium, invocare subsidium, convocare alios in auxilium, efflagitare auxilium, confugere ad auxilium alicujus, ad fidem, vel in fidem aliquorum, Petere opem, subsidium ab aliquo, confugere ad opem alicujus.

Hülffe/Schutz zusagen/ in seinen Schutz nemen.

Polliceri auxilium, præsidium, fidem. Accipere, recipere in tutelam, Suscipere propugnationẽ pro re aliqua, Promittere opem suam, in suam fidem recipere, meæ tutelæ hic cõmissus, commendatus est.

Hülffe schaffen.

Parare, comparare auxilium, præsidium, subsidium, remediũ sibi, adjungere sibi auxilium.

Hülffe/Schutz erlangen.

Impetrare liberationem, invenire remedium, reperire medicinam, levationem, excitare aliquod ad præsidium, nancisci laxamentum, auferre aliquid opis, sublevari adjumento, conservari alicujus auxilio, extorquere auxilium.

Sich auff eines Schutz verlassen.

Confidere adjumentis, præsidio

dio aliquo, Collocare, constituere præsidium in re aliqua, Tueri, tutari se præsidio alicujus, Ponere in aliquo firmamentũ, perfugiũ, niti fide, præsidio alicuj⁹.

Helffen/retten/beschirmen.

Defendere, auxiliari, juvare, opitulari, propugnare, servare aliquem, Tueri, tegere, ferre opem, ostẽdere se alicujus defensorem, porrigere jacenti fidem, dextrãque, Descendere, concurrere ad auxilium, opem, ire, proficisci, currere, venire alicui subsidio, succurrere, adesse alicui, Ferre alicui auxilium, præsidium, afferre, offerre præsidium, auxilium, Ministrare, subministrare adjumenta, Ostendere, adhibere auxilium, adjumentum, Porrigere, tendere præsidium, opem, Præbere, dare presidium, opem. Esse alicui auxilio, adjumento, præsidio. Juvare aliquem auxilio. Venire adjutorem, præbere se adjutorem, maximè subvenire, permultum, valdè, multum plurimum juvare, adjuvare, opitulari, omni ratione subvenire, studiosè, omni studio subvenire, juvare subitò, citò, quàm celerrimè succurrere, subvenire, juvare, religiosè, studiosè defendere, perfugium præbere, propugnaculo esse, defensare. Aliquid præsidii afferre, præsto alicui esse. Subsidio esse, minimè deesse, levare aliquem, Accurrere, erigere jacentem.

Einen in Lebens Gefahr vertheidigen.

Defendere vitam, salutem alicujus, defendere aliquem à capitis periculis, ferre auxilium vitæ, ferre opem contra vim sceleris, Esse alicui saluti, Consulere alicujus saluti, prospicere, servare aliquem incolumem, Conservare incolumem, Eniti, ut quis salvus fit, Propugnare pro salute, decertare pro capite & vita periculo, Suscipere laborẽ, periculum pro alicujus salute, Dare alicui salutem, Invenire exitio remedium, eripere ac liberare ex media morte, revocare ab exitio ad salutem, Reducere incolumẽ, mortuum ab orco, reducem in lucem, Tueri, defendere, custodire, tegere salutem alicujus, Defensorem, patronum, propugnatorem esse salutis alicujus, Pugnare, certare, dimicare pro salute alicujus, adjutorem esse incolumitatis, Servare, conservare aliquem salvum, Incolumem reddere, salute & incolumitate donare, In ancipiti discrimine aliquem integrum & incolumem præstare.

Einem im Vnglück vnd Elend helffen.

Defendere aliquem in calamitate, in tempestate, Prohibere aliquem calamitate, Portum esse alicui in calamitate, Præsto esse, non deesse, consulere temporibus alicujus, Sustentare casus alicujus opibus suis, depellere

prohibere malum, liberare calamitatibus, turbulentis rebus, periculis, Prohibere ab injuria, Levare calamitatem alicujus, Sublevare in incommodis, in periculis, Eripere ex periculo, ex miseriis, extrahere ex ærumna, ex periculis, præstare alicui á vi.

Ich wil deine Ehre vertheidigen.

Honorem tuum defendam, honoris tui defensionem, contentionem, certamẽ suscipiam, Pro honore tuo pugnabo, contendam, certabo, Honorem tuum defendendum, tuendum suscipiam.

Einem beystehen/ mit einem haltẽ/ auff eines Seiten seyn.

Ab aliquo facere, cum aliquo facere, ab aliquo stare, cum aliquo stare, ab aliquo esse, pro aliquo esse, ab aliquo dicere, stare à mendacio contra verum, Pro aliquo esse, pro aliquo facere, Hoc totum est à me, militat pro me, istud facit à me & mecum.

Ich hab mein Vaterland errettet/ verthediget.

Patriam servavi, patriam ab exitio vindicavi, Patriæ incendium extinxi, Patriæ salutem attuli, peperi, dedi, Operâ meâ patria stat, salva est, cadentem patriam sustinui, labantẽm confirmavi, excepi, Ego salus fui patriæ, à me salutem accepit patria, Patriam ab exitio, à pernicie, ab interitu, à peste eripui, liberavi, tutatus sum, Patriæ mala sanavi, Patriæ salutem attuli, incolumitatem peperi, pestem abstuli, graviter laboranti patriæ opem tuli, occidenti patriæ tuli, excepi cadentem, eripui ex summis miseriis, Patriæ auxilio fui, auxilium tuli, non defui, nolui committere ut patria auxilium meum desideraret, ut diceret patriam me deseruisse.

Gott schützet / hilfft in der Noth.

Perfugium habemus ad Deum in calamitatibus, Deus tranquillitas, portus est in nostris calamitatibus, Deus pręsto est, adest, opem fert, opitulatur, subvenit confugientibus ad se.

Hülffe/Beystand/Verthediger haben.

Habere auxilium, adjumentum, præsidium, levationem, uti auxilio, subsidio aliquo, fultum, ornatum esse præsidio, sustentare se præsidio, sublevari adjumento, Esse, existere alicui adjutorem, habere adjutorem, vehementer adjuvari, Portum invenire, terminum mali aspicere, videre, conspicere portum, recipere se in portum, uti perfugio, perfugium habere, Perfugium, auxilium, præsidium, opis aliquid est mihi, Paratus est portus.

Sich selbst schützen/ verthedigen/ einem Widerstand thun/ sich wehren.

Resistere, obsistere alicujus cõ-

filiis. Repugnare, Defendere vitam ab inimicorum audacia, telisque, defendere suam salutem contra impetum in se, defendere se acri animo, decertare vi & armis contra vim, retrudere aliquem, retundere ferrum alicujus, reprimere, propulsare vim à corpore, à capite, à vita, Resistere & manu se defendere, resistere audaciùs, consistere contra fortiterq; sustinere impetum, prohibere à se vim, adversari vi, armis, defendere se, defendere illatum bellum, excipere impetus gladiatorum, Propulsare injuriam à se & sociis, propulsare abs se injuriam, scelus, libidinem, Resistere injuriæ, non ferre injuriam, defensare se injuriâ, Insectari injuriam, persequi injuriam, suas injurias.

Hülffe abschneiden/hindern.

Retardare, labefactare, convellere auxilium, Effundere remedium, Privare, spoliare aliquem auxilio, potestatem opitulandi præcidere, Excludere à perfugio, excludere perfugio, intercludere, obstruere, tollere perfugium, Orbare auxilio, Eripere solatium, præsidium.

Keine Hülffe haben.

Carere præsidio, sine ope, subsidio, præsidio, allevamento esse, neminem invenire adjutorē, jacere desertum, ab omnibus deseri, Auxilium mihi deest, propugnaculum deest, nihil mihi præsidii est in hac re, nihil mihi præsidii relictum est.

De Derelictione.

Verlassung/ Beraubung der Hülffe.

Relictio, derelictio, destitutio, proditio.

Verlassen/ vbergeben/ der keine Hülffe hat.

Relictus, derelictus, desertus, destitutus, proditus, nihil desertius, omninò desertus, ab omnibus desertus, proditus, destitutus, Nemo tam destitutus, relictus, jam pridem desertus, relictus.

Verlassen/ vbergeben/ Hülfflos lassen.

Deserere calamitosos, deesse misero, relinquere miserum, pati desertos aliquos, Relinquere, derelinquere, destituere, prodere, negligere, habere pro derelicto, sejungere se ab aliquo, segregare à se, deserere amicum in malis rebus, deserere causam alicujus ac prodere, destituere, relinquere, desciscere in egestate ac sollicitudine, transfugere ab afflicta amicitia, & ad florentem devolare, nefariè prodere, deserere aliquem subito, repente, ociùs, tardiùs, nunquam.

De Communione.

Gemeinschafft / Gemein.

Communio, communitas, omnium rerum communitas.

Gemein/Publicus, communis, communicatus.

Eine Gemeinschafft machen / Conficere communitatem.

Gemein machen/in die Gemein geben.

Publicare, communicare, conferre in commune, proponere in publico.

In einer Gemeinschafft seyn.

Jungi, conjungi, sociari communitate, Est mihi cum aliquo communitas hujus rei.

Die Gemeine erhalten / Servare communitatem.

Die Gemeine zergehet / Ruit communitas.

Eine gemeine Gesellschafft.

Societas, consociatio, congregatio, universitas, Naturalis vel civilis societas, Hac re continetur societas & comunitas vitæ.

De Societate.

Gesellschafft.

Societas, sodalitas, sodalitium, consociatio, multitudo societatum.

Die gantze Gesellschafft.

Tota, universa, cuncta societas, universorum consensio, omnium consensus.

Eine grosse Gesellschafft.

Magna, maxima, mirifica, immensa, infinita, latissimè patens societas, summa sodalitas, incredibilis conspiratio, multitudo sociorum.

Eine gute / nutzbare / starcke Gesellschafft.

Societas honestissima, conjunctior, fructuosissima, utilissima, firma, firmior, sanctissima, sancta, charior, gratior, jucundissima, Conjunctio gratissima, honesta sodalitas, fructuosissima sodalitas.

Beschwerliche/vnangeneme Gesellschafft.

Gravis, difficilis, difficilima, captiosa societas, Fera, agrestis sodalitas, Infidelissimi, alienissimi, importunissimi socii.

Böse Gesellschafft.

Scelerata consensio, nefaria societas, Pessimi, infidelissimi socii, Contagio societatis, Societas cum improbis, perditis hominibus, societas perditorum, improborum.

EPITH. Societas divina, humana, naturalis, civilis, publica, communis, hæreditaria, voluntaria, pristina, Perpetua, Antiquissimi socii.

Ein Geselle/eine Pursche.

Socius, sodalis, sociatus, consociatus, Gregalis, contubernalis, assecla, comes, administer, satelles, Vehementer consociatus, Optimi, fidelissimi, virtute præditi, fortissimi, conjunctissimi socii, Jure sociati, lege consociati, communitate alicujus rei jũcti, Conjuncti, consociati ad cõmunitatem, conjuncti & consociati inter se.

Einander/ vntereinander/miteinander.

Amant inter se, homines inter se alii aliis prosunt, Colunt inter se, inter nos unus alteri for-

ſordemus, Cohortantur inter ſe, inter ſe aſpiciunt.

Geſellig.

Aptus ad ſocietatem, accommodatus ad conſociationem, appetens ſocietatum & conjunctionum.

Eine Geſellſchafft anrichten.

In ſocietatem aliquos convocare, Societatem conflare, conciliare; communione rei alicujus aliquos inter ſe conjungere, conſpirationem conflare, Incitare, revocare, trudere aliquem in ſocietatem, conjunctionem conciliare, Comparare ſocietates, conſtituere ſocietatem, ſodalitatem, magiſtrum eſſe ſocietatis, ſociare aliquos.

Einen in die Geſellſchafft nehmen.

Admittere, adhibere, adjungere, aſſcribere ſocium, facere ſocium, Conjungere ſecū aliquos, adjungere ſibi ſocium, recipere in gregem, accerſere aliquem ad ſocietatem, Quærere ſocium, in grege numerare aliquem, Ad ſocietatem accerſire, Vocare aliquem ad aliquam ſocietatem, aſſumere ſibi comitem.

Sich in eine Geſellſchafft begeben.

In ſocietatem ſe conferre, in ſocietatem venire, ad ſocietatē accedere, ſocietatem accipere, ſocietatem paciſci, Conjungere ſe alicui in negocio, dare ſe comitem & adjutorem negocii, Uti ſodalitatibus, in aliquorū numerum ſe aggregare, Cōmunitate cum aliquo jungi, rationem contrahere cum aliquo, nomen dare in aliquam ſocietatem, gratiam alicujus ſequi, abire in ſodalitium, Coire, inire ſocietatē cum aliquo, deſcendere ad ſocietatem, Venire, pervenire in ſocietatem, Pactionem facere de ſocietate, Facere cum aliquo ſocietatem, Conflare pactiones, Devincire ſocietatem, vel aliquē ſocietate, Implicare ſe ſocietati, Includere ſe in ſocietatem, fieri participem ſocietatis, Præbere ſe ſociū, Jungere res rationesq́;, Societatem inire facinoris, Jungere ſe cum aliquo, conjungi ſocietate alicui, velle eſſe ſocium rei, applicare ſe ad familiaritatē aliquorum, Adjungere, applicare ſe ad aliquem, Vinculo ſocietatis ſe obſtringere.

Böſe Geſellſchafft ſol man meiden.

Non eſt cum improbis hominibus jungenda ſocietas, Coire nos ſocietatem, coire in ſocietatem, inire ſocietatem cum perditis hominibus non decet, Dare ſe in ſocietatem perditorum, Conferre ſe, adjungere ſe, applicare ſe ad homines perditos, Cōjungere ſe, vinculo ſe ſocietatis obſtringere, cum perditis hominibus, turpe eſt, Qui ſe ſocium ad perditos homines adjunget, cum perditis hominibus coit, Perditos ſequitur, comitem ſe præbet improbis, facit turpiter.

Eines Geselle seyn/ in eines Gesellschafft seyn.

Existere participem alicujus rei, Esse socium, sodalem alicujus, uti aliquo socio, Socium, adjutorem esse facinoris, Esse in aliquorum numero, de grege esse, socium se profiteri, conjunctissimum esse cum aliquo societate, Copulari cum aliquo societate, Est inter nos societas, sodalitas, colligatio societatis, Nulla mihi cum ipso intercedit societas, communio, Ratio est mihi cum eo, rationem habeo cum aliquo.

Unser Gesellschafft stehet darinnen.

Societas nostra hac re continetur, stat, cõsistit in hac re, tuetur se hac re.

Der Gesellschafft dienen.

Servire, consulere, commodare societati, consulere, prospicere sociis, servare, conservare, cõfirmare societatem, Colere, tueri, defendere socios, consociationem, societatem, gerere societatem fide.

Wider die Gesellschafft thun.

Violare nomen, jus societatis, convellere jus societatis, fallere, fraudare socios.

Eine Gesellschafft zertrennen.

Dirimere, discindere, dissuere, disjungere conjunctionem, societatem, jus omne conjunctionis tollere, delere, extinguere, Dissolvere, disrumpere, disturbare societatem; consociationem, labefactare societatem, perstringere conjunctionem, Evertere societatem, à cõjunctione aliquos avocare, socii distrahuntur, socii amittuntur.

Die Gesellschafft auffsagẽ/ sich von der Gesellschafft absondern.

Deserere societatem, consociationem, socios, renunciare conditionem, removere se à societate aliqua, deserere jus societatis, communicationem intermittere, desciscere ab ordine aliquo, se ab aliqua societate abstrahere, animum impeditum in aliqua societate expedire, hæc res me abstraxit ab hac societate.

Die Gesellschafft ernewern/ wieder in die Gesellschafft sich begeben.

Renovare societatẽ, in societatem redire, revocare societatẽ.

De Conversatione.

Gemeinschafft/ Beywohnung/ Kundschafft.

Conversatio, familiaritas, consuetudo, usus, cõmercium, convictus hominum, communis vitæ usus, familiaris convictus.

EPITH. Jucunda, jucundissima, suavis, suavissima, vetus, pervetus, fidelis, egregia, intima, latè patens, sũma, magna, major, maxima, pristina, quotidiana familiaritas, consuetudo, conjunctio, usus, convictus jucundissimus, domesticus, diuturnꝰ usus, Parva consuetudo, assimulata familiaritas, paucorum dierum consuetudo, jucunditas, suavi-

tas, voluptas consuetudinis.

Ein Geselle / ein täglicher Geselle / der stets mit einem vmbgehet.

Familiaris, domesticus, tribulis, gregalis, comes, satelles, administer, combibo, summâ familiaritate conjunctus, valdè familiaris, maxime familiaris, magno usu familiaritatis conjunctus, multa consuetudine conjunct⁹, perfamiliaris, satis, nimium familiaris, multi familiares, minùs familiaris, vetustissimi familiares, in omni vita familiaris, conjunctus, conjunctissimus consuetudine & usu.

Er gehet stets mit jhm vmb.

Vivit cum eo familiaris, frequens est cum eo, multum cum ipso à puero fuit, assiduus ipsi est usus cum eo, Est inter eos familiaritas, consuetudo, intercedit ipsis consuetudo & usus, est ex ipsius familiaribus, ex illius domesticis, est ipsi cum eo usus.

Mich verlanget nach vnser zusammenkunfft.

Desiderio mihi est mutua consuetudo, desidero te familiarem, sæpius requiro nostram consuetudinem.

Einen in seine kundschafft nemen / gerne bey sich haben.

Accipere, recipere, asscribere aliquem in familiaritatem, Devincire aliquem familiaritate, consuetudine aditum alicui patefacere ad suam familiaritatē, admittere aliquem in suam familiaritatem, Traducere aliquē ad suam consuetudinem, Viam alicui munire ad familiaritatē, Familiaritatem inducere, afferre, habere aliquem familiarem, abundare familiaritatibus, consuetudine.

Sich zu einem begeben / zu einem nötigen / mit jhm vmbzugehen.

Applicare se ad familiaritatem alicujus, Facere cum aliquo consuetudinem, Familiaritatē cum aliquo conflare, contrahere, Applicare se ad familiaritatem alicuj⁹, inceptare commercium cum aliquo, Jungere cum aliquo consuetudinem, Venire, pervenire, intrare in familiaritatem, consuetudinem, Intrare penitus in familiaritatem alicujus, Blanditiis & assentationib⁹ immergere se penitus in consuetudinem, Dare se in familiaritatem vel consuetudinem alicujus, constituere, instituere cōsuetudinem, Implicari, devinciri familiaritate, conglutinari consuetudine.

Mit einem vmbgehen.

Versari in alicujus familiaritate, frui alicujus usu, fieri familiarem alicujus vel alicui, Ostentare se familiarem, Esse alicujus vel alicui familiarem, Esse & comesse cum aliquo, Uti aliquo multùm, plurimùm, uti aliquo valde familiariter, familiarissimè, ab ineunte ætate, moderatè & scien-

& scienter uti aliquo; commercium habere cum aliquo, Commercium est mihi cum eo, Est domus familiarissima senectutis meæ, Est mihi familiaritas, consuetudo cum eo, Conversari alicui, conversari cum aliquo consuetudine, Uti alicujus conversatione, cum inculpatis ambulare, vivere cum aliquo conjunctissimè, familiariter, jucundissimè, amantissimè, Familiariter cum aliquo âgere, nihil mihi negocii cum isto esse volo, Frui alicujus consuetudine, vitam unà colere, unà versari, multum esse cum aliquo, aliquem secum habere.

Gerne mit einem vmbgehen.

Ferre, probare, ornare, laudare mores alicujus; integritate morum sibi aliquem devincire, Valde mihi aptus est, mirè factus est ad meam naturam, vehementer est ad meæ vitæ rationem & consuetudinem accomodatus, convenit optimè cum ingenio meo, Humanitate ejus & probitate in consuetudine quotidiana magnopere delector.

Ich gehe viel mit jhm vmb.

Multùm ipso utor, plurimùm omnium eo utor, multos annos eo utor valde familiariter, Eo uno omnium familiarissimè utor, nullo sum familiariùs usus, Eo sic utor, ut nec familiariùs ullo, nec libentiùs, Eo utor familiarissimè ita prorsus, ut illiùs ordinis nullo familiariùs, Vetus usus inter nos intercedit, Sumus mihi cum ipso est usus, Nullo prorsus plus homine delector, Ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse conjunctius, mihi est familiaritate conjunctissimus.

Es ist vbel mit jhm vmbzugehen.

Tetrico convictu est, vix ferri ejus insulsitas potest, Minimè jucunda est, amara potius atque odiosa est ejus consuetudo, Nimium acerbus est, nimium in consuetudine difficilis, durus & asper; abest consuetudo ejus ab omni suavitate, ejus consuetudo difficilior est, propter suavitatem ejus consuetudo expeti non potest. Quis naturæ ejus perversitatem in consuetudine ferat? Quis eo uti potest homine omnium difficilimo, severissimo, asperrimo, insulso? Quis ejus consuetudinem expetat carentem omni suavitate, nulla re jucundam? Asperitatis ac perversitatis tantum habet ejus natura, quantum in consuetudine vix ferri possit, Ita difficilis ac durus est in moribus, eo præditus ingenio est, ut usus ejus diuturnus cum nullo homine intercedere possit, Reprehendo, vitupero, detestor, fugio mores ejus.

Wer mit Bösen vmbgehet/ der wird verführet.

Consuetudine malorum boni facilè corrumpuntur, malorum convictus bonos inficit, Vicini

cini pecoris contagio lædunt; talis quisque evadit, qualibus conversatur.

In der Gemeinschafft bleiben.

Manet, permanet consuetudo, familiaritas, Permanere, manere in consuetudine & familiaritate alicujus.

Auffhören mit einem vmbzugehen.

Intermittere, interrumpere consuetudinem, Oblivisci familiaritatis, imminuere aliquid de consuetudine, refugere à consuetudine.

Nicht mit einem vmbgehen wollen.

Vitare, evitare, fugere, refugere, aversari, exhorrere, abominari, detestari consuetudinem alicujus, Abhorrere, alienum esse à consuetudine alicujus, Reprehendere, vituperare, detestari, fugere mores alicujus, Vitare familiaritatem alicuj9, Fugere, cavere aliquem, vel familiaritatem alicujus.

Einen nicht lassen wollen mit sich vmbgehen.

Prohibere aliquem à familiaritate sua, Claudere consuetudinem alicujus, disjungere aliquem à familiaritate, repudiari à cœtibus hominum, à cœtibus eruditorum, Injustum nemo aditu, congressione, sermone dignum judicat.

De Solitudine.

Einsamer Mensch.

Solitarius, homo solitarius, solitariam vitam agens.

Allein / Solus, unus, solus omnium, solus ex omnibus, solus inter omnes, Epicurus ex omni memoria unus fuit, Nos uni sumus.

Adv. Solùm, tantùm, modò, tantummodò, duntaxat.

Gerne allein seyn.

Delectari solitudine, carere omnium colloquio, cum ipsa solitudine loqui, Fugere homines, odisse celebritatem, fugere hominum conspectum, Vitare, fugere lucem, Vitare, fugere conventum hominum, lucem vix aspicere posse, subducere se de circulo, recipere se à frequentia, abdere se in bibliothecam, abhorrere ab hominum congressu, sequi, captare solitudinem, odisse congressus, societatem hominum, nolle se conveniri, odio est mihi celebritas.

Sich innen halten/verborgen ligen/einsam leben.

Carere publico, abdi in privato, in suis tectis, Vitam agere in solitudine, Latere, latitare, delitescere, fugere lucem, conjicere se in latebras, occultare se, Vitare oculos hominum, aspectum hominum, lucem, quærere secessum & solitudinem, Abdere se in interiorem ædium partem, tegere se janua & parietibus, esse abditum, Abire, discedere, venire in solitudinem, recipere, conferre, conjicere se in solitudinem,

nem, A cœtu hominum frequentiaq; in solitudinem se recipere, considere in solitudinem.

De Concordia.

Einigkeit/Einmütigkeit/Einhelligkeit.

Concordia, consensus, consensio, conspiratio, unanimitas, idẽ velle, idem nolle.

Epith. Magna, maxima, summa, singularis, facilima, utilis, cõglutinata concordia, Plenum aliquid concordiæ, Mira, incredibilis, singularis conspiratio.

Einig/einmütig/einhellig.

Concors, consentiens, conspirans, conveniens, unanimus, benè, optimè convenientes.

Adver. Concorditer, concordissimè, congruenter, congruentibus sensibus, consentiente voluntate, una voce & mente, Voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensione.

Einigkeit anrichten/zur Einigkeit vorschub thun.

Incitare, adducere ad concordiam, consulere concordiæ, placare ac lenire animos concordiâ, autorem, patronum, interpretẽ esse concordiæ, adducere rem ad concordiam, afferre, cupere concordiam, constituere, facere concordiam, conglutinare concordiam & confirmare.

Das dienet zur Einigkeit.

Hæc res pertinet ad concordiã, gignit concordiam, spectant res ad concordiam.

Einig seyn / eines Sinnes seyn.

Conjunctissimum esse cum aliquo cõcordiâ, Coleri, tueri, servare concordiam, retinere, servare, habere concordiam, concordare, conspirare, congruere, consentire, convenire, Valdè, vehementer, mirificè congruere, optimè cum aliquo convenire, mirabiliter conspirare, una mente idẽ sentire, una mente consentire, uno ore idem sentiri; omnes ad unum idem sentire, consentire, concorditer inter se congruere, amicè & concorditer vivere, Ex omni parte cum aliquo consentire, conjunctissimum esse cum aliquo sententiâ & voluntate, Accedere ad voluntatem alicujus, socium comitemq; habere volũtatis, aggregare voluntatẽ suam ad voluntatem vel sententiam alterius, bene inter ipsos convenit.

Ich bin einig in dieser Sache mit dir.

Conjunctum est meum consilium cum tuo, consentiunt, concinunt sententiæ nostræ, dissensio inter nos nulla est, dissensionis aut controversię nihil est inter nos, convenit inter nos, nihil à tuâ mea distat, discrepat, dissentit opinio, à tuo judicio mea sententia non abhorret, idem sentimus, idem est utriusque sensus, idem sequimur.

De Discordia.

Uneinigkeit/Zwitracht.

Discordia, dissensio, dissidium, discrepantia, disjũctio, distractio, Dissensio opinionum, disjunctio animorum, varietas in animis, opiniones dissidentes sententiæ contrariæ, ergumendum dissimile.

Epith

Epith. Magna, major, maxima, summa, armata, perniciosa, domestica, nova, diuturna, perpetua discordia, dissensio, discrepãtia, dissidium, labor, molestia dissensionum, dissidium civile, dissensio civilis.

Parva, sine acerbitate dissensio, tacitæ discordiæ.

Zwieträchtig/ vneins.

Discors, discordans, dissentiens, dissentaneus, dissidens, discrepans, disjunctus, dissociatus, distractus, multum dissidens.

Zwietracht/Vneinigkeit anrichten/ die Leute trennen.

Quærere discordias, concitare, excitare discordiam, moliri discordias, Inimicum esse concordiæ, disjungere, labefactare, dirimere concordiam, Disjungere, distrahere, divellere, dissociare, commovere dissensionem, conferre discrepantiam in rem, facere dissensionem, dissidium, inducere discordiam, jacere caput alicujus in dissensionem, Pasci discordiis.

Sie sind vneins worden.

Obortum est inter eos dissidiũ, refrixit benevolentia, dissidium indies gliscit.

Sie sind vneins miteinander.

Discordant, dissentiunt, dissident, discrepãt inter se, extitit inter eos dissidiũ, exorta est discordia inter eos, secum dissident, sunt inter eos discordiæ, constituti sunt in dissensione, dissident odio & dissidio, inimicitias susceperunt inter se, iræ inter eos intercedunt, Vehementer, vehemẽtissimè, gravissimè, capitali odio dissentiunt, leviter dissident, dissensio est inter eos, voluntas ejus abhorret ab aliquo, Dissentio à natura ejus, inimicitias inter se gerunt, voluntates sunt immutatæ, plena sunt omnia discordiarum, magnum quid evenisse necesse est, unde ira inter eos intercessit, quæ tam permansit diu, Esse alieno animo ab aliquo, Non convenit filio cum patre.

Nicht überein stimmen/ nicht mit einem halten/ einer andern meynung seyn.

Dissentire ab aliquo, à partibus aliquorum, sentire ab aliquo seorsim, non assentiri alicui, nullo modo assentiri, discrepare à re, Improbare consilium, existimare aliter, existimare non æquum, rejicere quid, reclamare, Adversus sententiam alicujus contendere, Opiniones inter se sunt dissidentes, explodere sententiam, nullo modo congruere, diversæ sunt voluntates, distractæq; sententiæ, Sejũctum esse à voluptate, in sententia aliqua, Serram reciprocant docti in hac re, Magnoperè, longè dissentire, multum, plurimum, universa re, totâ sententiâ dissentire, Paululùm verbis magis quam sententiis dissentire, honestè, frustra, sæpè, semper dissentire, Dissentire, abhorrere, abesse à sententia alicujus, Discrepare opinionum dissensione, Nõ idem, aliter, diversè, variè sentire, ab alicujus sententia longè diversum abire.

Vneinigkeit auffheben.

Avocare à discordiis, Frangere,

re, extinguere dissensionem, Sedare, placare, dissipare, tollere discordias.

De Contentione.

Zanck/Hadder/Streit/Widerwillen.

Lis, rixa, contentio, jurgium, certamen, certatio, disceptatio, litigium, concertatio, altercatio, dimicatio, turba, pugna, controversia, Petulans, perpetuum jurgium.

Zänckisch/häderhafftig.

Litigiosus, altercator, homo litigiosus, controversus, adversus, cupidus contentionis, cupidus pugnandi, concitus ad rixam, jurgiosus.

Hader/Zanck anrichten.

Serere, facere, creare lites, Concire turbas, ad rixam concire, Rixam conciliare, excitare, Contentionem facere, excitare, cõtroversiam alere, jurgium extitit ex hac re, gignere jurgia, res tendit ad jurgium.

Streitig machen/disputierlich machen.

In contentionem vocare, In cõtroversiam adducere, deducere, in contentionem ponere.

In einen Zanck gerathen.

Incurrere in rixam, venire in contentionem, suscipere, subire contentiones, Incidere in contentionem, suscipere certamen, Venire in certamen, descendere in certamen, contrahere lites, contrahere litigium.

Sich hadern/keiffen/zancken.

Rixari, jurgare, certare, pugnare, contendere, luctari, disceptare, digladiari, concertare, decertare, confligere, altercari, expostulare, Contendere jurgio, litigare cum aliquo, Iracundius, vehementius expostulare, Expostulare cum aliquo injuriam, altercari cum aliquo, facere contentiones de suo jure, Conterere ætatem in litibus, habere altercationem, facere contentionem, altercationem, habere controversiam de aliqua re cum aliquo, cõmutare verba, contentionibus ad gravissimas verborum contumelias descendere, contentionis funem ducere cum aliquo.

Sie zancken sich mit einander.

Intercedit ipsi cum eo rixa, Est inter eos contentio, magna ipsi cum eo rixa, controversia, luctatio, contentio, certamen est, inter nos controversati sumus, est inter eos certamen.

Sie zancken sich umb nichtig Ding.

Rixantur de lana caprina, de re nihili disceptant, de nugis contendunt, de tricis digladiantur, de rebus abjectissimis inter se digladiantur.

Den Hader stillen.

Controversias transigere, sedare, dirimere, tollere, irã expedire.

Nicht gerne zancken.

Defugere contentiones, abstinere se litibus & jurgiis, A contentione, à controversia abesse.

Auffhören zu zancken.

Requietem habere litium & jurgiorum, conquiescere à dissensionibus & contentionibus.

De Gratia.

Gunſt/Gnade/guter geneigter Wille.

Favor, gratia, ſtudium, benevolentia, voluntas, aura, propenſa voluntas.

EPITH. Gratia maxima, major, magna, ſumma, nimia, bona, excellens, illuſtris, teſtata, firmiſſima, conſtantiſſima, perpetua, ſẽpiterna, fidelis, fideliſſima, invidioſa, propria, popularis, vetus, ſubita.

Benevolentia ſumma, maxima, longè lateq; diffuſa, mirab[illegible] admirabilis, incredibilis, ſingularis, perſpectiſſima, firmiſſima, conſtantiſſima, perpetua, [illegible]nſa, gratiſſima, mutua, intempe[illegible] ſtabilitas, conſtantia benevo[illegible]tiæ. Studium ampliſſimum, gratiſſimum, non minus ſtudii, aliquid ſtudii.

Voluntas bona, eximia, admirabilis, egregia, ſingularis, benefica, conſtantiſſima, perpetua, propenſa, ſecunda, gratiſſima, antiquiſſima, jucunda, mutua. Voluntates juſtè & officio incenſæ, non inanes aut ambitioſæ, Occultæ, flexibiles, fragiles voluntates. Popularis auras.

Gůnſtig/geneigt.

Benevolus, perbenevolus, fautor, favens, cupidus, obſervans, nemo benevolentior, perſtudioſus, deditus ſtudiis noſtris.

Angenem/welchem ander Leut gůnſtig ſeyn.

Gratioſus, elegans, qui omnium favorem habet, gratioſus principi & apud principem, gratioſus in aula.

Gutwillig / Gůnſtig / Benevolè, ſtudiosè, perſtudiosè.

Nach Gunſt ſtreben/Gunſt erwerben/ſich wol wollen verdienen/ Danck wollen verdienen.

Quærere, aucupari gratiam, ventum, auram popularem, conciliare, allicere aliquem ad benevolentiam, conſectari, captare benevolentiam, adjungere ſibi aliquos benevolentiâ, Petere, implorare benevolentiam, allicere voluntates, conciliare, contrahere benevolentiam, gratiam, colligere gratiam, devincire ſibi hominum voluntates, Copulare, conglutinare voluntates, movere benevolentiam, ſtudium. Animos hominum ſibi conciliare, facere, efficere benevolum, ambire alicujus gratiam, faciam hoc in ſpẽ tuæ gratiæ.

Dieſes machet jhm Gunſt.

Hæc res effecit, peperit ei gratiam, benevolentiam, attulit ipſi favorem, cum omnibus amabilem reddidit, oris illius & totius corporis dignitas, omnium animos ſibi primo ſtatim aſpectu conciliavit.

Einem ſeine Gunſt zuſagen.

Promittere, profiteri, polliceri, deferre, offerre alicui voluntatẽ, ſtudium ſuum.

Eines Gunſt erlangen.

Benevolentiam ex aliquo loco reportare, inire ab aliquo gratiam, irrepere in opinionem gratiæ, Aſſequi, conſequi, adipiſci gratiam alicujus, acquirere gratiam, comparare benevolentiam, Adjungere, conjungere aliquos benevolentiâ, conſequi gratiæ ali-

aliquid ab aliquibus, luculentam ab aliquo gratiam inire, studia aliquorum assequi, inire gratiam cum aliquo & apud aliquem & ab aliquo, devinxit me sibi suavitate ingenii.

Einem günstig vnd geneigt seyn.

Favere, studere, suffragari, præstò esse alicui, Voluntatem conferre in aliquem, inclinatione voluntatis in aliquem propendere, Velle, malle, cupere alicui, Habere benevolentiam in aliquem, & erga aliquem, Esse, existere in aliquem aliquâ benevolentiâ, prosequi aliquem benevolentiâ, Amplecti, complecti aliquem benevolentiâ, conferre in aliquem, vel erga aliquē benevolentiam, Præstare, navare alicui benevolentiã, servare, conservare, tueri, augere benevolentiam, retinere voluntatem, studio esse in aliquem, alicui quam maximè favere cupere, velle, Honestè cupere, apertè favere, Fronte, mente studere alicui, studium ponere, conferre, præstare, navare in aliquem, animo esse erga aliquem bono,

Ich bin dir günstig/ Optimè tibi cupio, secunda omnia tibi cupio, æquè tibi faveo ac filio meo, eodem erga te animo sum, quo in filium, animatus in te sum ut in filium.

In Gunsten/In Gnaden seyn.

Tenere gratiam alicujus, Esse in gratia alicujus, Præditum, ornatum esse gratiâ, munitum, septum esse benevolentiâ, Florere, posse aliquid gratiâ, Valere gratiâ, Frui, perfrui gratiâ, Beneficos perpetua omnium benevolentia comitatur, in magna gratia est apud principem, studia aliquorū habere, Est mihi gratia cum eo, sum in gratia cum eo.

Durch Gunst etwas erlangen durchbringen.

Perficere, efficere, facere aliquid gratiâ, niti, fretum esse, contendere gratiâ, movere, adducere, corrumpere, flectere aliquem gratiâ, Res inflectitur, perfringitur gratiâ.

Einem Gunst erwerben/ einem einen günstig machen.

Ponere aliquem apud aliquem in [illegible] & in gratia, juvare ali[illegible]m gratiâ, Gratiam alicui con[illegible].

Sich günstig/geneigt/gutwillig erzeigen.

Significare benevolentiam, studium, dare signa benevolentiæ, literæ tuæ habebant egregiam significationem pristinæ benevolentiæ, Præ se ferre voluntatem, Declarare, ostendere benevolentiam, Probare alicui suam voluntatem.

Eines Gunst vnd guten Willen mercken.

Cognoscere benevolentiam, cernere, videre studium, perspicere benevolentiam, experiri studia alicujus, Vestigium, perspicere, pign⁹ habere voluntatis, Extant, lucent, apparent ejus studia.

Auff eines Gunst nit viel geben/ Negligere, despicere gratiam, Aspernari benevolentiam, repudiare studium.

Einem den Danck zuvor weg nemen/ Præripere gratiam.

Einem nicht mehr günstig seyn/ die Hand abziehen/ die Gunst fallen lassen.

Deponere voluntatem, studiũ, de studio, de benevolentia detrahere, remittere aliquid de voluntate, minuere gratiam, prætermittere studium, abhorrèt ab eo voluntas mea, studio & voluntate abhorreo ab hac re.

In Vngnade kommen/eines gunst verschütten/es verderben.

Effundere collectam gratiam, offendere, lædere, violare, alienare, abalienare alicujus voluntatem, gratiam exulcerare, Extinguere, restinguere studium, Excidere gratiâ & è gratia alicujus, Gratiam & benevolentiam alicujus amittere, perdere, Studia amittere, ex animis & amore hominum effluere, excidere, Gratiam tuam extinxit, perdidit, afflixit, apud omnes delevit tua ipsius culpa.

Einen in Vngnade bringen.

In offensionem aliquem adducere, in alicujus invidiam aliquẽ adducere, parare alicui invidiam alicujus, facere alicui ex aliqua re in vidiam.

Er ist in des Fürsten Vngnade.

Est in offensa apud principem, Incurrit in offensionem principis, cecidit in offensionem principis, concitavit in se odium & offensionem principis, Est offensus principi, animus principis est in eum offensior, Est in invidia vel odio apud principem; excidit gratiâ, effudit collectam gratiam, caret gratiâ.

Einen widerumb zu Gnaden bringen.

Reducere, restituere aliquem in gratiam, componere inter aliquos gratiam, reponere aliquem in gratiam, efficere ut aliquis recipiatur in gratiam.

Wider zu Gnaden kommen.

Redire in gratiam, recolligere gratiam, reconciliare gratiam, recuperare voluntatem, recolligere, reconciliare animum, Placare, revocare, reconciliare voluntatẽ.

De Ira.

Zorn/Vnwillen/Vngedult.

Ira, iracnudia, excandescentia, indignatio, stomachus, bilis, initium iræ, dulcedo iracundiæ, animus iracundus, impotens, Offensio, concitatio, ardor; Inflammatio, perturbatio animi, acerbitas naturæ, Acerbitas, tumor iracundiæ, turbidus motus iræ.

EPITH. Gravis, vehemens, acerbior, inveterata, implacabilis, Iusta, non justa, utilis, occulta, naturalis, exorabilis, nascens, modò existens, recens, præsens, gladiatoria iracundia, ira, offensio gravis, periculosa, maxima, privata.

Bewegt/erzürnt/zornig/verbittert entzünd.

Iratus, irascens, periratus, subiratus, dolore elatus & iracundia, stomachans, exulceratus, incensus, inflammatus, ardens, fervidus, comotus, vehemens, incensus, non dissimulanter iratus, Percitus, inflammatus, incensus irâ, ardens iracundiâ, Adductus, incitatus, elatus iracundiâ, cerebrosus, exanguis, æstuans, offensus vehementer, graviter.

Der da leichtlich zürnet/jachzornig.

Irritabilis, iracundus, stomachosus, magis iracundus, nimis iracundus, stomachosior, admodum proclivis ad iram, in iracundiam præceps fertur, valde irritabilis est, facilè irascitur.

Nicht jachzornig/der sich nicht leicht auffbringen lässet.

Homo non iracundus, non proclivis, pronus, propensus, inclinatus ad iram, non iræ deditus, non is qui ad iram facile labatur, Alienus, remotus ab ira, qui ab ira lõgè abest, qui non inclinat, propẽdet ad irã, cui ira minimè dominatur, in quẽ ira parũ juris habet.

Zorniglich.

Iracundè, stomachosè, nimis iracundè, valdè intemperanter.

Einen erzürnen/zum Zorn reitzen/zornig machen.

Irritare, concitare, incendere, inflammare iram, Facere ut aliquis irascatur, irâ corripatur, commoveatur, afficiatur: ut excandescat, exardeat, irâ flagret, facere stomachum alicui, irritare crabrones, movere alicui stomachum, bilem, commovere bilem, incitare ad iram, incendere animum, movere iracundiam, adducere, inducere aliquem ad iracundiam, excitare iracundiam, incitare mentem alicujus ad irã, facere, efficere, reddere aliquem iratum, commotiorem reddere, Contrahere offensionem, non timere molestias offensionum.

Erzürnen/beleidigen/Leide thun.

Peccare in aliquem, & erga aliquem, afferre acerbitatem alicui, offendere alicujus animũ, offendere aliquem, facere aliquid iniquum erga aliquem, cadere in offensionẽ, causas offensionis dare, res hæc offendit hominem, alienare, abalienare à se aliquem, effundere alicujus gratiam, offendere alicui animum, lædere aliquem, offensio hinc exorta vel nata est, offensioni hoc est, offensionem facere, maximè, vehemẽter, graviter, pergraviter offẽdere.

Einen ein wenig erzürnen.

parcè ac molliter aliquem lædere, non graviter offendere, leviter aliquem commovere, aspergere aliquem levis ac civilis joci offensiunculâ.

Zornig werden.

Incendi, inflammari irâ, iracũdiâ, permoveri, excitari, incitari iracundiâ, irâ exardescere, exardescit irâ & stomacho, effervescere stomacho & iracundiâ, excandescere irâ, fieri iratum, iracundiâ effervescere, concipere indignationem, cor cumulatur irâ, exacerbari irâ, concipere, excipere offensionem.

Zornig seyn.

Esse iratum, ardere irâ vel iracundiâ, habere iram, iracũdiam, stomachum, furere iracundia, stomachari, esse totum in fermento, maximè irasci, Admodum, vehementer, planè, graviter, furenter, temerè, facilè, citò, crebriùs, continuò irasci, indignari, iracũdiâ agitari. Totum diem stomachari, animus ardet, fervet.

Auff einen zornig seyn.

Irasci, subirasci, succensere alicui, commotum esse irâ in aliquem, con-

concitatum esse irâ in aliquem, Est in me offensior, sum apud eum in offensa magna, incurri apud eum in offensionem, Non potui effugere, vitare ejus offensionem.

Er lest sich leichtlich erzürnen.

Facilè patitur se efferri, auferri, abripi, à ratione avocari, à consilio abduci iracundiâ.

Murren/schnurren.

Indignari, fremere, ringi, subringi, maximè indignari.

Sie zürnen mit einander.

Ira est inter eos, intercedit ira inter eos, evenerunt iræ inter eos, sunt inimicitiæ inter eos.

Den Zorn an einem außlassen.

Exercere iracundiam in aliquos, Saturare iracundiam, evomere apud aliquem virus acerbitatis suæ, stomachum deregere, iram evomere, expromere iram in aliquos, Bacchari in aliquem, erupit ipsius stomachus, experiri iracundiam alicujus.

Im Zorn etwas thun.

Ira incitatum, excitatum facere aliquid, Duci, adduci, perduci, ferri, efferri iracundiâ, Facere aliquid per iram, iratum accedere ad rem, Calore iracundiæ aliquid facere, irarum stimuli eum ad hoc impulerũt, Præ stomacho nõ potuit, Agere aliquid iratum, in ira, cum ira, irato animo, animo irâ commoto, irâ affecto, irâ agitato, commotum irâ, adductum, inductum, impulsum, incitatum, actum, accensum, inflammatum, iracundiæ vi impulsum.

Zornig außsehen.

Videre torvum, intueri inimico vultu, contrahere frontem, aspicere limis oculis, severitas est in vultu, cogitat apud se aliquid iratus.

Den Zorn halten/dem Zorn nachhengen.

Perseverare in iracundia, Residet in eo pars iracundiæ, Iram gerit, voluntas ejus est obstinatior & in iracundia obfirmatior, Obfirmare animum in iracundia, Parêre, servire iræ.

Einem den Zorn außreden/versöhnen.

Revocare alicujus animum ab iracundia, sedare, restinguere iram, Lenire, leniorem, mitiorẽ facere iratum, Cohibere, frangere, reprimere, avertere furorem alicujus, offensionem sublevare, lenire, iram expedire, offensum sublevare, mitigare, lenire offensionem.

Den Zorn mässigen/hinlegen/fahren lassen.

Revocare animum ab iracundia, Mederi, repugnare, resistere, imperare iracundiæ, Reprimere, coërcere, cohibere, inhibere, frenare, compescere, premere, arctare, refrenare iram, iracundiã, facere modum iræ, imperare iracundię, Tenere, continere iram, Pellere, repellere, removere iracundiam, iram missam facere, remittere iracundiam, vincere, mode-

moderari iram, moderari iræ, obliterare offensionem, ponere, deponere offensionem.

Der Zorn hat sich gelegt/er ist nicht mehr zornig.

Ira defervescit, deferbuit, furor consedit, conquievit, motus iracundiæ remisit, ira abscessit ab eo. Deposuit, obliteravit irã, ira decessit, iracundiam omisit, dimisit, procul irâ, iracundiâ aliquid facere, nulla pars iracundiæ in me residet.

Er kan nicht zürnen / Perdidit stomachum, eget stomacho, vacat iracundiâ, nunquã irascitur.

De Amore.

Liebe/ Hulde/ Gunst.

Amor, charitas, favor, vis, abundantia amoris, Pietas, benevolentia, officium, voluntas, animus amicissimus.

Epith. Magnus, Major, maximus, summus, non mediocris, precipuus, singularis, mirus, mirificus, incredibilis, inauditus, verus, verissimus, non ignotus, gratus, acceptus, jucundus, perspectus, dulcis, optatus, perpetuus, ardens, penitus, insitus, voluptate & molestiâ mixtus, minùs acer, veruntamen honestus, improvisus, repẽtinus, mutuus, vetus, veterrimus, fraternus, domesticus, simulatꝰ amor, Magnitudo, abundantia, vetustas amoris. Gratuita, naturalis charitas.

Der einen lieb hat/ Amator, amans, diligẽs, peramans, amantior, amantissimus, totus deditus alicui, Minùs alicui deditus.

Lieb/ angenem/ werth.

Charus, charior, charissimus, maximè charus, jucundus, nemo charior, charior vitâ, nihil acceptius, vehementer gratus, summè jucundus, pergratus, perquam jucundus, indies charior, jucundissimus.

Lieblich/freundlich.

Amanter, amabiliter, amicè, peramanter.

Machen daß einer lieb gehalten wird.

Conciliare charitatem, excitare amorem sui, movere, commovere amorem sui, conciliare amorem.

Er wird billich von jederman lieb gehalten.

Dignus est, qui diligatur, ametur, Amore hominum dignꝰ est, omnia sunt in illo quæ amorem conciliam, quæ ad colligendam benevolentiam valent, quæ ad alliciendas voluntates, ad animos adjungendos, ad comparãda hominum studia faciũt, causas amoris in eo plurimas, nullam odii invenias, aversus ab humanitate sit, qui nõ illum amet, amore complectatur, multis ad te amandum causis adducor, moveor, impellor, Causas tui diligendi multas habeo.

Die Liebe kömpt daher.

Gignitur, nascitur, exoritur charitas, amor. Emergit, generatur, proficiscitur, progreditur amor inde.

Etliche mit Liebe vntereinander verbinden.

Jungere charitatem inter aliquos, devincire aliquos charitate, conciliare, adjungere, conjungere aliquos amore.

Liebhaben/lieben/hold seyn.

Amare, diligere, Habere amorem in aliquem, vel erga aliquẽ, esse in aliquem amore, existere in aliquem amore, Stimulari, incendi, inflammari, ardere, flagrare amore, charitate, Complecti, amplecti aliquem amore, habere aliquem charum, charissimũ, amore inflammari in aliquem, astrictum esse amore, in oculis ferre, adamare aliquem, Ducere aliquid charum, jucundum, mirificè amare, unicè diligere, toto animo aliquem complecti, amare ex animo, summo amore prosequi, extare singulari amore in aliquem, sum̃a amoris vincula sunt mihi tecum, Amare multum, plus, plurimum, vehementissimè, quàm plurimum, valdè, admodum, planè, præcipuè, insigniter, inprimis, mirificè, mirabiliter, egregiè, singulariter, unicè, sum̃a cum pietate & fide, ut parentem, ut fratrem, fraternè, nimium, ex animo, verè, toto pectore, gratis, constantissimè, mutuò, quotidiè, indies, plus, amore singulari, tanquam oculos, Delectari altero æquè ac seipso, provocare aliquem amore, non concedere cuiquam in diligendo, colere amorem, acquiescere in charitate, delectari amore, amor exardescit, est mihi in amoribus.

Ich hab dich sehr lieb/du bist auff Erden mir der liebste.

Nihil mihi est te charius, secundùm Deum, excepto Deo; cùm à Deo discessi, nemo mihi est te charior, ego te ut oculos meos, aut si quid oculis est charius, diligo, Ut pater in filium, ita ego in te sum animatus, Amoris erga me, cùm à fraterno amore, domesticoque discessi, tibi primas defero, tu mihi secũdùm illum ita es, ut sis penè pars; hoc existima neminem te tui amantiorem habere, Habeo te quidẽ ferè meipso chariorem, Hæres mihi in animo, in medullis, in intimis sensibus. Primùm in amore Deum, te habeo proximũ, Æquè, similiter, pariter, ac me ipsum, non aliter ac meipsum, itidem ut meipsum te diligo, sic te diligo, ut neminem magis ne meipsum quidem. Cùm te multi diligant, tamẽ in amore principatum appeto, primas mihi partes vendico, principem locũ obtineo, Summè, vehementer, valdè, magnoperè, maximoperè, maximè, etiam atque etiam, mirè, mirificè, incredibiliter, unicè, singulariter, ex animo, cum primis, egregiè, ex intimo sensu, insigniter, apprimè, oppidò, admodum, inprimis, majorem in modum, minimè vulgariter, mi-

rum in modum, non mediocriter te diligo.

Ich hab dich so lieb als meinem Bruder.

Diligo te fratris loco, tanquam fratrem te amo, te in germani fratris semper dilexi loco, tam mihi charus semper fuisti, quàm frater.

Ich habe dich billich lieb.

Meritò te amo, non injuriâ te amo, non immeritò, amo te meritò tuo plurimum, meritò te magnifacio, amo te, idque meritò tuo.

Eine Jungfraw lieb haben.

Capi amore alicujus, occupari in amore, Amare afflictim, miserè, perditè. Adjicere animum ad aliquam, dare operam amori, hærere in amore apud puellam, versari in amoris rota, Esse totum in amore, Obsequi amori, insanire ex amore, abundare, excruciari amore. Perire amando, deperire amore aliquam, ardere amore hospitæ, deperire amore misero, amor me afflictat, deperire in aliquam.

Lieb gehalten werden.

Existere, esse charum, acceptum, jucundum, &c. Certatim amari, in medullis alicujus hærere, In medullis alicujus inclusum esse, residet in eo amor in te.

Durch Liebe darzu gebracht werden.

Moveri, adduci, flecti, excitari, incitari, impelli amore, obsequi, obtemperare amori, facere, efficere, perficere aliquid amore.

Seine Liebe an Tag geben.

Præ se ferre amorem, dare signum amoris, ostentare, testificari amorem.

Eines Liebe spüren.

Pignus habere amoris, vestigium perspicere amoris, perspicere, experiri amorem, munitũ, septum esse charitate alicujus.

Die Liebe erhalten / hefftiger lieben.

Conservare, servare amorem, retinere charitatem, tueri, augere amorem, addere aliquid ad amorem, cumulus accessit ad amorem, crevit amor.

Wiederumb lieben.

Respondere amori, & in amore, certare amore, redamare, vicissim amare, provocatus in amore respondeat.

Sich unter einander lieben / Wir haben einander lieb.

Mutuò diligere se, mutuò inter se amplecti, mutuo amore se complecti, mutuâ benevolentiâ se prosequi, Mutuò amamus inter nos. Pariter, æquè, similiter, vicissim, amore non dissimili, amore mutuo, amore pari amamus inter nos, pari amore nos mutuò prosequimur. æquali invicem sumus benevolentiâ, utinam mihi esset pars æqua amoris tecum, Charitas est inter nos æqua.

Du hast mich nicht so lieb als ich dich.

Animus tuus in amore mihi non respondet, parem in me benevolentiam minimè declarasti, mutuæ benevolētiæ significationem non dedisti, Non te esse mutuo erga me animo demonstrasti, te non pariter atque ego sum in te animarum ostendisti, tuum in me amorem cum meo non conferendum esse video, longè cum inferiorē video.

Das Band der Liebe zerreissen.

Dirimere, divellere amorem, charitatem, divellere aliquem ab amore, exhaurire amorem injustitiâ, labefactare amorem, ab amore aliquem avertere, amorem interrumpere.

Auffhören zu lieben.

Deponere, excutere, abjicere amorem, ex animo ejicere amorem, detrahere aliquid ab amore, laxare aliquid ex amoris vinculo, à charitate abhorrere, ruit charitas.

Der Liebe widerstehen.

Resistere, repugnare amori, extinguere amoris flammas.

Ein Liebe Tranck/Tranck der Liebe.

Philtrum, poculum amatorium, amatorium virus, amatorium venenum.

De Odio.

Haß/Vngunst/Widerwillen/Groll.

Odium, malevolentia, animus malevolentiâ suffusus in aliquem, animus inimicissimus in aliquem.

Epith. Mirificum, insigne, acerbissimum, immane, par, simile, apertissimum, occultum, inclusum in sensibus, publicum, privatum, commune, civile, vetus, diuturnum, Vatinianū, magnum, majus, maximum, infinitum, totum, nimium, gravius, acre, acerrimum, crudele, justum, injustum, obscurum, penitus insitum & inustum animis, summum, omne, universum, incredibile, singulare, insigne, acerbum, acerbissimum, infestum, hostile, capitale, debitum alicui jam diu, non mediocre, nefarium, pervulgatum, intimum, compressum atq; tacitum, pristinum odium, sum̄a malevolentia, permulta odia, plena odiorū omnia.

Verdrießlich/ beschwerlich/ verhasst.

Odiosus, perodiosus, subodiosus, invisus, perinvisus, subinvisus, omnibus invisus, adeò invisus, nihil odiosus, aliquantò odiosior, exosus, intolerandus, vita ejus infesta est.

Vngünstig/gehässig/auffsetzig.

Osor, malevolus, malè sentiēs, infensus, infestus, omninò infestus, vehementer infensus, turpiter malevolus, pertinaciter infensus, Suffusus, infuscatus malevolentiâ, gravis, acer, vehemens, sævus in aliquem, propensus ad exitium alicujus, incumbens in alicujus perniciem, iniquus in aliquem, iniquiore animo in aliquem, male animatus in aliquē, infest

infeſto animo in aliquem, veteri odio incenſus.

Feinſelig/gehäſſig.

Odioſè,infenſè, infeſtè.

Haß/Feindſchafft anrichten/Haß erwecken.

Excitare, concitare omnium odia in aliquem,Incitare, concitare,excitare animus odio, facere alienationem,odium inurere, inſerere. Commovere, gignere, creare,parere odium,incendere, inflammare odium, facere infeſtum, Creſcit, renovatur, augetur,inflammatur odium, Vocare aliquem in odium,Adducere, rapere, retrahere aliquid in odium, ſubjicere aliquem odio, afferre odium alicui,&in aliquē, reddere aliquē infeſtum, Struere,excitare alicui odium,ſtruere odium in alios, ad odium revocare,conflare alicui odium,conciliare,colligere alicui odium.

Einen Haß/oder Groll auff einen werffen.

Incendi,inflamari,imbui odio, inuri odium mentibus,concipere,ſuſcipere odium in aliquem.

Einen haſſen.

Ardere,flagrare alicujus odio. Eſſe infenſum, infeſtum alicui, odio aliquem habere, Habere odium in aliquem, habere aliquē inviſum,odiſſe, Maximè,mirandum in modum, malè, pejus, acerbè,acerbiſſimè, penitus,jure. palàm,nō abſq; cauſa odiſſe, Eſſe in aliquem hoſtili odio, diſſidere ab aliquo odio capitali,Sūmo odio proſequi, me cepit odium ejus rei, me tenet odium ejus rei,odia civiū in eum ardēt, averſiſſimo in eum animo ſum.

Sehr haſſen / einen Abſchew für einem haben.

Extremè averſari,abominari, execrari,deteſtari,odiſſe aliquid nihil odioſius,nihil magis deteſtandum, abominandum, execrandum ducere, peſſimè odiſſe, nihil pejus odiſſe, cane pejus & angue odiſſe, gravi aliquem odio perſequi, odio capitali ab aliquo diſſidere, eſſe alicui admodum inviſum.

Seinen Haß an einem ſehen laſſen/ Haß außlaſſen.

Profundere,conferre, deflectere odium in aliquem, Gravi aliquem odio proſequi, perſequi, odio plus quam Vatiniano, aliquem inſectari,hoſtili animo in aliquem deſævire, agreſti odio aliquem proſequi. Odiſſe quoſdam odio capitali,Explere,ſatiare,ſaturare odium, effundere odium, profiteri, præ ſe ferre, expromere,patefacere odium.

Gehaſſet / angefeindet werden/ Haß/ Zorn verdienen / verhaſſet werden.

Venire,incurrere, irruere in odium, ſubire odiū, cadere in offenſionem, contrahere odium, eſſe in odio, Affligi,irretiri,premi,everti odio,perferre odia,ſorbere odia,eſſe inviſum,ſuſcipere odia aliquorū,eſſe alicui odio,eſſe in odio apud aliquē, Sum illi odioſus,

odiosus, odium in me habet, in odio esse apud civitatem, & odio esse civitati. Odium in se cõvertere, injustus communi omnium odio flagrat.

Jederman hasset jhn.

In odio est apud omnes, magno odio est omnibus, vel in odio est omnibus, Nemo est, quin illum oderit, nemo est, qui non habeat in illum odium. Conciliavit, contraxit sibi omnium odium, omnibus invisus est, alienum omnes in eum habent animum, omnium civium odium est in Antonium.

Aus Haß etwas thun.

Moveri, commoveri, permoveri, duci, induci odio, parere odio, Efferri, agere, facere, comittere aliquid odio, fecit id odio mei, fecit id suâ in me malevolentiâ.

Einer ist dem andern gehässig.

Oderunt se mutuo, invicem. Alter alterum odit, uterq; alteri odio est, sunt inter se invisi infestique, odium est illi cum altero, odio dissident, alter alterum vicissim odit.

Ich mercke daß er mir gehässig ist.

Apparet ejus odium, Argumentum ejus odii hoc reperitur, monumẽtum ejus odii, Cernere alicujus odium, odium ejus erupit in eo, Indicavit, expromsit odium in hac re.

Einem den Haß außreden/ zur sühne reden.

Revocare animos ab odio, Placare, lenire odium, dimovere odium, mitigare, restinguere, sedare, extinguere, reprimere odium sublevare offensum, sublevare odium, placare aliquem.

Den Haß hinlegen.

Ponere, deponere odium, offensionem, dimittere, abjicere odium, concoquere odium.

Sich herauß wircken aus dem Haß.

Vitare, effugere odium, liberari malevolentiâ.

De Amicitia.

Freundschafft.

Amicitia, necessitudo, necessitas, conjunctio, Jus, nomen, confirmatio amicitiæ, usus familiaritatis, conjunctio consuetudinis, conjunctio morum, animorum, studiorum, benevolentiæ, Vita, victusq; communis, Cursus vitæ simillimus, Societas vitæ ac communitas, consuetudo quotidiana vitæ, victûs, Communitas vitæ atque victûs, similitudo morum, studiorum, voluntatis conjunctio, studium in memoria amicitiæ, Stabilitas, utilitas, cõmoditas, fructus, præsidium, jucunditas, suavitas, voluptas, vetustas amicitiæ, amabilissimus modus amicitiæ.

Gute/getrewe/starcke/beständige Freundschafft.

Vera, verissima, justa, sancta, sanctissima, Pyladea, maximè memorabilis, insignis, magna, major

major, maxima, concors, inviolata, firma, firmiſſima, conjunctior, ſtabilis, fidelis amicitia, conjunctio, juſta, conjunctiſſima, neceſſitudo, Cauſæ juſtæ, graves, complures, non leves neceſſitudinis, neceſſitudinis ſanctioris vinculum, amicitia in qua nihil fictum, ſimulatum, inſidioſum, perfidioſum, fallax, humile, jejunum.

Angeneme Freundſchafft.

Grata, gratiſſima, officioſa, jucunda, ſuavis, jucundiſſima, ſuaviſſima, dulcis amicitia, conjunctio, amabiliſſimus modus amicitiæ.

EPITH. ALIA. Ampla, florens, melior, afflicta, remiſſior, liberior, paterna, vetus, pervetus, nova, fraterna, privata amicitia, neceſſitudo. Amicitiæ nimiæ, mediocres, vulgares, leves, ambitioſæ, fucoſæ, communes, novæ, ſempiternæ.

Ein Freund.

Amicus, amiciſſimus, quâm amiciſſimus, amantiſſimus tui, amator communis noſter, conjunctus uſu familiaritatis, ſummâ benevolentiâ, plurimis officiis. Conjunctiſſimus neceſſitudine & benevolentiâ, intimus & domeſticus, Accommodatus ad vitæ meæ rationem & conſuetudinem, neceſſarius maximè mihi, perneceſſarius, Studioſus, cupid⁹, percupidis mei, Un⁹ ex nobis, ex noſtra domo, de meis domeſticis, & maximè neceſſariis. Nemo amicior, cõjunctior, ſum̃us amicus, conjunctus multis cauſis neceſſitudinis, maximis, plurimisq; officiis, conjunctus cum aliquo amicitiâ, neceſſitudine.

Ein rechter/getrewer/angenemer Freund.

Amicus verus, certus, fidus, fidelis ex animo, firmus, fortis, benevolus, locuples, officioſus, ſuavis, dulcis, blandus, vetus, antiquior, antiquiſſimus, paternus amicus, vetus neceſſarius.

Viel Freunde.

Multi, complures, plurimi amici, neceſſarii, multitudo intimorum, Copiæ, catervæ, greges amicorum, non pauci amici, multæ, plurimæ neceſſitudines, multitudo intimorum.

Wenig Freunde.

Pauci amici, paucitas, inopia, exigua copia, vix tria aut quatuor paria amicorum.

EPITH. ALIA. Amici timidi, acerbi, falſi, inſidioſi, improbi, ſtulti, perfidi, communes, Neceſſarius, communis, privatus, paternus, recens, novus amicus.

Freundlich/inniglich/ Amicè, amanter, intimè, conjunctiſſimè.

Eines Freundſchafft ſuchen/ begehren.

Expetere, appetere, deſiderare, quærere amicitiam alicujus, Ambire, ſequi, perſequi amicitias, amicitiam alicujus.

Freundſchafft machen/ zu Freunden machen.

Conciliare amicitiam, efficere necessitudinem, traducere aliquos ad amicitiam, conjugare amicitias, necessitudines, conciliare inter se homines, Respub. mihi amicitiam cum eo conciliavit, utilitas amicitias conglutinat, obsequium amicos parit. Sic amicitia nascitur, oritur ex hac re, conflare amicitiam.

Sich befreundē/Freundschafft machen/sich in eines Freundschafft begeben.

Parare, comparare amicitiam, acquirere, parare amicos, Constituere, instituere amicitiam, necessitudines, facere cum aliquo necessitudinem, amicitiam, efficere necessitudinem. Attrahere, contrahere, conflare amicitiam. Jungere, conjungere, adjungere amicum aliquem alicui. Reddere, facere, conciliare novam conjunctionem, Devincire se amicitiæ alicujus vinculo, devincire hominum voluntates amicitiâ. Cupit pervenire in amicitiam tuam operâ meâ, cōferre se in amicitiam vel ad amicitiam alicujus. Adrepere ad amicitiam alicujus. Applicare se ad alicujus amicitiam. Amicitiæ fores alicui aperire, in sinum alicujus se conferre, confugere, aditum habere ad amicitiam, instituendarum amicitiarum primi congressus, insinuare se in alicujus amicitiam, consuetudinem, adjungere sibi amicitias aliquorum, indulgere amicitiis novis.

Ich mache gerne Freundschafft mit ehrlichen Leuten.

Cum viris honestis libenter amicitiam contraho, ineo, coeo, instituo, jungo, eos facilè amo, amicos mihi libenter adjungo, Applico me, adjungo me libēter ad eorum amicitiā, sponte meâ ad eorum amicitiam accedo, ad eos amandos propendeo, inclino; Coire cū aliquo in amicitiā.

Einen in seine Freundschafft nemen.

Accipere, recipere, asscribere aliquem in amicitiam, necessitudinem. Adjungere sibi aliquos ad necessitatem suam; Comprehendere, complecti aliquos amicitiâ, Sociare amicitiam, Deligere, eligere, instituere, facere amicum, adjungere sibi aliquem suâ amicitiâ dignum, admittere aliquem in amicitiam, Annumerare, asscribere, adsciscere, addere aliquem amicis suis, catalogo amicorū suorum. Referre, ponere, collocare, recipere, legere, cooptare aliquem inter amicos, in numerum, catalogum, album amicorum suorum.

Einen seiner Freundschafft werth achten.

Dignum, perdignum, dignissimum aliquem judicare vel esse amicitiâ, conjunctione alicujus.

In eines Freundschafft kōmen.

Venire, pervenire in amicitiam, incidere in amicitias, implicatum esse alicujus amicitiâ, in amicis alicujus esse, necessarium

alicu-

alicujus vel alicui eſſe. Eſſe alicui in neceſſ iis, conjunctiſſimum eſſe, in in..mis eſſe, & maximè neceſſariis, In ſinu alicujus eſſe.

Freunde haben.

Habere amicitias, neceſſitudinem cum aliquibus, intercedit neceſſitudo mihi cum eo, attingere aliquem neceſſitudine, habere aliquem amicum, conjunctum neceſſitudine, neceſſarium, abundare copiâ amicorum, Tenere, obtinere amicos, Florere, valere amicis, Florere copiâ amicorum, non deſiderare amicorum multitudinem.

Mit einem Freundſchafft halten.

Eſſe alicui amicitiam cum aliquo, vel neceſſitudinem inter aliquos, colere neceſſitudinem, gerere amicitiam fide, uti alicujus amicitiâ, Eſſe alicui amicum, amiciſſimum, neceſſarium, intimum, Habere aliquem in ſuis, in numero ſuorum, habere amicitiam cum aliquo, neceſſarium aliquem in primis habere, conjunctè vivere cum aliquo officiis amicitiæ.

Wir ſind gar gute Freunde.

Arctiſſima neceſſitate conjuncti ſumus, vinculis arctiſſimæ familiaritatis aſtricti ſumus, ſummus mihi cum eo intercedit uſus, utor eo, isq; me viciſſim valde familiariter, amicitia firma eſt inter nos, ſumus conjunctiſſimi, conſentientes ſenſibus, ſingulari concordiâ, magnâ eſt inter nos voluntatũ & ſtudiorum conjunctio, arctiſſimo neceſſitudinis vinculo conjũcti ſumus, nihil eſt noſtrâ neceſſitudine cõjunctius, Sic aucta eſt, ita crevit noſtra conjunctio, ut nihil poſſit ad eam accedere.

Wir ſind gute Freunde geweſen von Jugend auff.

Amicitia eſt inter nos inita, inſtituta, contracta jam inde à prima adoleſcentia, Amare cœpimus inter nos jam tum, cùm adoleſcentuli eſſemus, In amicitiam coivimus à primis adoleſcentiæ annis, ortus eſt inter nos amor, cùm ex ephebis vix dum exceſſiſſemus, &c. A puero, ab incunabilis, à rudibus annis, à teneris unguiculis, jam inde â puero ejus amicitiâ uſus ſum.

Gute Freundſchafft halten/ erhalten.

Præbere ſe conſtantem, ſtabilẽ in amicitia, præſtare jus, officiumque amicitiæ, Tueri amicitiam, ſervare, conſervare, continere, retinere amicitiam, in amicitia manere, permanere, incolumem ſervare conjunctionem, Perpetuam tenere conjunctionẽ, amicos retinere obſervantiâ, colere amicitiam, gerere amicitiam fide, conſtanter fovere quos ſemel amplexus ſis, Colere, amplecti, obſervare amicos, adeſſe, prodeſſe amicis redimere ſibi amicos, amicitiæ indulgere.

Freundſchafft ſtärcken/vermehren.

Augere acceſſitudinem, conjunctionem, acceſſionem afferre ad neceſſitudinem, firmiorem facere, reddere amicitiam, confirmare amicitiam, In amicitia provehi, amicitia hac recreſcit, ſerpit, accreſſit, confirmatur.

Ich wils darthun daß ich dein Freund bin.

Nullum erga te officium hominis amantissimi prætermittam, Meam in te non mediocrē, non vulgarem; eximiam, summam, singularem, incredibilem benevolentiam re declarabo, ostendam, patefaciam, quovis officiorum genere testificabor, testatam apud te rerlinquam, tibi probabo, sic officiis & studiis illustrabo, ut eam & tui & omnes clarissimè cernant, ut ea tibi, atque adeò cunctis hominibus clarissimè pateat.

Freundschafft halben etwas thun.

Adductum amicitiâ facere aliquid, Pro necessitudine, causâ, ratione, nomine necessitudinis aliquid facere, Cedere, dare aliquid amicitiæ, debere necessitudini, satisfacere necessitudini, ostende me nonnullum apud te gratiæ locum obtinere, nomine, jure, fiduciâ amicitiæ aliquid facere, posse plurimum apud aliquem amicitiâ, gratiæ causâ alicui suffragari, facere, quod à judicio non possis, fac impetres ab amore, Quod veritati non potuit, amori tribuit, ut tua scripta testimonio sublevaret.

Freunde trennen.

Avocare aliquem à conjunctione alicujus, distrahere aliquem ab amicitia, dissociare amicitias, dirimere, disjungere conjunctiones, adimere necessitudinis charitatem, disjungere aliquem ab amicitia.

Freundschafft trennen / auffheben.

Labefactare, pervertere, evertere amicitiam, perfringere, labefactare conjunctionem, amicitiam, Eximere è rerum natura benevolentiæ conjunctionem. Amicitiam invertere, levare, frangere, præcidere, discindere, dissuere, dirimere, dissolvere, disrumpere, revellere, Jus omne conjunctionis tollere, delere, extinguere.

Freundschafft nicht mehr halten wollen.

Defugere ab amicitia, conjunctionem defugere, elevare amicitiam remissione usûs, deponere, relinquere, dimittere, fugere, spernere amicitiam, oblivisci amicitiæ, negligere amicitiam, repudiare nomen necessitudinis, Aspernari, repellere amicitiam, minuere amicitiam, transfugere ab afflicta amicitia & ad florentem devolare, refugere amicitias, removere se ab amicitiâ, laxare vincula amicitiæ, Ex sinu suo aliquem dimittere.

Die Freundschafft verlischet.

Amicitia extinguitur, intermoritur, aboletur, vacillat stabilitas amicitiæ, claudicat amicitia.

Wider die Freundschafft handeln.

Deserere jus amicitiæ, simulatione amicitiæ aliquem prodere,

re, injuriam facere amicitiæ, violare amicitiam, necessitudinem, negligere officium amici; deesse amicis, Deserere, abjicere, prodere, perdere, destituere, relinquere amicum.

Keine Freunde haben.

Amicorum inopiâ laborare, amicos requirere, destitui, deseri ab amicis, amici desciverunt, discesserunt, recesserunt, Inopem esse ab amicis, carere consuetudine amicorum; carere fructu amicitiæ, amicitiæ extinctæ sunt, amicis orbari, desiit esse meus.

De Inimicitiis.

Feindschafft/Widerwillen/Vngunst/Vneinigkeit.

Inimicitiæ, inimicitia, simultas, disjunctio, distractio, discrepantia, dissidium, Invidia, violentia, tela, impetus, injuria, crudelitas, calumnia, contumelia, fraus, perfidia, insidiæ, paucitas inimicorum, adversariorum.

Grosse/ geschworne Feindschafft.

Inimicitiæ graves, nobiles, maximæ, testatæ, indictæ.

Offentliche Feindschafft / Inimicitiæ apertæ, indictæ, celebres, insitæ.

Heimliche Feindschafft / Inimicitiæ tacitæ, occultæ, simultates obscuræ. EPITH. Inimicitiæ justæ, justissimæ, periculosę, muliebres, veteres, novæ, simultates magnæ, multę, non inutiles.

Feind/Widersacher.

Inimicus, alienus ab aliquo, adversus, adversarius, alienatus, abalienatus, infensus, animo abalienato ab aliquo.

EPITH. Inimicus vel adversarius gravis, molestus, acerbus, acerbissimus, magnus, potens, potentissimus, verecundus, acer, acrior, acerrimus, volũtarius, crudelissimus, apertus, nocens, vetus, communis, paternus, perennis. Vehementer, apertè, graviter, odiosus, crudeliter, publicè, usq; eò inimicus, nemo inimicior. Multi, plures, plurimi inimici, adversarii, plenus aliquis inimicorum. Adversarius minùs acer, levior, facilis, gratiosissimus; capitalis, palàm adversarius.

Feindselig.

Inimicè, infestè, hostiliter.

Einen Feindschafft ankündigen/ die Freundschafft auffsagen.

Denunciare, indicere alicui inimicitias, profiteri se inimicum, bellum alicui indicere, renunciare amicitiam, confirmare inimicitias, ostendere inimicitias, dirumpere amicitiam offensione aliquâ exortâ.

Feindschafft auff sich nehmen / einen zum Feinde machen.

Subire, suscipere inimicitias, simultates cum aliquo, Reddere aliquem inimicum, capere, inimicitias, inimicos, facere sibi inimicum, suscipere cum aliquo bellũ sempiternum, Venire, descendere ad inimicitias, reddere aliquem sibi inimicissimum, Incendi odium ejus in me, vocare ad inimicitias, adire inimicitias, abalienare à se homines, malevoli conabantur alienare à te voluntatem meam, totum se abalienare ab aliquo, Impositum est mihi onus simultatis.

Feinde werden.

Dirumpere amicitias, tollere nodum amicitiæ, disjungere cõcordiam, res venit ad inimicitias, dissidia amicorum fiunt, ira intervenit inter nos, Inimicitias concipere, rumpere fœdus amicitiæ. Amicitiæ convertunt se in graves inimicitias.

Ich bin sein Feind/ich trage Feindschafft zu jhm.

Sunt mihi simultates, inimicitiæ cum eo, intercedunt mihi inimicitiæ cũ eo. Habeo, gero, exerceo cum eo inimicitias, inimicor ipsi.

Adversari, repugnare ipsi soleo. Venio ipsi inimicus, habeo cum ipso simultates susceptas, habeo eum inimicum, habeo eum pro hoste, in numero hostium, Est mihi bellum cum eo, sum ipsi iratus, simultatis aliquid est mihi cum eo, dissideo ab ipso animo & voluntate.

Sie sind Feinde mit einander / sie sind vneins.

Discordant, dissident, dissentiunt inter se. Gerunt iras, inimicitias inter se. Sunt inter eos inimicitiæ, existunt inter eos inimicitiæ. Dissensio vel ira intercedit inter eos, geruntiras mutuò. Simultates mutuò fovent, alunt, simultates inter se fovent, alunt, insident in familiis inimicitiæ.

Feindschafft außlassen.

Inimicitias exercere, gerere, explere, persequi, inimicitias regio more exercere.

Angefeindet werden.

Vexari, urgeri ab jnimicis, uti aliquibus inimicissimis, uti aliquo iniquiore, crudeliter mihi inimicus est.

Feindschafft hinlegen.

Donare, permittere, concedere inimicitias reipub. Deponere, extinguere inimicitias, simultates, ab inimicitiis discedere, resederunt simultatis reliquiæ.

De Humanitate.

Sanfftmut/Gelindigkeit/Freundligkeit/Gütigkeit/Gnade.

Mansuetudo, lenitas, lenitudo, humanitas, comitas, æquitas, facilitas, affabilitas, æquanimitas, bonitas, benignitas, clementia, indulgentia, suavitas, jucunditas, popularitas, Sal humanitatis, comitas sermonis, condimenta humanitatis, affabilitas sermonis, lenitas verbi, Lenitudo, mansuetudo animi, morum, Facilitas morum, æquitas animi, festivitas, remissio animi, dissolutio animi, species, exemplum boni viri.

Epith. Summa, excelsa, singularis humanitas. Non parùm, plena, plenissima res humanitatis, æquitatis, mansuetudinis, Jucunda humanitas, suavitas humanitatis, non parum humanitatis.

Summa, solutior, grata, pristina nimia, nova, perpetua, ad breve tempus duratura lenitas. Plurimæ jucunditates, singularis comitas, comitate condita gravitas, dulcis, decocta suavitas, jucunda comitas.

Clementia singularis, mira, admirabilis, omnium laude, prædicatione, literis monumentisque decoranda, popularis, Insidiosa, inaudita, inusitata, plena res clementiæ, simulatio clementiæ.

Sanfftmütig / freundlich / linde / leutselig/gütig/lãgmütig/gnädig.

Humanus, mansuetus, perhumanus, præditus summâ humanitate, summæ humanitatis, longè humanissimus, comis atq; humanus, moderatus ad omnem rationem humanitatis, temperatus multâ humanitate, ornatus omni humanitate, homo summâ humanitate, affabilis in sermone, perblandus, benignus, lepidus, comis, minimè ambitiosus, parũ vehemens, dulcis tamen, Specimen, species, effigies, exemplum humanitatis, clementiæ, mansuetactus, naturâ mitis & clemens, æquus, bonus, benignus, lenis, mitis, mitigatus, nihil tam mansuetum, mite, nihil lenius, humanius, ex omni genere humanissimus, verè humanus, nemo dulcior, jucundior, suavis, perfacilis, facilis convictu, commodis moribus, hilari, benigno admodum vultu, nihil humanius eo vultu, vultus qui facilè gratiam ineat, benevolentiam conciliet, propensus ad humanitatem, proprio naturæ munere factus ad humanitatem.

Einen lindern / sanfftmütig machen/der Barmhertzigkeit erinnern.

Lenire, delinire, mitigare aliquem, Informare aliquem, ad humanitatem, humanitate polire, mansuefacere, Vocare, revocare aliquem ad misericordiam, humanitatem, lenitatem. Reddere aliquẽ placidũ, mollẽ, traducere aliquẽ ad misericordiã, facere leniorẽ, mitẽ. Multis condimentis humanitatis aliquem mitigare.

Seine Hoffnung auff eines Lindigkeit/Gnade vnd Barmhertzigkeit setzen.

Confugere ad clementiam alicujus, spẽ habere positam in alicujus humanitate, Fidere alicujus humanitati, fretus clementiâ tuâ hoc facio, reponere causam in mansetudine & humanitate aliquorum.

Gelinde fahren/ einem Freundligkeit/Gnade beweisen.

Tribuere alicui indulgentiam, Administrare aliquid clementiâ, exercere facilitatem, complecti aliquem comitate, comprehendere aliquem humanitate, facere aliquid cum lenitate, tueri aliquem obsequio, rationem habere humanitatis. Humanissimè, modicè, modestè, humaniter, sine severitate aliquid facere, agere partes lenitatis, mitigare severitatem lenitate ac misericordiâ, humanitate aliquem juvare, opem ferre clementiâ, humanitate aliquem levare, conservare aliquem clementiâ.

Freundlich/gelinde/Gespräch seyn.

Præditum, antecellentem esse humanitate, habere humanitatem, propensiorem esse ad lenitatem, commoveri sensu & indulgentiâ, dare se ad lenitatem, Esse magnâ humanitate & clementiâ, obtinere humanitatem, lenitatem, vincere alios clementiâ, uti lenitate, clementiâ, humanitate, Est in eo humanitas sũma, bonitas clementia, Parem, superiorem esse facilitate, Esse comem, fa-

cilem, suavem, præbere se facilem, percomem haberi, existimari lenem & facilem, Clementem se præbere, clementiæ plenum esse. Comitatem sermonis habere, humanitatem colere, facilem se atque omnibus obvium præbere, omnes blandè excipere, cum omnibus humanè colloqui, integritatem cum summa comitate ac facilitate copulare, præbere se facilem in rebus cognoscendis, non parum habere humanitatis in hominibus admittendis & audiendis, Neminem novi qui plus habeat, possideat, ostendat humanitatis, in quo plus humanitatis, plus officii sit, qui sit illi humanitate pręferendus, qui magis ad humanitatem propendeat, qui humanitatis laude illi sit præstantior, qui humanitate magis abundet, qui illum humanitate vincat, illi præstet, qui antecellat humanitate, Nemo est illo majoris officii, humaniore sensu, officii studiosior, in officio diligētior.

Eines Freundligkeit/Gnade/Güte spüren/erfahren.

Agnoscere, cognoscere, novisse, experiri alicujus lenitatem, humanitatem, frui humanitate alicujus, gustare alicujus suavitatē, obtinere aliquid humanitate alicujus, monumentum hoc est ejus clementiæ, perspecta est ejus humanitas, lenitas, clementia, utor eo facilimo, Perspectam habeo facilitatem tuæ naturæ, hoc genus humanitatis non experieris in nostris.

Durch seine Freundligkeit/Lindigkeit etwas erlangen.

Consequi aliquid facilitate, efficere aliquid obsequio, ferre rem facilitate, obsequio, conciliare, retinere animos comitate, clementiæ specie aliquem sibi devincire, comitate aliquem sibi conciliare.

Eines Lindigkeit/Freundligkeit mißbrauchen.

Abuti lenitate, obsequio alicujus, Depravari, ferocem, arrogantem fieri indulgentiâ, abuti facilitate.

De Morositate.

Seltzamkeit/mürrisch/ungestüm.

Morositas, inhumanitas, austeritas, torvitas, asperitas, odiosa morositas, rusticitas, importunitas, acerbitas, duritas, duritia, Immoderata, impudens inhumanitas,

Eigensinnig/undienſthafftig/unhold/wünderlich/unfreundlich.

Morosus, difficilis, inhumanus, immansetus, illepidus, torvus, vultuosus, importunus, durus, ferox, asper, vehemens, ferreus, severus, mirabiliter morosus, submorosus, omnibus aliis asper, ingenio effero, agresti, contrahens supercilium, truci aspectu, obstinatus, duræ cervicis, imitis, parùm blandus, inhumanissimus, expers humanitatis, inops humanitatis, asper naturâ, alienus ab homine, capitosus, cerebrosus, difficilis & importunus.

Er ist unfreundlich/undienſthafftig Saurtopff

Est moribus illaudatis, tetrico convictu est, est moribus incommodis,

modis, nihil ferre poteſt, tantâ eſt moroſitate, Cum nemine ipſi convenit, ejus mores ab omniũ moribus abhorrent, minimè accommodatus eſt ad mores, ad conſuetudinem, ad naturam, ad ingenium cujuſquam, alienus eſt ab omnium conſuetudine, non conformare poteſt ſuos mores ad naturam alicujus, faſtidit aliorum mores, alienus eſt ab humanitate, longiſſimè abeſt ab humanitate, parum ineſt in eo humanitatis, ignorat omnẽ humanitatem, minimè de humanitate laborat, nihil agit hilariter, omnis officii expers eſt, longè abeſt ab officio, ab humanitate remotiſſimus eſt, nihil poſſidet humanitatis, minimè omnium humanitatem colit, diligit, exercet, omnia auſterè, nimis aſperè agit, deeſt ipſi comitas & humanitas.

Vnfreundlich.

Moroſè, auſterè, importunè, duriter, aſperè, acerbè, inhumaniter.

De Crudelitate.

Grewlich / tyranniſch/ Grawſamkeit/Blutgierigkeit/Härtigkeit/ vnmenſchlich.

Crudelitas, inclementia, ſævitia, feritas, ferocia, ferocitas, diritas, atrocitas, immanitas, importunitas, acrimonia, crudelis inhumanitas, ĩmoderata inhumanitas, veſtigium, monumentũ, memoria crudelitatis, infamia crudelitatis, Dominatio, terror dominationis, ingenium inhumanum, ingenii atrocitas, impunitas ſumma gladiorum, licẽtia gladiorum, forma & ſpecies tyrannidis, tyrannis, crudelis dominatus.

EPITH. Crudelitas, ſumma, immanis, arrogans, nefaria, inſatiabilis, regia, inaudita, ſingularis, gravis, teterrima, barbara, diuturna, incredibilis, nobilitata, atrox, importuna, hoſtilis, nova, omnis, Parva particula ſcelerum & crudelitatis.

Immanitas barbara, omnis, agreſtis, beluina, nefaria, ĩmanis atrocitas, horrendi facinoris, intolleranda, effrenata ferocitas, invidioſa atrocitas, omnis diritas, nimium acrimoniæ.

Blutdürſtig/wůterich/grawſam/ tyranniſch.

Crudelis, ſævus, dirus, immanis, immiſericors, atrox, præditus immanitate, præditus crudelitate ſingulari, ferox, ferus, belua, teterrimus omnium ĩmanitate, ſanguinarius, cruentus, ſanguinolentus, Tyrannus, ſimilis tyrannorum, teter, trux, truculentus, immanitate efferatus, nimis ferox, durus, omni diritate atq; immanitate teterrimus, horribilis, ferreus, inimicus humanitati, crudeliſſimus omnium, nihil tetrius, nihil dirius.

Blutdürſtiglich / vnmenſchlich/ tyranniſch.

Crudeliter, inhumaniter, tyrannicè, violenter, ſeverè, vehementer,

menter,atrociter,asperè,acriter,
tetrè, ferociter, inhumaniter,
planè ferociter, acerbê, asperê,
multò ferociùs,more tyranni,ut
tyranni solent,paulò ferocius.

Zur Tyranney helffen/Anleitung geben.

Acuere crudelitatem, inflam-
mare aliquem crudelitate, im-
buere, perlinire aliquem crude-
litate,colligere, gignere,excogi-
tare crudelitatem,invehere diri-
tatem, adjungere acerbitatem
naturæ,Autorem, magistrum,
caput esse crudelitatis,atrocita-
tis,Conversum hoc est in crude-
litatem,in inhumanitatem effe-
ratur tetrâ immanitate.

Er ist ein Tyrann / ein Wüterich/ tyrannischer Natur / hat lust Blut zu vergiessen.

Singularis in eo est feritas,im-
manitas, crudelitas, acerbitas,
diritas,Est singulari crudelitate,
immanitate,asperitate,diritate,
Præditus est immanitate,crude-
litate, eminet ex ore crudelitas,
Ejus crudelitas satiari, expleri
nou potest,Abjecit,exuit, extir-
pavit ex animo omnem huma-
nitatem,amisit sensum humani-
tatis, crudelitate singulari im-
butus est, Humanitatis imme-
mor est, ab humanitate planè
derelictus est,Exultat crudelita-
te vel ferocitate, anhelat toto
pectore crudelitatem, ferocia e-
jus nimium effervescit.

Eine tyrannische That.

Res est atrox, res atrocitatem,
acerbitatem, acrimoniam ha-
bet, atrocitas facti hac ratione
augetur, non levatur hac rea-
trocitas facti.

Wüten/toben / tyranney uben/ grißgramnen.

Furere,sævire,fremere,facere
aliquid crudeliter, facere quod
nemo unquam tyrañus, ample-
cti omnes suppliciorum acerbi-
tates, exercere iracũdiam in su-
peratos, statuere aliquid tyran-
nicè in aliquos, non posse ferre,
non modò vocem, sed ne vultũ
quidem liberum, nihil præteri-
re,omittere crudelitatis, Repel-
lere humanitatem,exuere omnẽ
humanitatem, perfringere vio-
mnia repagula juris, officii, hu-
manitatis, Imperare superbè,
Delectari conviviis, quærere commessationes, nullum renuere convivium, jacere in conviviis, tempus tribuere conviviis, diem terere in conviviis, obire cœnas, cœnulas, captare cœnas.

Gerne Gast/ Cœnipeta.

Nicht zu gaste gehen wollen.

Cœnam recusare, renuere.

Zu gaste gehen.

Inire convivium, epulas, invitari in convivium, ad prandium, foràs ad cœnam, ire comessatum ad aliquem, venire in conviviũ, itare ad cœnas, recipere se ad cœnam ad aliquem.

Za gaste seyn.

Epulari, interesse convivio vel in convivio, uti conviviis, impediri conviviorum occupatione, epulari unà, adhiberi in convivium, ad prandium, ad cœnam, accubare cum aliquo, capere cibum cum aliquo unà, edere apud aliquem cœnantem, edere cum aliquo, cœnitare foris, convivere cum aliquo, comesse unâ, cum aliquo.

Frölich seyn in Gasterryen/ wol lebẽ.

Comiter & jucundè esse in convivio, facetum, dicacem, disertum esse in convivio ad vinum, hilarem in modum epulari, curare se molliter, habere diem luculentè, sumere hilarem diem, degere diẽ in lætitia, vivere lautè, delicatè, genialiter, jucundè, opiparè, apparatè frui cœnâ voluptuariâ, vivere Bacchanalia.

Lange sitzen in Gastereyen.

Producere convivium vario sermone, Potare inde usq; ad diurnam stellam crastinam, producere convivium in multam noctem, prandium cœnæ continuare, multo vino in serum noctis convivium producere.

Heimgehen.

Discedere de convivio, à mensa surgere, redire domum.

Wider hinein gehen.

Reddere se convivio,

De Fame.

Hunger/Fames, eſuries.

Hungerig/Famelicus,eſuriens, Eſurio.

Appetit zu eſſen/Appetentia cibi,appetitus,orexis,eſuritio.

Ich habe keine Luſt zu eſſen/Amiſi appetitum,palatum mihi torpeſcit,friget orexis.

Faſtung/ Inedia, jejunium,jejunitas.

Nüchtern/Jejunus,biduum jejunus.

Faſten / Jejunare, abſtinere à cibo.

Den Hunger erwecken / luſt zu eſſen machen.

Obſonare famem ambulando, obambulantes expectabimꝰ famem, acuere ſtomachum, inducere famem.

Dieſes macht einen luſt zu eſſen.

Hæc res afficit appetentiam, movet, excitat appetentiam, Ille cibus vellicat, & incitat deſidentem ſtomachum, excitat palatum dormientem, extimulat languidum palatum, famem ſublato omni faſtidio inducit.

Hunger leiden.

Ferre,perferre,pati,perpeti famem, patiens inediæ, debilitari fame, feſſum eſſe inediâ, laborare ex omnium rerum difficultate, fame & inopiâ rerum premi, cruciari,confici,ſummâ rei frumentariæ inopiâ premi.

Mich hungert.

Eſurio, ſtimulor fame, extimulor appetenentiâ edendi, fameo, dentes mihi pruriunt, Inteſtina murmurant, crepitant mihi, fames mihi dominatur, Commoveor,cogor fame, venio laſſis lactibus cibi vacuitate, affero integram famem, animus eſt in patinis, vacuus mihi venter crepitat, fauces lippiunt fame. Eſurio venio,non ſaturio.

Hungers ſterben.

Necari, enecari, ſuffocari, jugulari,confici, conſumi fame, Perire, interire, mori fame, inediâ, diſcedere è vita per inediam, fame macerari.

Hunger ſtillen/vertreiben.

Propulſare,depellere,explere famem cibo, famem ſuſtentare, famem ſaturare, placare latrantem & iratum ventrem, placare naturæ neceſſitatem, ſatisfacere naturæ.

De Siti.

Durſt.

Sitis,diuturna ſitis.

Durſtig.

Sitiens, ſitibundus.

Den ſtets dürſtet.

Siticuloſus, quantò plus bibit tantò plus ſitit.

Dürſten.

Sitire, maximè, graviter, ardenter ſitire,ſitim ferre,pati,tolerare, Premi, ardere ſiti, fauces arent ſiti.

Durſt leſchen.

itim pellere, ſedare, depellere, reſtinguere, explere, ſatiare, levare.

Durſt

Durst sterben.

Siti emori, enecari.

De Luxuria.

Schwelgerey/ sauffen/ fresserey/ gefresse/ quaß.

Luxuria, luxuries, luxus, helluatio, intemperantia, immoderata intemperantia, profusa luxuries, turpissima, fœdissima luxuria.

Eine Zeche.

Compotatio, perpotatio, circumpotatio, comessatio, concenatio, intemperatissimæ compotationes, compotatiuncula, symposium.

Schwelger/ Schlemmer.

Intemperans, gulosus, lurco, gurges, vorago, profundissimus gurges, Impurus, nequissimus, spurcissimus helluo, abdomini suo natus, epulo, homo singulari luxuriâ & inertiâ, ingluvies, barathrum, liguritor inexplebilis, abdomini inserviens, indulgens, ventri deditus, insaturabile abdomen, Luxuriosus, asotus, nepos, pecus, belua, nihil luxuriosius, valdè intemperans, perditus & profusus nepos, impurissima atque intemperatissima pecus, Cupes, cupediarius, cupedinarius, catillo.

Zechgesell.

Compotor, combibo, Sympota, sympotes.

Zechschwester.

Compotrix, sympotria.

Schwelgen/ fressen/ sauffen/ im Wollust leben.

Comessari, helluari, potare, perpotare, gulæ indulgere. gulæ deditum esse, dare se voluptatibus, metiri omnia ventre, pergræcari, addicere se intemperantiæ, dare se totum, deditum esse, tradere se constringendum voluptatibus, vivere in luxuria, diffluere luxuriâ, delicatè, molliter vivere, satiare intemperantiam, luxuriare, luxuriari, Epicureum agere, genialiter vivere, indulgere genio, luxuriâ diffluere, vivere in deliciis, in maxima rerum omnium affluentia, affluimus omnibus deliciis, planè Phæacũ vitam vivimus, jucundè, opiparè vivimus, fruimur cœnis voluptuariis, Crudi postridie nos rursus ingurgitamus, crudi venimus ad prandium.

Schwelgen schadet der Gesundheit.

Vires corporis minuit, diminuit, imminuit, comminuit, infirmat, debilitat, adimit, aufert, affligit, vitæ ratio minimè moderata, incontinentia, intemperantia, nequitia luxûs, libido, vita immmoderatè, incontinenter intemperanter, dissolutè, nequiter, sine modo, luxuriosè traducta.

De Ebrietate.

Trunckenheit.

Ebrietas, temulentia, crapula nimia, immoderata, cibi potusque ingurgitatio, immoderatus potus.

Lust zu völlerey.

Ebriositas, vinolentia, furiosa vinolentia, libido conviviorum.

Der Lust zu sauffen hat.

Ebriosus, vinolentus, temulentus, vinosus, vinarius, asotus, popino, amphora, multibibus, vinosissimus, ebrietatis nota infamis.

Lust zu sauffen haben.

Delectari vino, addicere vitam suam intemperantiæ, cõsuescit, assuescit, potare, incidere in vinolentiam, rapit illum vinolentia,

Grosser Säuffer.

Potator, princeps poculorum, bibax, bibaculus, bibulus, multibibus, strenuus potator, omnis potûs capacissimus, vini pernicies, amphora.

Weib das wol sauffen kan.

Temulenta, multibiba, merobiba, vinosissima.

Sauffen.

Bibere, potare, perpotare, consumere tempus vino, frui voluptate potandi, totos dies perpotare, adhibere potiones, cœnare cum compotoribus, ingurgitare in se merum plenis faucibus, vinum meracius sumere, vino se ingurgitare, vino prolui, ingurgitare se potu meri, largiùs bibere, affatim bibere, devincire se vino, potare totam noctem, plenis cantharis certare, Invitatio fit ut græco more bibatur, poscere majoribus poculis, totam noctem bibendo traduxit insomnem, tantum vini exhauserat, ut ipsi necesse esset vomere, cirneam vini eduxit meri, ministrabatur maximis poculis, Thracum more bibere.

Truncken machen/vollsauffen.

Inebriare, ebrium aliquem facere, reddere aliquem madidum, vino aliquem obruere, deponere aliquem potu, vel vino.

Trunckener.

Ebrius, temulentus, potus, bene potus, sepultus ebrietate, appotus probè, Gravis, oneratus mero.

Voll/truncken seyn.

Esse ebrium, vino sopiri, sepelire, madere, oscitare potatione, obrutum, onustum, oppressum esse vino, plenum esse vini, vacillans ex vino, madere vino, incalescere vino, ratio illum fugit propter vinum, plus æquo potavit, bibit.

Kranck seyn vom sauffen.

Confectum, languidum esse vino, sopire corpus potationib⁹, obstupefit animus potu, laborare crapulâ hesternâ.

Den Rausch außschlaffen.

Exhalare, edormire crapulam, edormiscere villum, exhalare, edormire vinum.

De Edacitate.

Fressigkeit.

Edacitas, voracitas, aviditas cibi, nimia cibi ingurgitatio, gula, ingluvies, venter, abdomẽ, immensa gula.

Fressig.

Edax, vorax, vorans, homo edax,

dax, gulosus, edo, comedo, mando, polyphagus, lurco, panphagus, omnivorus, patinarius.

Fressen/verschlucken.

Vorare, devorare, ingurgitare, glutire, deglutire, raptim vorare, lurcare, cibum cum aviditate nimia sumere, vorat instar lupi famelici.

Kinder essen geitzig / können sich nicht enthalten.

Puerorum est avidius appetere cibum, ut ad appetendum procliviores sint, ut eos ab appetendo ratio non satis arceat, contineat, ut in appetendo nimis efferantur, minimè sibi temperent, sibi moderentur.

Er frist mehr als jhm gut ist.

Non curæ est ei, quantum comedat, quid comedat. Non animadvertit quantum vel quale sit, quod comedit. Gula eripuit ei omnem in cibo modum, omne judicium, omnem rationem, Nullus ei modus est edendi, nulla cibi deligendi ratio est, plus appetit in mensa, quàm satis est, & ex eo genere quod obsit.

Wer viel frist vnd säufft/ der stirbet bald.

Multos adolescentes conficit, perdit, immaturâ morte afficit cruditas, crapula, immoderata & dissoluta victûs ratio, Largiore, uberiore, pleniore cibo utuntur adolescentes, quam ut stomachus digerere, ferre, sustinere possit: quàm ut vitæ conducat, id quod sæpe illis immaturæ mortis causam attulit.

Nüchternkeit/Mässigkeit in essen vnd trincken.

Temperantia, frugalitas, sobrietas, temperatio, continentia, abstinentia, admirabilis, summa temperantia.

Mässig/nüchtern.

Sobrius, jejunus, siccus, Satis, planè sobrius, homo frugalissimus, bonæ frugis, bonæ frugi, frugalis, temperans, temperatus, moderatus, continens, abstinẽs, mirificè abstinens, minimo contentus, cibi potûsque parcissimus, non multi cibi, Curius alter, Socrate frugalior, cibi potusq; continentissimus.

Mässiglich.

Sobriè, jejunè, siccè, temperanter, temperatè, abstinenter, frugaliter, restrictè.

Mässig / spärlich leben in essen vnd trincken.

Vitam agere parcè ac duriter, habere se parcè ac duriter, esse contentum tenuiculo apparatu, epulari modicè, non modò non contra legem, sed etiam intra legem, defraudare suum genium, non amare profusas epulas, indicere bellum voluptati, victus tenuis cultusq; delectat parvo cõtentum. Cavere, fugere intemperantiam, remotissimum esse à luxuria, appetitiones sedare, habere manus & oculus abstinentes, arctiùs se continere, anteferre victum tenuem, tenuissimo

cultu vivere, indicere sibi legem continentiæ, obtemperare præceptis temperantiæ, vincere alios temperantiâ, abstinentiâ, esse magnâ temperantiâ, apparet in eo moderatio & temperãtia, sobriè & continenter vivere, contrahere & sedare appetitum.

Wenig essen/fasten.

Cibo parcere, à cibo abstinere, cibum minuere, de cibo detrahere sibi temperare, moderari in cibis, cibo parciùs uti.

De Proprietate.

Eigen/Eigenthumb/Proprietas, res mancipi, rei dominium.

Eigen Gut/Peculium, habere peculium.

Eigen/Proprius, peculiaris.

Es ist dein eigen.

Tua solius sunt, tua propria sunt, tua sunt, tuum proprium est.

Es ist vnser beyder.

Hoc tibi mecum, vel hoc inter nos commune est, particeps uterque nostrûm hujus rei est, pertinet hæc res ad utrumque nostrum, juris utriusq; nostrum est, jus habemus uterque in hac re.

Zueigung/zu eigen gebung/vbergebung.

Mancipatio, dicatio, addictio, attributio, assignatio, traditio, assignatio firma, rata.

Zugeeignet/vbergeben.

Dicatus, addictus, mancipatus, tributus, attributus, traditus, maximè proprius, naturaliter tributus.

Zu eigen geben/einem etwas zusprechen/eingeben.

Mancipare, dicare, addicere, dare, dedere, concedere, tradere, totum tradere alicui de manu in manum, totum dedere, tradere, dicare. Adjudicare alicui aliquid *qui neq; usu cepit, & sine titulo possidet*, mancipio dare aliquid, in possessionem aliquem mittere, imittere, possessiones alicui dare, possessiunculas tradere, in possessionem deducere, collocare.

Jhm selbst zueignen/einnemen.

Arrogare, sumere, assumere, asserere, vendicare, vindicare sibi aliquam rem, suo jure sibi aliquid sumere, vindicare aliquid, invadere in prædia, uti rebus ut suis, in possessionem irruere, advolare, possessionem occupare, usurpare, mittere se in possessionem.

Ein Ding für eigen einbekommen.

Accipere rem mancipio, venire in possessionem, facere vestigium in possessionem, in possessionem venire, in possessionem pedem ponere.

De Possessione.

Besitzung / innen haben.

Possessio, possessiuncula.

Vbergebene Besitzung.

Possessio fiduciaria.

Besitzung von langer Zeit.

Possessio longi temporis.

Vber verjährte Zeit.

Præscriptio temporis, possessio antiquior hominũ memoriâ.

Epith. alia. Possessio bonæ fidei, malæ fidei, naturalis, continua, diuturna, perpetua, stabilis, certa, empta, libera, immunis, propria, paterna, avita, Possessiones incertæ, in casu positæ, in incertum dubiumque vocatæ, caducæ.

Innen haben/besitzen/mit recht innen haben.

Possidere, habere fundum, agrum, prædium, Tenere, obtinere, possidere ex edicto, non vi, non clam, non precario, sine vitio. Habere possessionem, agri modum, in possessione esse, est mihi hujus rei possessio, manet mihi hujus rei possessio, In possessione retinere, manere, Stabilis & certa manet ei possessio, Esse in bonis, frui bonis, bona tenere.

Mit Gewalt oder Vnrecht innen haben.

Vi ab aliquo possidere, aliquem vi dejecisse, clam ab aliquo possidere.

Einer Vrsach halben etwas innen haben.

Possidere pro possessore, pro emtore, pro hærede, pro legato, pro donato, pro soluto, pro noxæ dedito, pro suo, &c.

Etwas durch langen Brauch innen haben.

Usucapare, usu sive possessione capere, acquirere, suum facere, in dominium suum transferre.

Besitzung durch langen Gebrauch.

Usucapio, usucapio currit, procedit, impletur, interrumpitur.

Aus der Posseß treiben.

Pellere, depellere, deturbare, exturbare, movere, demovere, dejicere possessione, depossessione. Pellere, movere suis sedibus possessorem, in incertum dubium vocare alicujus possessiones.

Aus der Posseß weichen.

De possessione decedere, possessionem relinquere

Er hat seinen Posseß verloren.

Amisit, deperdidit, disperdidit possessionem, dominium ab ipso abiit.

Für das seine ansprechen.

Manum rei injicere, ex jure manum conserere. Repetere, vindicare aliquid, quærere jus in aliqua re.

Zu dem seinen wieder kommen.

Possessionem recuperare, res redit ad veterem dominum.

De Divitiis.

Nahrung/Gewerb/Vnterhaltung.

Quæstus, victus, cultusque corporis, genus vivendi, genus degendæ ætati, quæstus liberales, sordidi.

Ein Gewerb haben/seine Nahrung suchen.

Occipere quæstum, quærere, quæritare victum, parare ea quę suppeditant ad cultum & advi-

ctum. Comparare utilitates sibi & suis, invenire aliquid labore, victitare ex re aliqua, providere, prospicere, consulere rationib⁹ suis, vitæ subsidia quærere, tolerare vitam aliquâ re, egestatem domestico lenocinio sustentavit, tenui mercede, levi quæstu, exiguo lucro huic rei operam dedit.

Güter / Vermügen.

Bona, res, res familiaris, rationes, facultates, fortunę, pecunia.

Reichthumb.

Divitiæ, opes, opulentia, copia, abundantia, affluentia, affluentia opum, splendor divitiarum, omnium rerum expetendarum opulentia, facultates rerum atq; copiæ, abundantia bonorum, magnitudo divitiarum, amplificatio pecuniæ, rei familiaris, dona fortunæ, copia atq; omnium rerum affluentia, copia rerum omnium, abundantia fortunæ.

Groß Reichthumb.

Magnæ, majores, maximæ opes, copiæ, divitiæ, magna vis opum, magnitudo divitiarum, immanes, ingentes divitiæ, summa copia, summæ opes. Amplissimæ, locupletes, affluentes copiæ, nimiæ opes, amplissima res familiaris.

Epith. Alia. Opes fundatæ, optimè constitutæ, firmissimæ, utiles, parabiles, mediocres, opportunæ, violentæ, invidiosæ, Terminatæ divitiæ, veteres, illibatæque, Pristinæ, novæ, sempiternæ opes, opes virtutis administræ, non luxuriæ.

Eigende Gründe / Forwerck.

Prædium, fundus ager, latifundia, possessiones.

Forwerck / Suburbanum rus.

Meyerhoff / Villa.

Rittergut / Feudum.

Freygut / Prædium ab oneribus publicis exemtum.

Weit gelegen Gut / Fundus remotus, longinquus.

Epith. Ager latus, paternus, avitus, Fundus fertilis, frugifer, fructuosissimus, fructuosus, ornatissimus, suburbanus, maritimus fructus, emolumentum fundi.

Prædia plurima, pulchra, pulcherrima, preciosa, præclara, bellè ædificata, & satis amœna, dotalia, urbana, rustica, vacua, Fructus, emolumentum prędiorum, multitudo, bonitas prędiorum, rus amœnum, suburbanum.

Possessio magna, ampla, multæ, variæ possessiones, latitudo possessionum.

Reichthumb ist vnbeständig.

Quæ nobis fortuna largitur, detrahi, eripi, adimi, auferri, mutari, furto eripi, incendio absumi, naufragio absorberi possunt, Admodum incerta, instabilis, dubia, infirma divitiarum possessio est. Usum divitiarum nemo sibi certum ac perpetuum potest promittere, quis præstare possit,

possit diuturnam fore divitiarum possessionem?

Reich/ begütert.

Dives, perdives, ditatus, opulentus, copiosus, locuples, locupletatus, Abundans, affluens, circumfluens opibus, nummatus, pecuniosus, fortunatus, felix, refertus, abundans bonis. Paulò locupletior, non parum locuples, planè copiosus & locuples, inprimis copiosus & locuples, longè ditissimus, opulentus auro, opulentus fortunâ, copiosus inprimis inter suos, bene nummatus, locuples copiis rei familiaris, domi suæ cumprimis auro potens, florens maximis divitiis, opibus, beatissimus genere, pecunia, Paratissimus à divitiis, instructissimus, firmus à divitiis, benè peculiatus, Munitus, instructus, paratus, minimè inops à re familiari, à re domestica, à divitiis, ab opibus, à copiis, à fortunis valens, florens opibus, magnas habens opes.

Er weis seines Guts kein ende.

Ignorat quantũ possideat, Tanta est illi opum affluentia ut sua nesciat ipse bona, Midæ divitias habet, Pactoli opes, Pelopis talenta, Crassum superat divitiis.

Gut machet Muth.

Sacietas ferociam parit, opulentiæ comes tumor & ferocia.

Reich seyn/viel Güter haben.

Habere divitias, opes, copias, thesauros, firmum esse ab opibus. Niti, excellere, florere opibus, Divitem, locupletem, pecuniosum, refertum, affluentem, abundantem esse, Abundare, circumfluere opibus, copiis, in omni rerum abundantia vivere, possidere amplissimam pecuniã, habere rem partam, valere opibus, superare Crœsum divitiis, divitiis excellere, eminere, Rem possidere bene magnam, amplissimam, uberrimam, copiosam, divitias tenere summas, re uti amplâ, prolixâ, copiosâ, vigere opibus, præstare, excellere, pollere divitiis, omnium rerum ubertate florere, multum divitiarum possidere, copiis magnis præditum esse. Habere possessiones, facultates, fortunas, pecuniam. &c. benè multa, Tenere, obtinere possessiones, ornatum esse fortunis, refertum esse pecuniâ.

Er ist reich.

Suppeditat ipsi abundantia, copia rerum, sunt ipsi opes magnæ, valet, potest plurimum opibus, copiis, suppetunt ipsi copię ad largiendum, divitiæ domi ei sunt maximæ, divitiarum ipsi satis est, eum commendant divitiæ, ampla illi res est prolixa, copiosa, minime angusta, nec divitias, nec opes desiderat, illi divitiæ superant, bonorum ipsi affatim sunt, Copiosa est ei res familiaris, multum ei fortuna largita est, multum ei fortuna de suis impertivit, communicavit, facultates, ei sunt magnæ.

Für reich gehalten werden.

Haberi, dici, appellari divitem, locupletem.

Nach Reichthumb trachten.

Studere pecuniæ, opibus, consectari opes, diligentem esse in re familiari, habere rationem rei familiaris, servire pecuniæ, curæ ei sunt res, rebus suis providere.

Güter erwerben/ sich begütern/ Güter an sich bringen.

Parare, comparare possessiones, pecuniam, bona, rem, conficere pecuniam, Quærere, congerere, colligere, conquirere pecuniam, acquirere facultates, de augendo patrimonio laborare, curare, cogitare, Parare, comparare divitias, facere se locupletẽ, munire se opib⁹, collocupletare se, facere pecuniam maximam, stabilire rem suam, æquare opes suas cum potentissimis, parare opulentiam, divitias ex aliqua re corradere.

Reich werden.

Ditescere, fieri divitem, opes crescunt, fieri pecuniosum, affluentem, consequi opes, facultatem, rem familiarem, locupletari pecuniâ, venire in maximã pecuniam, ad divitias vel in divitias pervenire, opes ejus augẽtur valde, pecuniæ privatæ augentur, magnæ ipsi accessiones fortunæ factæ sunt, multum ad fortunam ipsi accessit, additum est, crescit ejus fortuna dignitasque, aucta est, amplificata est, Abundare incipit fortunæ bonis, res illi adolescit. Bona venerunt, perverunt ad eum, consequi opes, divitias, ad pecuniam pervenire, pecunia ad eum pervenit, pecunia illi obvenit, ditari affluentibus copiis omnium rerum, pervenire ad maximas pecunias, locupletatur, rem facit, ex paupere tenui ad tantas opes per flagitia processit.

Einen reich machen/zu Gütren bringen.

Tradere alicui possessiunculas, bona, rem, pecuniam, relinquere alicui bona, augere aliquẽ fortunis, pecuniis, locupletare aliquem, addicere, condonare alicui bona; traducere aliquem ad rerum abundantiam, deferre, conferre ad aliquem opes, divitiis aliquem augere, fortunis locupletare, efficere aliquem opulentum, copiosum, Ditare, locupletare aliquem, inservire fortunis alicujus, afficere aliquem lucris, auctare lucris, auferre aliquem ab egestate, bonis aliquem cumulare, copiis ditare, copias alicui suppeditare.

Güter vermehren/bessern.

Augere facultates, pecunias, rem familiarem, amplificare, exaggerare fortunas, amplificatio, accessio facta est fortunæ, rei familiaris, Firmare, amplificare opes, augere rem bonis & honestis rationibus, rem familiarem omni modo exaggerare, totum esse in re familiari augenda, omne studium in quærendis opibus

bus consumere, locare, constituere. Totum in divitias incumbere. Tuum studium eò dirigis, ut divitias tibi pares, compares, colligas, congeras, opes quæras, habeas, possideas, ut optibus abundes, ut divitiæ tibi redundent, proponere sibi rei familiaris amplificationem.

Seine Güter erhalten.

Tueri suas possessiones, vigilare, laborare, custodiã habere pro re sua, tueri rem, fortunas, rem familiarem. Defendere, confirmare, servare, conservare possessionem, pecuniam, rem, bona. Non imminuere, nullam partem matrimonii imminuere, nihil de patrimonio detrahere, sed illud in eodem statu retinere.

Seiner Güter gebrauchen/ geniessen.

Vti possessionibus, bonis, facultatibus, pecuniâ, re, Frui Fortunis, bonis, Delectari possessiunculis, bonis, Vti, frui opibus, copiis.

Seine Güte verthun/ geringern/ jhnen vbel vorstehen.

Erogare, expendere, impendere facultates, fortunas, Impertiri alicui de re sua, Exhaurire copias, effundere divitias, malè cõsulere rebus suis, negligere res suas, exhaurire pecuniam, detrahere de possessionibus, bonis. Minuere, diminuere, comminuere possessiones, bona, rem familiarem, Seipsum destituere, deserere, relinquere, de suis rebus minimè laborare, minuere copias, comminuere, deprimere opes.

Die Güter nehmen ab / verschwinden/ werden geringert.

Frangitur, dissipatur, diripitur, dilabitur res familiaris, res concidunt, corruunt, diminutio fit de bonis privatorum, desereris â re familiari, fortunæ tuæ dissipantur, res familiaris tua disperditur, disjicitur, imminuitur, perditur, damno afficitur, accipit injuriã, distrahitur, Detrahitur de tuis fortunis, injuriosè tractãtur tuæ fortunæ, damna inferuntur tuis fortunis, invaduntur tuæ fortunæ, irruitur, impetus fit in fortunas tuas, Comminueris re familiari, Avaritiâ magistratus opes nostræ contusæ sunt.

Einen von seinen Gütern bringen/ aus den Gütern stossen.

Opes alicujus frangere, atterere, deminuere, imminuere, impetum facere in bona, in fortunas alicujus, Imminere alicujus bonis, manus afferre alicujus bonis, movere possessiones alicujus, dimovere aliquem possessione, ex possessionibus, de possessionibus, pellere, depellere, expellere, dejicere, eiicere aliquem bonis, fortunis. Deturbare exturbare aliquẽ possessionibus, bonis, Evertere aliquem bonis. fortunis, Infirmare alicujus opes, evertere, pervertere, deprimere alicujus opes, Fortunis aliquẽ evertere, orbare, spoliare.

Seine Güter verlieren.

Amittere possessionem, rem, fortunas, bona. Perdere, deperdere, disperdere bona, possessionem, jacturã facere rei familiaris.

Vide Schaden leiden an Gütern.

Verlust an Gütern.

Ruina, lacuna, naufragium, incendium, pernicies rei familiaris, fortunarum.

Reichlich/vberflüssig.

Copiosè, largè, abundè, abundanter, affluenter.

De Pecunia.

Geld/Müntze.

Pecunia, nummi, Subsidium, præsidium pecuniæ argentum, ratio pecuniarum, Pondus argenti, numerus, magnitudo pecuniæ, aliquid nummulorum & auri, aliquantum numorum, pars pecuniæ, nummuli, aurum Philippæum.

Viel Geld/groß Geld.

Pecunia permagna, grandis, pergrandis, prægrandis, ingens, immanis, amplissima, summa, infinita, abundans, præclara, innumerabilis. Magna, infinita, immanis, summa pecuniæ, Vis, pondus magnum, grande, infinitum auri, argenti, Acervi pecuniæ.

Reichthumb am Gelde/ Nummatio.

Geldreich/ er hat viel Geld.

Benè nummatus est, benè peculiatus, benè parat⁹ à pecunia, instructus à pecunia, abundat nummis, copiosus est à pecunia, minimè pecuniã desiderat, multum habet in arca, refertus est pecuniis, pecuniæ illi multũ est, pecuniæ multum possidet, magnam auri vim argentiq; possidet, in numerato multũ habet, Est ipsi multa pecunia, circumfluit, refertus est pecuniâ, Redûdat, superat ipsi pecunia, Princeps primarius est, primus est pecuniâ, in nummis multum habet, satiatus est pecuniis.

Gut Geld/gute Müntz.

Moneta bona, proba, integra, optimæ notæ, justi ponderis.

Böse Geld/böse Müntze.

Pecunia improba, fallax, nequam, minùs proba, adulterina, nummus reprobus, adulterini aurei.

Beschnitten Geld/Pecunia accisa, arrosa.

Geld beschneiden / Numisma circumcisione minuere.

Falsche Müntze schlagen / Numismatis materiam mixturâ quapiam vitiare.

Falscher Müntzer.

Monetarius falsus, monetæ falsator, falsarius, adulterator, adulter monetæ, monetæ falsæ artifex.

Müntze/Numisma, argentum factũ, signatũ, signata pecunia,

Gemüntzt Geld/Moneta.

Müntzen/Nummum percutere, cudere, ferire, signare.

Geprege des Geldes / Figura, forma, cęlatura, signum, effigies, character monetæ.

Müntzordnung machen/Nummariam rem constituere.

Küpffern Geld/Pecunia ærosa, subęrata, ærata.

Grob Geld/ Nummi argentei crassiores.

Kleine

Kleine Müntze / Pecunia minuta, æris minuti pecunia, numuli.

Grob Geld wechseln / Commutare argentum, monetam crassiorem minutulis nummis.

Bar Geld / Pecunia numerata, argentum præsentarium, pecunia præsens.

Bar Geld haben.

Nummos ad manum habere, Pecuniam domi, in promtu, in arca, in numerato, præsentem habere.

Geld das nicht wirbet / Pecunia vacua, ociosa.

Geld auff Zinse.

Pecunia fœnebris, fœneraria, usuraria, in Calendarium conversa, nummi in fœnore positi, pecunia fœnore occupata, quæstuosa.

Verzehret Geld / Pecunia adesa.

Gelihen Geld / Pecunia mutuaria.

Entwendet Geldt / Pecunia aversa.

Auffgenommen Geldt / Pecunia coacta, credita, debita.

Unmündiger Kinder Geld / Pecunia tutelaris.

Epith. Alia. Pecunia publica, privata, certa, adventitia, aliena, extraordinaria, redacta, mutua, antiqua, Desperatæ pecuniæ.

Zum Gelde gehörig / Nummarius, monetarius.

Geldgeitzig seyn.

Appetere, expetere, concupiscere, desiderare pecuniam, Studere, servire pecuniæ, Avidum, cupidum esse pecuniæ, Omnia ponere in pecunia.

Geld auffbringen / Geld zu wege bringen.

Quærere, conquirere, conciliare, conflare, cogere, parare, comparare, cõficere, corrogare, trahere, reperire pecuniam, Curare, expedire alicui pecuniam, fingere fallaciam in inveniendo argento, proficisci in commeatum argentarium.

Geld allenthalben auffnehmen.

Æruscare, cogere pecuniam.

Der allenthalben auffnimpt / Æruscator.

Geld bekommen.

Capere, accipere, recipere, reportare pecuniam, Vertere, convertere ad se pecuniam, accedunt ad fortunulas meas annui quingenti aurei nummi, mihi penduntur inde trecenti aurei.

Gelt gewinnen / Fœnerari, lucrifacere pecuniam.

Es trägt viel Geld.

Magna ex ea re pecunia confici potest, magna ex ea re pecunia in hanc domum congesta est, Facere pecuniam ex aliqua re.

Viel Gelt samlen.

Congerere, coacervare, construere pecuniam multam, extruere auri argentique acervos, Construere nummorum acervos, ita ut jam appendantur, non adnumerentur.

Geld zehlen.

Numerare. adnumerare, dinumerare alicui pecuniam, Pendere, appendere alicui pecuniam.

Müntz inzehlen / außwerffen.

Reprobare aliquos nummos.

Geld ersetzen.

Reficere nnmmos.

Geld steigern.

Numiſmatis æſtimationem intendere.

Geld auffzuheben geben.

Committere alicui aurum, deponere apud aliquem pecuniam.

Einem mit Gelde außhelffen.

Largiri, ſuppeditare, ſubminiſtrare, dare alicui pecuniam, Iuvare, adjuvare, ſublevare aliquẽ pecuniâ.

Von einem Geld erzwingen.

Exprimere, extorquere pecuniam, emungere aliquem argento.

Geld beythun/verſtecken.

Supprimere, condere, occultare, celare pecuniam, abſtrudere nummos, aureos in arcam concludere.

Geld außgeben.

Erogare, appendere, expendere, conferre, impendere pecuniam in aliquam rem; collocare opes in Dei cultum.

Geld verſchwenden/vnnützlich verthun.

Exhaurire profundere, effundere, diſſipare, dilapidare, conſumere pecuniam, devorare pecuniam, comedere nummos.

Mit Geld ſtechen/ Vide, Durch Geſchenck zu wege bringen.

Armuth an Gelde.

Anguſtiæ incredibiles pecuniæ, caritas nummorum, imbecillia & comutabilia pecuniæ membra.

Kein Geld haben.

Egere pecuniâ, indigere pecuniæ, incredibiles pecuniæ ſunt anguſtiæ, mera penuria nummorum eſt, nummis exhauſtum eſſe, Deficit eum pecunia, pecuniæ conſumtæ ſunt, Crumena exinanita eſt, ſumma nummorum difficultas eſt, uſus pecuniæ propè nullus eſt, ſine nummis eſt, nummaria difficultate laborare, imparatum eſſe à pecunia, deeſt pecunia, res deficit, non ſuppetit.

De Thesauro.

Ein Schatz.

Theſaurus, regiæ opes, gaza regia.

Schatz vergraben.

Defodere theſaurum, alicubi obruere theſaurum, abſtrudere theſaurum.

Es ligt ein Schatz da vergraben.

Latet ibi theſaurus.

Schatz finden.

Invenire, reperire theſaurum, potiri gazâ.

Schatzkammer/ gemeiner Kaſte.

Ærarium, fiſcus, refertum ærarium, inops, exhauſtum ærarium, tenuitas, anguſtiæ ærarij, Reſpublica hæc valet ærario.

Aus dem gemeinen Kaſten zählen.

Depromere, erogare pecuniam ex ærario, dare argentum de publico.

Das gemeine Gut zu ſich ziehen/ oder verſchwenden/beſtelen.

Exhaurire, expilare ærarium, detrahere aliquid de ſanguine, vel viſceribus ærarij, effundere, exhaurire ærarium, ærariũ prædæ ac diviſui quibuſdã eſt, multa avertit peculatus de ærario, Depeculari, facere peculatum.

Einer der das gemeine Gut zu ſich zeucht/beſtielet.

Hirudo ærarij, depeculator, illum paſcit peculatus publicus, peculator.

De Stipendio.

Besoldung/Einkommen.
Stipendium, salarium, reditus, proventus.
Jährlich Einkommen/Fructus, proventus annuus, annuum salarium.
Monatlich Einkommen/ Mensurna divisio, menstruum salarium.
Täglicher Soldt/Diarium.
Taglöhner/Mercenarius, operarius, operæ, operæ paucæ, operarius egens.
Fröner / Botdiener / Publicè coactæ operæ, publicæ operæ.
Taglöhner / Arbeiter dingen / Conducere, comparare, emere, cogere operas, uti mercenariis.
Mehr Arbeiter zulegen / Confirmare, augere operas.

De Muneribus.

Geschenck/Gabe.
Donum, Donatio, munus, munusculum.
Groß Geschenck.
Amplissimum, præclarum, eximium, pulcherrimum, divinũ, simillimum, regium, regale, amplum, honorificum munus, donum, Multa, infinita, larga, magnificentissima dona, munera, largitas muneris.
Geringe Gabe.
Leve, commune, levidense, tenue, vile munus, munusculum.
Verehrung / Honos, honorarium.
Geschenck/das einem Frembden geben wird/Xenium.
Fürstliche Gabe/Congiarium.
Wieder Gabe / Recompensatio, remuneratio.
Gab die vnter das gemeine Volck gestrewet wird/Missilia.
Alia Epith. Donum obscurum, tacitum, fictum, simulatũ, Dona, munera militaria, nuptialia, caduca, mobilia.
Der da gerne schencket.
Munificus, largus, prolixus, benignior, prolixior, beneficus, liberalis.
Schencken/geben/verehren.
Donare aliquid alicui, donare aliquem aliqua re, dare alicui donum, munus, Aliquem afficere dono, munere, tribuere alicui munusculum, impertire donũ, donare alicui munus, condonare munusculum, largiri, persolvere munus, concinnare alicui munusculum, opiparè in aliquẽ congerere munera, congerere in aliquem infinita munera, infinita tribuere, Mittere alicui munera, mitto ad te muneri Tibullum, collocare apud aliquẽ munus, ornare aliquem munerib⁹, exornare donis, augere munus, mittere aliquid muneris, Dona in aliquem conferre, esse liberalem in aliquem, liberalitate uti, facere donationem, largè effusèque donare, liberalitatem exercere, Impartire, impertire, elargiri, Afferre alicui donum, munerare aliquem, facere benignè

alicui, datur illius dono vel munere.

Geschenck vberantworten/ præsentiren.

Offerre alicujus nomine munus, ornare munus verbis.

Geschenck bekommen.

Capere, accipere donum, munus, Habere ab aliquo munus, augeri munere, remunerari præmio, habere sibi aliquid dono.

Geschenck nicht annehmen wollen.

Repudiare munusculum, aspernari liberalitatem alicujus, remittere munus.

Wiederumb schencken.

Remunerare, remunerari, remunerari eodem genere doni, simillimo munere, certare inter se donis, munera multa mihi conveniunt cum aliquo.

Durch Geschenck etwas erlangen.

Consequi, assequi, adipisci aliquid muneribus, promereri aliquid donis, alligare, obligare, persuadere, vincire, adducere, devincire aliquem donis, adipisci per largitionem aliquid, cauponari bellum, nundinari sacerdotia, muneribus se insinuare.

Bestechung mit Gelde oder Geschenck/Largitio, corruptela.

Bestecher/Largitor, corruptor, præbitor, emtor.

Einen mit Gelde stechen wollen/ mit Geschenck vberreden wollen.

Aggredi aliquem donis, moliri corruptelam judicij, tentare aliquem pecuniâ, promittere, polliceri pecuniam, conari precio, labefactare fidem alicujus, precio solicitare animos egentium.

Mit Gelde / mit Geschenck stechen.

Facere largitionem, uti largitione, Concitare, prolectare, corrumpere, obligare aliquos præmio, largitione, cœcare mentes largitione, emere, redimere aliquid, palàm redimere se, corrumpere judicium pecuniâ, pretio, largitione, labefactare fidem alicujus pecuniâ, Dare pecuniam judici ad corrumpendum judicium, opponere calumniatores ex sinu suo, adulterare aliquem pecuniâ, contaminare judicium, emere, constuprare judicium, placare aliquem donis, lenire aliquem muneribus, conciliare, inducere, adducere, persuadere muneribus.

Einen durch Geschenck vnd Gaben vberwinden.

Aliquem oppugnare, opprimere, circumvenire pecuniâ, muneribus.

Sich mit Geschencken einnehmen lassen.

Accipere pecuniam, nummos ob rem judicandam, addicere fidem religionemque precio, respectare munus, inspicere munera, addictum habere fidem precio, proponere venalem fidem, facere aliquid acceptâ pecuniâ, adduci pretio ad condemnandũ aliquem, describere jura pretio, non æquitate, Ius adulteratum est pecuniâ, fas delere nummis acceptis, respub. affligitur emto stupratoque judicio.

Einer der mit Geschencken bestochen ist.

Cor-

Corruptus,venalis,ductus,adductus,inductus,conductus,corruptus precio,largitione.

Vnbestochen / der kein Geschenck nimpt/Incorruptus,integer.

De Vectigalibus.

Zoll/Vngelt.

Vectigal,portorium.

Epith. Vectigal magnum, pergrande,tenue,optimum, præclarum, certum, certissimum,non infestum bellis,non fructibus varium,non loco calamitosum,iniquum, grave, publicum, transmarinum,novum, vetus, Vectigalia magnifica, summa, pars vectigalium.

Zehende.

Decimæ,maximæ decumæ,ternæ,singulæ decumæ, summa decimæ,pars decimæ.

Fünffe vom hundert/Vicesimæ.

Erbzinse / Bodenzinse / Solarium.

Zinßbar Acker.

Ager vectigalis, fructuarius, non immunis, tributum solvit ager,publicè aliquid pendit,vectigalis est mihi.

Der Zehenden samlet/Decumanus.

Acker davon man den Zehenden gibt/Ager decumanus.

Zoll auffrichten.

Constituere,instituere, irrogare vectigal, onerare barbaras & peregrinas merces vectigalibus, Imponere vectigal, portorium, Augere,amplificare vectigal.

Zehenden zu geben ordnen.

Imperare decimas,imponere decimas,vectigalem agrum facere.

Den Zoll Pachtweise außthun.

Locare portorium,locare vectigal.

Den Zoll Pachtweise haben.

Conducere vectigal, redimere vectigalia.

Er hat einen Zoll.

Redegit in potestatem vectigalia,constitutus est dominus vectigalium,habet vectigal,vectigales habet hos agros.

Er ist ein Zöllner/Er nimpt oder fordert den Zoll ein.

Constitutus,institutus est portitor, Publicanus, portitor est,vectigalibus præest, vectigalia tractat, magister scripturæ est, scripturæ præest, princeps publicanorum est, ei cura demandata est vectigalium, vectigalium curam gerit, sustinet, vectigalia præcipuè quodam jure exercet, exigit vectigal, redigit pecuniam ex vectigalibus, in suum quæstum cōvertit vectigal.

Er geneust des Zolls.

Utitur,fruitur vectigalibus, pecuniam recipit ex vectigalibus, questum, lucrum facit ex vectigalibus.

Zoll geben.

Dare,pendere,pensitare,exolvere vectigal, pro vectura solvere, dare portorium,decimas, pendere publicano vectigal.

Zollfrey lassen passieren.

Remittere de vectigali,remittere stipendium.

Er ist Zollfrey/gibt keinen Zoll oder Zinse.

Exemtus est de vectigalibus,levatus,liberatus est vectigali,nihil publicè pendit, non est vectigalis, Imunis est, exemtus est ex eorum

rum numero, qui publicè aliquid pendunt, nihil publicè ſolvit, expers eſt eorum onerum, quæ publicè imponuntur, nullam pecuniam in commune cõfert, publicis oneribus vacat, tributarius non eſt, tributum nullum confert.

Der Zoll wird geringert/oder iſt abgangen.

Vectigal affligitur, minuitur, diminuitur, imminuitur, detrahitur de vectigalibus, amittuntur, tolluntur vectigalia, vectigalia conquieſcunt.

De Tributo.

Zinſe/Stewr/Schatzung/Schoß/Vngeld.

Cenſus, ſtipendium, tributũ, diminutio de bonis privatorũ.

Erbzinſe/Locatio perpetua, emphyteuſis.

Acker/der auff Erbzinſe außgethan iſt/Ager emphyteuticus.

Schatzung/Profeſſio.

Geſamlete Stewr/Stips.

Groſſe Schatzung/Grave onus tributorum, acerbiſſima, intolerabilia tributa, magnitudo tributorum.

Schätzen/Stewr aufflegen.

Imperare tributum, cenſere, cenſum agere, deſcribere populum cenſu, augere cenſum, facere ſtipendiarios, ſtipendium imponere, imperare tributum in annos ſingulos, vectigalem facere agrum, deſcribere aliquib⁹ vectigalia, vectigal, tributum imponere agris, imponere plebi aliquid oneris in tributis pendendis.

Gar zu groſſe Schatzung aufflegen.

Onerare, gravare, vexare populum graviſſimis exactionib⁹, exinaniri agros vectigalibus, imponere nimium oneris plebi, onus injungere publicè civitatibus, augere cenſum, facere ut populus prematur nimiâ tributorum magnitudine.

Schoß/Zinſe/Schatzung geben.

Ferre, conferre tributum, cenſum, conficere profeſſionem, profiteri, tribuere, contribuere, pendere, penſitare, dependere, ſolvere, perſolvere ſtipendium, tributum, conficere tributum.

Einen befreyen/Freyheit geben von Schoß vnd Zinſe.

Liberare, immunes aliquos reddere, levare ædes vectigali. Vindicare, liberare aliquem tributis, cenſu, vel à tributis, à cenſu, finem afferre tributorum, liberare vectigali, ſtipe.

Geſchatzt/Cenſus.

Zinßbar/Tributarius.

Der die Schatzung gibt/Stipendiarius.

Stewr einnemen/Exigere tributa, cogere ſtipem, cenſum.

De Hæreditate.

Erbſchafft.

Hæreditas, hæreditas rei familiaris, familia erciſcunda.

Epith. Magna, permagna, maxima, optima, vera, communis

pate-

paterna, caduca hæreditas, multæ hæreditates.

Väterlich Erbgut.

Patrimonium, patria bona, fortunæ paternæ, pecunia patria, patrimonium satis lautum, copiæ patrimonii amplissimæ, clientela & fides paterna.

Magnum, permagnum, maximum, amplum, amplissimum, copiosum, non tenuissimum, lautum, ornatissimum, luculentum, publicum patrimonium.

Angefallene Erbgüter/ Res devolutæ.

Erblose Güter/ Bona vacantia, caduca.

Loßgestorbene Güter/ Hæreditas caduca.

Heergeräte/ Pars viri.

Gerade/ Pars mulieris.

Der etwas vermacht/ Legatus.

Was vermacht ist/ Legatum.

Welchem etwas vermacht ist/ Legatarius.

Gebürend Antheil/ Portio debita.

Erbe.

Hæres, hæres ex parte, ex dimidia parte, ex tertia parte, ex sextante, ex asse, hæres repentinus, secundus, domesticus, designatus, extraneus, voluntarius, Hæres ab intestato, ex testamento, testamentarius, Hæres rectâ serie, institutus, substitutus.

Miterbe/ Cohæres, hæres adjunctus, conjunctus.

Erblich/ Hæreditarius.

Einem etwas bescheiden/ vermachen/ im Testament vermachen/ zum Erben machen.

Relinquere patrimonium liberis, Relinquere, instituere, facere, factitare, scribere aliquem hæredem, testamento aliquod alicui relinquere, Legare filio testamento pecuniam, relinquere hæredem testamento, relinquere patrimonium satis amplum, fundos, agri non magni modũ, dicare bona sua morte cognatis.

Zuvor außvermachen/ Prælegare, per præceptionem legare.

Das zuvor auß vermachet ist/ Prælegatum, præcipuum.

Dem etwas zuvor auß vermacht ist.

Hæres præcipiens, cui quid prælegatum est.

Erbschafft theilen.

Erciscere hæreditatem sive patrimonium dividere, res hæreditarias distribuere.

In die Sipschafft theilen/ Succedere in stirpes sive in stirpibꝰ.

In die Person theilen/ Succedere in capita, viritim, in partes viriles.

Erben/ Erbnemen/ das Erbe einnemen.

Cernere hæreditatem, Adire, obire, attingere, persequi hæreditatem, convertere ad se hæreditatem, capere hæreditatem, accipere patrimonium, capere aliquid morte, testamento alicujus, vocari in partem hæreditatis, esse hæredem ex parte, Hære-

ditas pertinet ad me, redit ad me, venit ad me lege, venit mihi à propinquo, venit ad me morte alicujus, pro hærede se gerere, Patrimonium obtinere, retinere, possessiones paternas tenere, hæreditatem obtinere, retinere, obvenit ei hæreditas.

Er hat Erben.

Sunt ipsi hæredes, extant ipsi hæredes, pervenit res ad hæredes. Er hat keine Erben.

Sine liberis decessit, mortuus est, alieno hærede mortuus est.

Einem die Erbschafft einräumen.

Dare, condonare, tradere alicui hæreditatem, Concedere, cōmittere, reddere hæreditatem, transferre ad aliquem hæreditatem, possessionem hæreditatis.

Rechten umb die Erbschafft.

Certare, ambigere, venire in controversiam de hæreditate, agere in hæreditatem.

Das Erbe nemen / aus der Erbschafft treiben.

Expellere nudum è patrimonio, adimere, eripere hæreditatē, patrimonio spoliare, movere hæredes, succedere in hæredum locum, de statu hęredis aliquem deturbare, hæreditatem extorquere, auferre, eripere.

Das Erbe oder Erbschafft verlieren.

Amittere hæreditatem, patrimonium, excludi patrimonio, spoliari patrimonio.

Enterbung / Exhæreditatio, abdicatio.

Enterbet.

Exhæres, exhæreditatus, exclusus patrimonio, spoliatus patrimonio, abdicatus.

Enterben / aus der Erbschafft außschliessen.

Exhæditare, abdicare, filium excludere hæreditate, nominatim exhæreditare, præterire aliquem, Jure hæreditatis aliquem excludere, privare, summovere ab hæreditate.

Die Erbschafft nicht haben wollen.

Abstinere se hæreditate, repudiare hæreditatem, hæreditati renunciare, prætermittere causam testamenti.

De Paupertate.

Armuth / Nothdurfft.

Paupertas, pauperies, egestas, inopia, indigentia, tenuitas, penuria, difficultas, angustia, onus paupertatis, inopia argenti, inopia rei pecuniariæ, angustię pecuniæ, caritas numorum, attenuatissimæ fortunæ familiares, Parvula possessio, res valde exigua, rei familiaris inopia, angustia incredibilis pecunię, reliquię ambustæ fortunarū, afflicta fortuna, res pauperculæ, modicæ.

Epith. Magna, summa penurin, inopia, summa paupertas, egestas, difficultas, certissima paupertas, indignissima egestas, domestica difficultas.

Arm / Nothdürfftig.

Pauper, perpauper, pauperculus, indigens, inops, tenuis, circum

eumventus inopia, dissimulari ejus tenuitas non potest, nihil egentius, admodum inops, omnibus rebus egens, inops rei alicujus, inops à re, parvis opib⁹ præditus, tenuioris fortunæ, Codro, Iro pauperior, nudior Liberide, non obulum habet, egens fortunâ, summâ egestate homo, non locuples, tenuior, imbecillior fortunâ, imparatus à pecunia.

Dürfftiglich/armiglich/Tenuiter, pauperrimè.

Sich für Armuth fürchten.

Timere, extimescere paupertatem, terreri paupertate, vereri angustias, cavere inopiam, paupertatem fugere.

Einen arm machen/ in Armuth bringen.

Afferre alicui egestatem, ad inopiam aliquem redigere, depauperare, detrudere aliquem ad mendicitatem, exhaurire aliquem, comminuere aliquem re familiari.

Arm werden / in Armuth gerathen.

Perdere rem fidemque, fortunis fieri egentissimum, Spoliari fortunis, comminui re familiari, facere jacturam rei, ad inopiã adduci, ad inopiam redigi, exhauriri omnibus rebus.

Arm seyn/Armuth leiden/bedürffen.

Egere, indigere, esse in egestate, paupertate, inopia, difficultate, angustiis, Degere, versari in egestate, perditum esse inopiâ, enectum esse inopiâ, morderi paupertate, ferrre, tolerare paupertatem, egestatem, Cogi inopiâ & angustiis, esse inopem, magnopere egere, maximè indigere, incredibiliter, indignè egere, vacuum esse bonis, carere fortunis, inopiâ laborare, inopiam ferre, tolerare, in egestate vitam ducere, inopem vitam ducere, degere, oblectare vitam sordido pane, in parva re esse, in angusta re familiari, impediri inopiâ rerũ, esse egentissimum, egere multis rebus.

Er ist arm.

Deficiunt eum omnes res, non suppetunt res. Pedem ubi ponat, non habet, non habet cui indormiat, ne tempestas quidem illi nocere potest, omnem facultatem indutus est, tenues ei sunt opes.

Er ist in die eusserste Armuth gerathen.

Eò redactus est miseriarum, in eas conjectus est angustias, eò redactæ sunt fortunæ suæ, eò est à fortuna deject⁹, detrusus, deturbatus, eò cecidit: ut unde vivat non habeat, ut ei ad victum necessaria minimè suppetãt, ut inopiâ prematur earum rerum, sine quibus vix aut ne vix quidem hominum vita sustentatur, ut ea desideret, ea requirat, quæ vivendi necessitas postulat, atq; exigit, ut iis reb⁹ destituatur, careat ut ab iis rebus sit imparatus, earum rerum inops sit, ab iis rebus inops, egens, ea illi desint, ea illum

deficiant, earum rerum inopiā laboret, ſine quibus ægrè vivitur, vel potius nullo modo vivitur.

Armuth lehret etwas.

Paupertas ſapientiam ſortita eſt, paupertas omnes artes perdocet, hominem multa experiri paupertas jubet, ſemper rebus miſeris adeſt ſolertia, multa docet fieri.

Wer arm iſt / kan nicht viel geben.

Parcus eſt in conferendis muneribus, cui copiæ non ſuppetunt, Anguſta eſt ejus liberalitas pro tenuitate copiarum, Ideo benignus & liberalis valde non eſt, quia non valdè abundat, nō valdè copioſus eſt, Quî poteſt eſſe prolixa atque ampla illius liberalitas, cum anguſta illius ſit res familiaris? Largitur tenuiter, infra modum potius, quàm ſupra modum, quia non eſt ſatis à copiis paratus, ideo largê non dat, quia quod det, non habet.

Bedürffen.

Opus eſſe, neceſſe eſſe, neceſſe, neceſſum habere, cogi.

Sich an ſeinen Gütern genügen laſſen.

Rem à patre traditam ſervare, cuſtodire, tueri, non imminuere, Nullam patrimonii partem imminuere, nihil de patrimonio detrahere, patrimonium in eodem ſtatu retinere, contentum eſſe patrimonio, nec de eo augēdo laborare, contentum eſſe rerum ſuarum ſtatu, acquieſcere rebus ſuis, majora non appetere, plus à fortuna non poſtulare, ſufficit mihi, abunde eſt quod habeo, non animum effero, tollo extra fines rerum mearum.

Einem Armen behülfflich ſeyn.

Subvenire inopiæ, inopiæ mederi, præſidio eſſe inopiæ, ſuſtētare alicujus tenuitatem, Explere, conſolari, ſuſtentare egeſtatem, levare onus paupertatis, traducere aliquem ab egeſtate ad abundantiam, benignè facere indigentibus, impertiri alicui de re familiari, ferre ſalutem opemq; indigentibus, locupletare tenuiores.

Armen leuten keine Hülffe beweiſen.

Relinquere aliquem in egeſtate, relinquere, deſpicere inopē.

Aus Armuth herauß kommen.

Emergere ex mendicitate, ex egeſtate emergere ad abundantiam, onus paupertatis abjicere.

Betteley/ Mendicitas, ſumma mendicitas.

Bettler/ Mendicus, mendiculus, conſortes mendicitatis.

Ein Bettler ſeyn.

Eſſe in ſumma mendicitate, perpeti mendicitatem, res illi rediit ad mendicitatem.

Bettelen.

Mendicare, victum quærere oſtiatim, mendicato vivere, precibus victum expoſcere, ſtipem oſtiatim colligere.

Erbetteln.

Emendicare, mendicando colligere.

De Parsimonia.

Sparsamkeit/Häußligkeit.

Parsimonia, diligentia, frugalitas summa, singularis & admiranda frugalitas, Rusticana, inculta parsimonia.

Sparsam/häußlich/ genaw/ karg.

Parcus, tenax, frugalis, aridus, diligens, restrictus, frugalissim⁹, nimiùm parcus, naturâ restrictior, attentus.

Häußlich/sparsamlich.

Parcè, frugaliter, restrictè, tenuiter.

Sparsam seyn / nicht grosse Vnkosten treiben.

Delectari parsimoniâ, esse frugalitatem in aliquo. Continentiam tueri, colere, modestiâ prǫditum esse, Sumtibus, impensis parcere, sumtuum rationem habere, in omni re frugaliter, partè tenuiter, strictè, infra modum potius, quàm supra modũ sumtum facere, infaciendo sumtu parcum esse & illiberalem, moderatè sive angustè potius impensam facere, sumtus ad frugalitatem revocare, sumtus accuratâ frugalitatis regulâ metiri, adhibere parsimoniam in rebus omnibus.

Das seine zu rathe halten / fleissig in der Haußhaltung seyn.

Providere, prospicere, consulere rationibus suis, vigilare, laborare, Habere custodiam pro re aliqua, vel de aliqua re, Tueri, conservare rem familiarem, Retinere, conservare rem parsimoniâ.

Ein Ding auffheben/verwahren.

Servare, conservare, asservare, custodire aliquam rem, diligenter servare, diligentissimè servare, conservare, non negligenter asservare.

De Avaritia.

Geitz.

Avaritia, aviditas, cupiditas, tenacitas, illiberalitas, sordes. Cupiditas, amor, aviditas, dulcedo, libido pecuniæ, immensa & inexplebilis accumulandarum opum aviditas, propensio nimia ad divitias, cupiditas augendi divitias, metus amittendi divitias.

Epith. Avaritia summa, ardens, incredibilis, nimia, cæca, hians, imminens, inexplebilis, importuna, intolerabilis, infinitis malis implicata, multis criminibus implicata, fœda, tetra, sensilis. Cupiditas rerum inexplebilis, infinita, immensa, effrenæ cupiditates.

Geitzig/hündisch/filtzig.

Avarus, avidus, cupidus, sordidus, restrictus, divitiarum nimis appetens, im̃oderatè sitiens, supra modum cupidus pecunię, cupidior pecuniæ quàm satis est, valdè avidus in pecuniis, inofficiosus, illiberalis, cupidus opum, auri appetens, argenti si-

 tiens

tiens imminens ad rem, in avaritiam pronior, in avaritiam proclivior, avidior quàm satis est, nimius in divitiarum cupiditate, propensus ad avaritiam.

Er ist von Natur karg vnd geitzig.

Avaritiæ studiosus naturâ est, ducitur naturâ ad avaritiam, naturali studio ad avaritiam inclinat, sequitur avaritiam quâdam naturæ inductione, ad avaritiæ vitium naturâ propendet, inclinatur.

Er ist gar zu karg / er frist nicht für Geitz.

Nimiùm parcus est, impendio parcus & sordidus, cumini sector, lingit salem, perparcè vivit, rore pascitur more cicadæ, nimis tenuiter victitat, fraudat genium ut aurum congerat, immoritur lucris, præparcus.

Geitzig seyn / karg seyn.

Esse avarum, attentum ad rem, nosse omnes vias pecuniæ, conterere vitam atque ætatem in quærendo, fervere avaritiâ, ferri avaritiâ, Esse avaritiâ ardenti, inest in eo avaritia inexplebilis, rapitur inflammatus avaritiâ, cæcum esse cupiditate & avaritiâ appetere aliquid per avaritiam, explere avaritiam, quærere prædam avaritiæ, invenire viã quæstûs in avaritia, devorare alicujus fortunas avaritiâ, cupidum, avidum esse pecuniæ, ponere omnia in pecunia, Anteponere, præferre pecuniam omnibus rebus, nihil antiquius aut suavius ipsi est pecuniâ. Omnes cogitationes suas cum pecunia in arcam concludit, Faciliùs patitur sibi dente unum ex ore excuti, quàm nummum unum ex arca moveri, Sitire aurum, opes appetere maximè, nimium incumbere ad opes, inhiare divitiis nimio studio, plus operæ in re quærenda, in opibus congerendis, in divitiis colligendis, comparandis, contrahendis ponit, consumit, locat, quàm decet, Avaritiã ejus incendit & copia & inopia.

Er thut alles Geldes halben.

Quicquid agit, fit ut lucri plurimum faciat, ut lucretur plurimũ, ut quæstus maximos faciat, Inducitur, impellitur, vincitur, avaritiâ, Facit hoc augendi rei cupiditas, ditandi spes, congerẽdarium opum, comparandarum divitiarum, pecuniæ colligendę spes, adducitur lucri cupiditate, lucelli dulcedine, spectat lucrũ, sequitur lucrum, lucri, commodorum spe violat officium.

Man redet vbel von jhm / daß er so geitzig ist.

Avaritiæ nomine malè audit, avaritiæ flagrat infamiâ, avaritiæ crimen ei objicitur, exprobratur, avaritię nota ei inuritur, avaritiæ nomine accusatur, reprehenditur, exagitatur, insimulatur, coarguitur.

Vom Geitz ablassen.

Coërcere, frenare, frangere, minuere avaritiam, avocare animum

mum ab avaritia, Vitare, pellere suspicionem avaritiæ.

Er ist nicht geitzig.

Remotus est à sordibus, eâ altitudine animi præditus est ut divitias nō ambiat, abest ab eo suspicio avaritiæ & illiberalitatis, nunquam facit sordidè vel illiberaliter.

Hündisch/geitzig.

Avarè, avidè, cupidè, sordidè, illiberaliter.

De Furto.

Dieberey.

Furacitas, rapacitas.

Diebstall/Entwendung.

Furtum, ablatio, ademtio, direptio, expilatio, compilatio.

Epith. Furtum mirum, improbissimum, sordidissimum, impudens, impudentissimum, turpissimum, apertum, manifestum, perspicuum, illustrius, notissimum, occultum, in medio positum.

Diebisch.

Furax, homo milvinis & aquilinis unguibus.

Ein Dieb.

Fur, furunculus, trifur, crndelis furunculus, expilator, domesticus prædo, diurnus fur, nocturnus fur, fur manifestarius, homo trium literarum.

Galgenschwengel.

Furcifer impatibulatus, suspēdiosus, nebulo, cruciarius.

Gestolen.

Furtivus, ereptus, surreptus, ademptus, detractus, furto sublatus, ablatus, compilatus.

Heimlich/diebischer weise/ Furtim, furaciter.

Zusammen machen/ was man stelen wil.

Convasare.

Stelen/heimlich entwenden/ nehmen.

Furari, rapere & furari, surripere aliquid clanculum, non abstinere manus ab aliqua re, Adhibere, admovere manus rei, compilare ædes, suppilare aurum, compilare sedē ac domicilium, facere furtum, versari in fortis, Eripere, adimere, detrahere, auferre, rapere, intercipere, Per injuriam auferre, consilio præripere, lepidè furari, apertissimè compilare, clam, occultè surripere, subdncere, subtrahere, sublegere, suffurari, harpagare, avertere ab aliquo pecuniam, nihil reliqui alicui facere, compilavit me, expilavit me, scrutari domos furacissimè, removere multa clàm de medio.

Stelehelffer.

Socius, adjutor, minister furtorum, communicare cum aliquo furta.

Bestolen werden.

Expilari, compilari, nudari omnibus rebus, exinaniri, furto aliquid amittere, Perpeti, perferre furta, Publicè, privatim spoliari.

Den Dieb kennen/ ergreiffen.

Internescere, videre, significare fures, deprehendere aliquem in

furto

furto, deprehendere furta alicujus, noſſe alicujus furta.

Einen Diebſtücken zeihen/etwas anſprechen.

Arguere, deferre, accuſare aliquem furti, inſimulare furti, obiicere alicui furta, condicere aliquid alicui lege Atinia.

Einen ſeiner Güter berauben/einen von ſeinen Gütern jagen.

Manus afferre alicujus bonis, ſpoliare, privare aliquē ſuis, bonis vi, armis eripere, occupare alicujus bona, ĩminere alicujus bonis, eripere opes, excutere aliquē bonis, diripere, adimere, aufferre, detrahere alicui opes, Metu, imperio aliquid occupare, Minuere, diminuere, cõminuere alicujus opes, poſſeſſiones, avertere alicujus opes, prædari aliquid de bonis, Mulctare, fraudare aliquē fortunis, evertere aliquem ſuis fortunis, Invadere in fortunas alicujus, facere impetum in bona alicujus, facere prædas in bonis alicujus.

Beutelſchneider.

Sector zonarius, crumenimulgus, manticularius, crumeniſeca.

Beutel/Taſche/ Loculi, marſupium, crumena, locellus, crumenula.

Weidſack/Mantica.

Bulge/Vidulus.

Halßtaſche/Pera.

Satteltaſche/Hippopera, bulga.

Viehdieb/Abactor, abigeus.

Vieh ſtehlen / Abigere pecora, qui furto ſublati ſunt ,,diſpellere, agere pecora.

Menſchendieb/Plagiarius,

Der da einbricht.

Effractor effractarius, directarius.

Kirchenräuberey.

Sacrilegium, Depopulatio, expilatio, direptio, ſpoliatio fanorum.

Kirchendieb/Sacrilegus,

Kirchen berauben.

Spoliare, vexare, compilare, deſpoliare, depeculari fana, delubra, templa, ſacraria, ædes ſacras, Nudare donis, vel ornamentis fana, templa. Violare flagitio loca religioſa, loca ſacra, Polluere ſacra omni flagitio, labefactare aliquid contra religionem, auferre ſacrario ſigna, auferre ex ædibus ſacris ebur, tabulas, Afferre templo manus impias & ſacrilegas, Admoliri manus ſacro, relinquere ſuæ audaciæ æternum monumentum in ædibus ſacris.

Dieberey des gemeinen Guts/ Peculatus, Vide ærarium.

De Latrocinio.

Straſſenräuberey.

Latrocinium, latrocinatio, graſſatio.

Epith. Magnum, frequens, ſceleratiſſimum, nefarium, impium, intolerabile, deterrimum, funeſtum, civile, domeſticum, inteſtinum, ſingulare, nocturnum latrocinium.

Raub.

Rapina, raptio, ſpolium, ſpoliatio, præda, cupiditas, ſpes prædæ, rapinarum,

Epith. Ingens, immanis, integra, univerſa, opima, præclara,

medi-

mediocris, nefaria præda, cruentaspolia, veteres rapinæ.

Straſſenräuber.

Latro, latrunculus, obſeſſor itineris, graſſator, ſpoliator, prædator, direptor, raptor, prædo, populator, depopulator, præmiator nocturnus. Latro fortis, notus, inſignis, ſceleratus, egens, nefarius, perditus, perditiſſimus, impurus, teterrimus, funeſtus, improbiſſimus, impuriſſimus, barbarus, immanis, latro, prædo.

Räuberin.

Spoliatrix, prædatrix, populatrix.

Der Räuber Geſelle.

Socius, adjutor, miniſter rapinarum, prædæ.

Rauben.

Latrocinari, impunè latrocinari, Opprimere, compilare aliquos latrocinio, facere rapinas, prædas, verſari in rapinis, capere prædam, ſpolia, Trahere, detrahere ſpolia, comparare rem vi & rapinis. Rapere, raptare, ſpoliare, deſpoliare, populari, depopulari, prædari improbè, improbiſſimè, apertè, palàm. Vivere ex rapinis, ex raptu, habere itinera infeſta.

Einen Raub bekommen.

Habere prædam, augeri, opimum fieri prædâ, explere ſe rapinis, præda pervenit ad eum.

Den Raub theilen.

Dividere, diſpertire prædam, participem fieri prædæ.

Unter die Mörder fallen / beraubet werden.

Incidere in latrones, prædones, pervenire in poteſtatem prædonum, capi, opprimi, diripi, occidi à prædonibus. Vim ſubire latronum, perire latrocinio, intercipi à latronibus, ſpoliari à graſſatore, à latronibus, obſideri à latronibus.

Der Räuberey wehren / die Straſſen rein halten.

Opprimere latrocinium, extinguere latrocinium, frangere latrones, latrocinia ab aliquo loco depellere.

Meer- oder Seeräuber.

Pirata, pirates, maritimus prædo, archipirata, nobiliſſimus pirata.

Zur Seewertz rauben.

Piraticam exercere, facere, infeſtum habere, vel infeſtare mare latrocinando, refertum eſt mare prædonibus.

De Liberalitate.

Friedgebigkeit / Gutthetigkeit / Mildigkeit.

Liberalitas, benignitas, propenſa & benefica erga alios voluntas, divina quædam bonitas erga aliquos, datum, datio, ſuppeditatio, largitas, largitio, eleemoſyna, magnificentia, munifica planè & regia voluntas.

Epith. Summa, latè patens, uberior, præſtans, eximia, incredibilis, commemoranda, divina, probanda, gratuita, modica, cautior, moderatior, vulgaris, prava, diſſolutior liberalitas, Magnificentia liberalitatis, Benignitas major, incredibilis, privata, multum, plurimum benignitatis, Publica magnificentia.

Freygebig / gutthätig / milde / wolthätig.

Liberalis, beneficus, benignus,

gratuitus, munificus, largus, prolixus, Magnificus, ſplendidus, lautus, ſumtuoſus, ad humanitatem propenſus, proprio quodam naturæ munere factus ad liberalitatem, ſingularis in exercenda liberalitate, laude dignus in exercenda liberalitate, laus liberalitatis illi debetur, laudem fert liberalitatis, prolixa & benefica eſt natura ejus, fructus liberalitatis ejus ad multos pervenerunt, beneficiis & munificentiâ magnus habetur, Videtur, judicatur liberalis, munificus.

Gegeben/mitgetheilet.

Datus, præbitus, tributus, ſuppeditatus, ſuggeſtus, communicatus.

Freygebig/milde/uberflüſſig/reichlich.

Benignè, liberaliter, munificè, cumulatè, prolixè, perbenignè, perliberaliter, perofficioſè, ſatis prolixè, Paulò liberali⁹, largè, largiter, munificentiſſimè, abundanter, copioſè, ubertim, abundè, magnificè, ſumtuoſè, lautè.

Milde/freygebig/wolthätig seyn/gutthätig seyn.

Uti liberalitate, colere liberalitatem, proſequi aliquem liberalitate, augere aliquem commodis, conferre in aliquem plurimũ benignitatis, liberalitatis, complecti aliquem liberalitate, ad beneficentiam conferre bona, benignitate aliquem comprehendere, fovere, certare, vincere liberalitate, liberaliter agere, liberalitatem exercere, liberaliter aliquem tractare, Liberalitas hæc à te proficiſcitur, extat mea in eum liberalitas, meâ liberalitate acceſſerunt ad fortunulas ejus aurei annui centum. Adhibere magnificentiam, imitari alicujus magnificentiam, extra modum prodit magnificentia.

Geben/mittheilen/dienen/behülflich seyn/spenden.

Dare, tribuere, largiri, tradere alicui bona, dare de bonis, Erogare, expendere, impendere pecuniam. Diſtribuere, partiri, diſpertiri pecuniam, concedere, contribuere, impertire, impartire & impartiri, Communicare, præbere, præſtare, ſuppeditare, ſubminiſtrare, ſuggerere, ſervire alicui. Juvare, ornare aliquem. Participare aliquem de ſuis bonis, participare bona ſua cum aliquo, participare aliquem ſuorum bonorum. Multum, plus, plurimum, omnia alicui tribuere, in rebus omnibus commodare, undique ſuppeditare, copioſè ſuppeditare, ſatis, apertè ſuppeditare, participem facere ſuorum bonorum. Cumulatè, libenter, libentiſſimè, gratis, ultrò, nominatim, ſigillatim, clàm, publicè, privatim dare. Liberaliter, ampliùs tribuere, Libenter, libentiſſimè commodare. Gratis, ultrò deferre, Gratuitò, diligenter, moderatè impertire. Palàm

lâm ministrare, Alligare, obligare, obstringere, vincire, devincire aliquem liberalitate, alter cum altero communicet.

Eines Mildigkeit erfahren/ spüren.

Experiri, nosse, perspectam & cognitam habere alicujus liberalitatem, liberalitate alicujus uti, frui.

Nicht mehr so milde seyn.

Recedere à magnificentia, Reprimere, intermittere, claudere benignitatem. Magnificentia extinguitur, minuitur, Benignitas exhauritur, exhausta est, De tua prolixa & benefica natura limavit aliquid posterior añus propter quandam tristitiam temporum.

Was ich habe / soltu auch haben/ meine Güter sollen vns gemein seyn.

Communicabo tibi, impertiam tibi rem meam, communis inter nos erit res mea, partem capies de re mea, particeps eris rei meæ, Nõ minùs tibi, quàm mihi, Tibi pariter & mihi, æquè utriq; nostrûm, non magis mihi quàm tibi mea res patebit, utemur communi jure, æquo jure, pari potestate, meâ reduris tibi tantum, quantum ipsi mihi erit in re mea, mecum rem meam communem habebis, æquè, liberè uteris meis rebus ac tuis.

De Hospitalitate.

Gastfreyheit.

Hospitalitas, philoxenia, liberalitas ad suscipiendum hospites.

Herbergung/Aufftritt.

Hospitum, jus hospitii.

EPITH. Magnificentissimum, agaeste, provinciale, non nimium liberale, vetus, vetustum hospitiũ

Ein Wirt/Hospes.

Eine Wirtin/Hospita.

Schelmen Wirt/Receptor, receptator.

Ein Gast/Hospes, diversor, Hospes illustris, paternus, vetus, sanctissimus.

Gastfrey/Hospitalis, perhospitalis, philoxenus, liberalis ad suscipiendum hospites, est ibi hospita terra, sunt tibi hospita tecta.

Nicht gastfrey.

Inhospitalis, inhumanus, apud eum sunt inhospita tecta.

Ein Ort da nicht Herbergen sind.

Locus inhospitalis.

Forirer/der die Herbergen außtheilet.

Hospitiorum designator.

Offentlicher Wirt/Caupo, tabernarius.

Offentliche Gastung/ Cauponaria.

Gasthoff/Wirtshauß.

Diversorium, Hospitium meritorium, taberna meritoria, Pandocheum meritorium, caupona, cauponula, diversoriolum, popina, hospitium publicum, Xenodochium meritorium, Diversorium aptum, peropportunum, non nimium liberale, popina tenebricosa, teterrima, Taberna diversoria.

Gastgeb/ein Wirt.

Caupo, tabernarius, Pandocheus, stabularius.

Ein Wirt seyn/Gastung halten.

Cauponari, exercere cauponã, agere, facere cauponariam.

Freundschafft mit einem halten / daß man bey einem herberget.

Facere hospitium cum aliquo, conjungere cum aliquo hospitium, renovare hospitium, Jungi, conjungi cum aliquo hospitio, Esse, intercedere cum aliquo hospitium.

Bey einem zur Herberge einkehren / ins Wirtshauß einkehren.

Divertere, diverti, Viâ decedere, divertere ad aliquem, Ingredi in diversoria publica, applicare se ad aliquem, in locum nec salubrem nec amœnum divertere, divertere in tabernam, committere se hospiti, diversari apud aliquẽ, & divertere apud aliquem.

Zur Herberge auffnehmen.

Dignum, dignissimum aliquẽ judicare vel statuere hospitio, invitare aliquem hospitio, hospites admittere, Accipere, recipere hospitio, dignari aliquem hospitio, suscipere aliquem, hospitari aliquem, deducere aliquem domum, dare diversorium, hospitiũ præbere.

Den Gast freundlich empfahen / wol tractiren.

Excipere aliquem summâ comitate & humanitate, benignè humaniterque accipere, explere omnes hospitalitatis numeros, tractare, accipere aliquos lautè, humaniter, excipere adventum alicujus humanissimè, excipere læto vultu, Benè, magnificè, benignè accipere, liberaliter aliquem habere, tractare, honorificè tractare, splendidè recipere.

Bey einem zur Herberge ligen.

Uti alicujus hospitio, requiescere, acquiescere in diversorio, stabulari, cœnare in diversorio, in taberna diversari, hospitare apud aliquem, apud hospitem esse, diversari apud hospitem, accipi hospitio.

Vergönne mir deine Wohnung.

Velim mihi commodes, accommodes de cubiculo, si mihi cubiculum concesseris, meo commodo consules, sine me uti tuo cubiculo, liceat mihi cubiculo à te concesso tuo beneficio frui, vel tuâ humanitate ac liberalitate uti.

Stallgeld geben / Persolvere precium mansionis stabulario.

Ich habe für die Mahlzeit so viel geben.

Prandi duobus assibus, cœna constitit tribus assibus, alor quotidie quinque assibus.

Die Herberge auffsagen / aus der Herberge stossen.

Renunciare alicui hospitium, extrudere, ejicere aliquem ex hospitio.

Ziehe / Kinder Hauß / Orphanotrophium.

Hospital / Ptochodochium, Nosodochium, Nosocomium, valetudinarium.

Lazareth / Außsätzig Hauß.

Hierocomium, Leprosorium, domus ulcerosorum.

Brandteweinhauß / Ganea, ganeum, lustrum, lupanar.

Gartüche / Popina.

Garkoch / Popinarius.

De Prodigentia.

Verschwendung/Verthuligkeit/ Vergeudung.

Prodigentia,prodigalitas, effusio,luxus,luxuria,luxuries.

Epith. Luxuria singularis,profusa,vitiosa,turpis, ingenuo & libero homine indigna,fœdissima, turpissima,nova,inaudita.

Verthulig/Strawesgütlein.

Prodigus,profusus,effusus, nepos,sumtuosus, largus, luxuriosus,Perditus ac profusus, gurges, vorago,heluo,scopulus patrimonii,barathro,decoctor,lurco,asotus, avitæ rei consumtor, profligator,vorator,degulator, crapulosus, unctus, popino, homines luxuriosi, voluptate & luxuriâ diffluentes, delicatè, molliter viventes.

Verschwenden/verthun/verzehren/ das seine vmbbringen.

Prodigere,profundere,effundere,decoquere,comedere, devorare,consumere,ligurire, obligurire,abligurire, dissipare, perdere, deperdere, prodere,confringere, disperdere bona,rem, pecuniam, divitias,patrimonium, fortunas, Multa paucis diebus effundere, sumtus effundere cũ dedecore & probro, Suo vel fotunæ vitio decoquere, consumere res in libidine, abuti re ad libidinem, effundere, profundere res per luxuriã, dissipare pecuniam conviviis, male uti patrimonio, largius suo uti, dissipare possessiones à patre relictas,tutari indiligenter patris parta bona, comesse bona, In res inutiles, inanes, leves pecuniam erogare,rem malè dissipare, perdere, in res inanes conjicere, de patrimonio detrahere, partẽ patrimonii imminuere, malis artibus, improbis rationibus, inhonestè,turpiter,per nequitiam,per luxuriam & libidinem patrimonium exhaurire, dissipare, &c. largiri sua mimis, lenonibus, parasitis, adulatoribus, malè tutari res suas, nepotem esse in suo patrimonio, helluari, quę charybdis tã vorax, res tã citò absorbere potuisset, Libido hæc dissipavit, devoravit,Nepotẽ evadere sũtu.

Das Gütlein wird verzehret/es wird alle.

Res familiaris frangitur,dissipatur, diripitur, dilabitur,res ejus laceratur,patrimoniũ diripitur.

Ein Ding gar verthun.

Abuti re aliquâ, abuti vino, oleo,&c.

De Amißione.

Verlust/Schade.

Perditio,jactura, naufragium, dispendium,incommodum, ruina,pernicies,incendium,lacuna.

Seine Güter verlieren.

Amittere, perdere, deperdere disperdere possessiones,fortunas, rem familiarem, jacturam facere rei familiaris, fortunis everti, de fortunis deturbari, fortunis spoliari,orbari,privari, Re familiari comminui, afflicta est ejus fortuna & perdita, Fortuna ei charissima quæque abstulit,eripuit, ademit,Privavit eũ,orbavit omnibus rebꝰ, quæ homini charissima sũt.

Sehen was man verloren hat.

Deprehendere jacturam rei familiaris, aperire damna rerum suarum,Intelligere,sentire, patefacere detrimenta rerum suarũ.

Meine Haab vnd Wolfarth ist dahin.

Naufragium feci rei familiaris, periit res mea domeſtica, actum eſt de fortunis meis, prorſus everſę ſunt opes meæ, perdidi omnia bona, fortuna evertit, exuit, ſpoliavit, privavit me omnibus bonis, Mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit. Afflictæ, profligatæ, perditæ, extinctæ, everſæ ſunt res meæ, fortunæ meæ.

Finden.

Reperire, invenire, offendere.

De Sumtu.

Vnkoſten/ Auffwendung/ Außlag/ Verlag.

Sumtus, impenſa, impendium.

Groſſe Vnkoſten.

Sumtus magni, majores, maximi, infiniti, profuſi, effuſi, liberales, ſumtus tanti tamque profuſi, impenſæ multæ, magnæ.

Geringe Vnkoſten.

Sumtus nullus, minimus, exiguus, impenſa minima, nulla.

Nötige Vnkoſten/ꝛc.

Sumtus certus, neceſſarius, legitimus, publicus, annuus, quotidianus, perpetuus.

Vnkoſten erzegen/ machen das Vnkoſten auffgehen.

Sumtum afferre, inferre, inducere.

Es gehen viel Vnkoſten drauff.

Eſt res ſumtuoſa, res eſt ſumtui, ſumtus magni fiunt in hac re, Progreditur res ad maximos ſũtus, Indiget res magno ſumtu, multa impendia conferuntur in hanc rem, maximi ſumtus ponũtur, inſumuntur, conferuntur in hanc rem.

Verlegen/ Vnkoſten geben/ tragen/ anwenden.

Dare, ſuppeditare, ſuggerere, ſubminiſtrare, præbere ſumtum, Erogare pecuniam in ſumtus, ſuſtentare aliquem ſumtibus, deſervire alicui ſumtu, maligne præbere ſumtus, ſuggerere ſumtum aliquibus rebus, collocare patrimonium ſumtum in aliqua re. Suſtinere, ferre, tolerare ſumtus, inſtituere, facere, adhibere, ſuſcipere ſumtus, pecuniam in aliquid conjicere, Ponere, impendere, inſumere, facere ſumtum, impenſas in re, in rẽ, conferre pecuniam ad aliquid, non parcere ſumtui, impenſam facere, agere, conferre impendia in filii educationem, impendere ſumtum alicui rei, & in aliquã rẽ, meo ſumtu hæc fient, fructus hi abeunt in hoſce ſumtus. Effundere pecuniã cum dedecore & probro.

Die Vnkoſten etwa her nehmen.

Haurire, habere ſumtum alicundè, vivere alicujus ſumtibus, vivere ſucco ſuo, ex labore ſuo, ſumtum habere ab aliquo, ſumptum haurire ex aliqua re.

Er kan die Vnkoſten wol ertragen.

Suppedit ei, ut ſuſtinere ſumtũ poſſit, ſuppeditat ſumptibus reſpondere poteſt ſumtibus. Sumtum ferre, ſatis ſumtum ferre, tantum facere poteſt, ſuppetunt copiæ hiſce ſumtibus.

Er kan die Vnkoſten nicht ertragen.

Non ita firmus ab opibus eſt ut ſumtum ſuſtinere poſſit, ejus di-

vitię ſumt ui non ſunt pares, non eſt ferendo ſumtui, tantam impenſam ſuſtinere, ferre non poteſt, hæc impenſa quemvis debilitare & opprimere poteſt, non eſt is ſumtus qui ferri poſſit, immoderatus eſt ſumtus, Exhaurietur, cõminuetur tandem hiſce ſumtibus, exeditur, exenteratur, emungitur auro, abſumitur ſumtu, prodit extra modum ſumtu & magnificentiâ, nimium gravatur impendiis.

Die Vnkoſten leichtern / geringer machen/nicht viel außgeben.

Parcere ſumtui, Minuere, extenuare ſumtus, Remittere, removere, detrahere, tollere, moderari ſumptum, amputare ſumtum, ſumtuum rationẽ habere, levare ſumtum.

Keine Vnkoſten dürffen anwenden/ nichts außgeben.

Vacum, expertem, ſolutum, liberum eſſe á ſumtu, ſine ſumtu, impẽdio, impenſá aliquid facere.

Vnkoſten erlegen.

Reddere expenſa, reſtituere ſumtus.

De Negotiatione.

Gewerb/ Handel / Handthierung.

Negociatio, negocium, negotium vetus, negocia magna, ampla, expedita.

Kauffmanſchafft.

Mercatura, mercatura magna, quæſtuoſa, quæſtuoſiſſima, turpiſſima, tenuis, ſordida.

Kramerey / Nundinatio, nova, immanis nundinatio.

Handel Statt/Emporium.

Meß/Jahrmarckt/ Marckt.

Panegyris, Nundinæ, mercatus, celebritas mercatûs, Mercatꝰ magnus, turpiſſimus, domeſticus, Nundinæ multæ, flagitioſiſſimæ.

Kram Laden / Taberna, officina mercurialis,

Würtzkram/ Taberna aromataria, aromatopolium.

Laden der zu vermieten iſt/Taberna meritoria.

Ein Handelsmann.

Negociator, negocians, negociator vetus, mediocris, improbus, obſcurus, impudentia negociatorum.

Kramer/Kauffmann/Mercator, nundinator.

Ein Rentner/ groſſer Gewerb-oder Handelsmañ.

Magnarius, Solidarius negociator.

Ein Fucker/Monopola.

Fürkauffer/Propola, inſtitor, minutarius venditor.

Fürkauffen / Præmercari, mercari in lucrum, ſecundo loco cenſũ augere, ſecũdo loco æſtimare.

Kramer im Laden/Tabernarius, opifices tabernarii, fex civitatis,

Buttenkramer/Sonnen Kramer/ Circumforaneus, circuitor, circitor.

Factor/Inſtitutor qui gerit alterius negocia.

Partitenmacher/Proxeneta, pararius, cõciliator, medius, interceſſor.

Treudeler/Scrutarius.

Ochſenhändler/Pecuarius.

Kornkäuffer/Frumentarius.

Korn Jude/Dardanarius, annonæ flagellator, frumentarius prædo.

Tuchhändler / Mercator pannarius.

Wahr/ Merx, res venales.

Wahre zuführen / Merces importare.

Wahre abführen / Merces exportare.

Wahre außlegen / Merces venum exponere, merces explicare.

Wahre einlegen/ Merces componere.

Thewre Wahr / Res quæ precium habet, quæ eſt magni precii, quæ eſt majoris precii.

Sich zur Kauffmanſchafft begeben.

Operam dare mercaturæ, diſcere artem mercatoriam, ſtudere mercaturæ, trãsferre ſe à literis ad mercaturam, conferre ſe ad negociandum, ad mercaturam exercendam, ad mercaturæ ſtudium ſe adjungere.

Handeln.

Contrahere, habere negocia, gerere negocium, negociari, negocia agere, tractare, conficere, rem agere, contrahere mutuo, colligere reliquias negociationis, traducere rem ad ſuum quęſtum & ad nundinationem.

Ein Kauffman ſeyn.

Facere mercaturas, exercere mercaturam, verti in mercatura, negociari, nũdinari, mercari.

Einen Jahrmarckt anſetzen/ halten.

Mercaturam, nundinas inſtituere, indicere, habere.

Zum Jahrmarckt ziehen.

Proficiſci ad mercaturam, ad negociationem, ad mercatum abire ad mercatum, currere aliquo ad mercatum.

Auff den Marckt gehen.

Ire, prodire, abire ad forum, tranſire ad forum, pergere, tranſcurrere ad forum.

De Proſcriptione.

Offene Feilbietung.

Proſcriptio, auctio, præclara proſcriptio.

Feil geboten/ Proſcriptus, fundus eſt proſcriptus.

Feil/ Venalis, vendendus, merx licet, merx eſt venalis.

Feil bieten/ **Feil haben**/ Venum exponere rem, venale habere, inſcribere ædes mercede, venale quid proponere, præſcribere, facere proſcriptiones.

Außruffung/ Præconium, auctio.

Außruffer/ Præco, proclomator.

Etwas außruffen.

Pronunciare, prædicare publicê, declarare aliquid, palam prædicare.

Etwas außruffen laſſen.

Subjicere rem præconi, ſubjicere rem ſub præcone, vendere per præconem, præconem adhibere in re vendenda, præconis voci ſubjicere bona.

Gemeine Gut außruffen laſſen.

Haſtam ponere, figere, ad haſtam locare, haſtæ ſubjicere, venditioni exponere.

Privat Sachen außruffen lassen.

Auctionem facere, auctionari.

De Æstimatione.

Schätzung / Bietung.

Æstimatio, mediocris æstimatio, indicatio, taxatio.

Bieten.

Indicare, facere, statuere suæ merci precium, indicare, statuere precium rei vendendæ, Constituere precium rei, semel indicare, eloqui, Eloqui, indicare pretium, constituere æstimationem, enumerare precium, indicare æstimationem, tantum vult venditor, precium pacisci.

Ein Ding zu thewer bieten / den Kauff steigern.

Magno, permagno æstimare, licere cariùs, pluris, plurimi, dimidio cariùs, precium rei augere, rerum pretia intendere, graviora justo rebus pretia imponere, exquisita pretia statuere, iniquitas & improbitas æstimationis.

Recht bietung.

Optima, æqua, æquior, ferenda, tolerabilis, grata æstimatio.

Wolfeil bieten / Rem minoris, tenuissimè, nihilo, nibili æstimare, parvum precium rei statuere.

De Venditione.

Verkauffung.

Venditio.

Verkauffung auff ein Widerkauff.

Venditio fiduciaria, committere alicui fiduciam, emtor accipit fiduciam.

Verkaufft / Venditus.

Was wol abgehet / Vendibilis, quod cupidos emtores invenit.

Verkäuffer / Venditor, liberalis venditor, divenditor, fraus nulla venditoris.

Verkauffen.

Vendere, venum dare, facere venditionem, vendere aliquid arbitratu suo, venditare, venundare, distrahere, facilè vendere, nominatim vendere, decedere de possessione.

Thewer verkauffen.

Magnò, pluris, multò pluris, quam plurimo, grandi pecuniâ vendere, rectè, præclarè, quàm optimè vendere.

Verkäuffe so thewr du kanst.

Vende, quanti licebit, plurimo.

Wolfeil geben / wolfeil verkäuffen.

Parvi, minoris vendere, parvo precio vendere, Alienare, addicere nummo, malè, dissolutè vẽdere, tantulo hæc venierunt.

Verkaufft werden.

Venirè, palàm, libereque venire, publicè venire, venum ire, venundare, divendi, vendi, distrahi.

Den Kauff vmbstossen.

Irritas facere venditiones.

Wenn kein Kauffer da ist.

Deest venditor rei, hasta friget.

Wieder verkauffen.

Revendere, pluris emi, quàm revendere possum.

De Emtione.

Kauff/Emtio.

Kauffgierigkeit/Emacitas, contagio emtionis.

Gekaufft/Emtus.

Käuffer/Emtor, emtor animosior, der zu thewer kaufft.

Kauffgierig/Emax, emacem esse, quæstu & lucro emẽdi duci.

Feilschung/Licitatio.

Mehrbietung/Adjectio, melior conditio, precii incrementum.

Ein Ding feilschen/ etwas drauff bieten.

Liceri, licitari, precium offerre, facere licitationem, non desistere liceri, exquirere precium.

Sage wie du es geben wilt.

Indica quàm daturus sis minimò, quanti emi possit minimò.

Mehr bieten.

Adjicere, ad precium addere, pluris licitari, contra liceri.

Einen subornirn / der mehr beut.

Licitatorem apponere vel opponere.

Ich gebe es nicht drumb / Tantillò tibi non add[illegible]m.

Ich gebe es nich[illegible]er / Nummus hic abesse no[illegible] potest, ne numo quidem minoris vẽdam.

Den Gottes Pfennig drauff geben.

Subarrare contractum.

Käuffen.

Emere, coëmere, mercari, esse emtorem, parare, comparare aliquid pecuniâ, assequi aliquid precio, parare sibi agrum, rus emere bona emtione, emere bona ratione, emere nõ ab invito, vel per injuriam, emtionem cõtrahere, facere, emere de aliquo, habere aliquid redemtum precio, commercari aliquid.

Uber häupt kauffen.

Emere aversione vel per aversionem.

Etwas versuchen ehe man es kaufft.

Sumere exemplum, non emerim pira prius quàm exemplum sumserim.

Auff Borg kauffen/auffschreiben lassen.

Emere in diem.

Das Geld auffzehlen.

Pretium dare, annumerare, pendere, persolvere, emere præsenti pecuniâ, auro præsentario.

Thewer kauffen.

Magno precio mercari rẽ, propè dimidio cariùs emere, magno stetit ei hæc res, magno venit, ultra precium emere, facere.

Wolfeiler kauffen.

Minoris emere, minore precio emere, parvo emere, intra precium emere.

Kauff so wolfeil als du kanst.

Eme quanti potes minimo.

Nichts darfür geben wollen.

Vitiosâ nuce non emerem, fumi umbrâ non emerem.

Zuschlagen.

Addicere rem alicui.

Gewehren/Evictionẽ præstare.

Nicht

Nicht kauffen wollen/Nihil curare de emendo.

Den Kauff fallen lassen/ Abire ab emtione, emtionem ratam non habere.

Rewkauff geben.

Dare aliquid pro rescindenda emtione, persolvenda compotatione, emtionem rescindere.

Zugabe/Auctarium, corollariū.

Etwas zugeben/ Dare aliquid pro corollario, dare aliquid corollarii, addere corollarium, auctarium.

Wiederkauffung / wieder Einlösung.

Redemtio, facultas redimendi.

Einlösen.

Redimere privatis incommodis, aliquid redimere, vilissimâ re maximam redimere.

Verdingung/ Redemtio, conductio.

Verdingen/Redimere, conducere, facere redemtionem, architectus redimit vel conducit ædificandam domum, sed dominus locat ædificandam domum, magno precio conducere.

Verdinget/Redemtus.

Der etwas dinget/Redemtor.

Das Gedinge auffsagen / Renunciare conductionem.

Verleyhen/vermieten/Locare, elocare, addicere, Locare opus faciendum maximâ pecuniâ, publicè locare, Locare alicui domum habitandam, elocare puerum instituendum.

Vermietet/Locatus, elocatus.

Mieten/ Conducere nimium, magno pretio conducere, conduxi domum vicenis aureis.

Die Miete auffsagen/ Renunciare conductionē, hospitium.

Eine Wette.

Sponsio.

Wetten.

Certare cum aliquo sponsione, Sponsionem cum aliquo facere, in sponsionem aliquid deponere, Certare pignore vel precio cum aliquo, quanti vis mecum contendere?

Die Wette gewinnen.

Vincere sponsionem.

De Mutuatione.

Entlehnung/Mutuatio.

Geborget/entlehnet/Mutuum, creditum, commodatum, utendum datum.

Ein Außleyher/ Creditor, elocator.

Leyhen/fürsetzen/ Geld oder Korn/2c.

Mutuare, dare mutuam pecuniam, Credere, committere, suppeditare, dare, contribuere, largiri, subministrare alicui pecuniam. Adjuvare, juvare aliquem pecuniâ, communicare, impertire alicui pecuniam, commodare alicui aurum.

Leyhen/ vnd zu gebrauchen etwas geben/ein Buch/2c.

Utendum dare, cōmodato, dare aliquid cōmodato alicui, accommodare aliquid alicui, rei alicujus usum alicui concedere in breve tempus, cōmoda mihi

librum tuum in horam, in diem, in craſtinum.

Borgen/entlehnen/Geld/ꝛc.

Sumere, accipere mutuam pecuniam, Mutuari pecuniam, petere argentum mutuum, ſumere pecunias mutuas ab aliquo, ſumere pecuniam fœnore, reperire, invenire argentum, mutuũ conficere, perficere, corradere, auferre, emungere argentum, ſumere mutuò pecuniam, argẽtum quærere, mutuum rogare argentum, quærere mutuam pecuniam, ſumere mutuam pecuniam ſuâ & amicorum fide, verſuram facere ab aliquo, corrogare pecuniam.

Borgen/entlehnen/zum Gebrauch/ Bücher/ꝛc.

Rogare, petere, accipere alicunde commodato.

Leihensweiſe.

Mutuò, mutuè, mutuum.

Ein Tauſch/ein Wechſel/Stich.

Permutatio, permutatio publica, quadrantaria, minuta.

Vertauſchet/Permutatus.

Stechen/tauſchen/wechſeln/ beuten.

Commutare, permutare aliquid cum aliquo, facere permutationem cum aliquo, cum quæſtu permutare, permutavi Virgilium Terentio, Commutare inter ſe libros, veſtimenta, Nolo meum librum tuo commutare, Libertatem non permutarem regno.

Verſicherung/Satiſdatio, cautio.

Handſchrifft/ Syngrapha, Syngraphum, cautio nominis, chirographum.

Auff eine Handſchrifft leyhen/ Ex Syngrapha credere.

Eine Handſchrifft machen/Syngrapham facere, ſcribere.

Durch Handſchrifft vberweiſen/ Chirographo aliquẽ convincere, ex Syngrapha agere, ex Syngrapha jus dicere.

Handſchrifft/Bekäntnis.

Antapocha, *qua quis ſe obligat vel fatetur debitum creditori.*

De Ære alieno.

Schulden.

Æs alienum, debitum, debitio pecuniæ, magnitudo æris alieni.

Magnum, maximum, grande æs alienum, aliquantum æris alieni, Vetus, novum, antiquum æs alienum.

Ein Reſt/Reliquum.

Außſtehende Schulden/Nomina, multa nomina, parvum, leve, tenue nomen.

Gute Schulden / Bonum, certum, idoneum, expeditum nomen.

Vngewiſſe Schulden/Malum, incertum, impeditum, anceps nomen.

Vngewiſſe Schulden einbekommen.

Deſperatas pecunias recipere, argentum fugitivum recipere.

Ein Schuldener/Debitor, æratus, obæratus, obligatus.

Böſer Bezahler / Trico nummarius,

marius, lentum nomen, lentus debitor, tergiversans.

Schuld aussen haben / er ist in meiner Schuld.

In nominibus habere, magnã mihi vim pecuniæ debet, mihi meo æro est obstrict⁹, est in meis nominibus, ex pecunia satis multa, multum pecuniç est mihi in nominibus, ære meo est mihi obligatus, pecuniam multam collocavi in nominibus, multa nomina feci.

Schuldmachen.

Facere, suscipere, contrahere, cogere, conflare, facere æs alienum, Incidere in æs alienum.

Schuldig seyn / mit Schulden behafft seyn.

Debere pecuniam grandem, multos nummos. Debere, habere æs alienum, debere pecuniam certis nominibus, esse in ære alicujus, esse in ære alieno, obæratum esse, esse in numis alicujus, æs alienum mihi crescit, Premi, opprimi, obstringi, dirui, obrui, planè perditum esse ære alieno, animam debere, paulò minus debere, relinquere aliquantum æris alieni, urgeri debitione rei.

Einforderung.

Exactio, sollicitatio, acerbissima, extrema exactio.

Mahner / Exactor, coactor, Reposco.

Mahnen / Schuld einfordern.

Exigere nomina, exigere debitum. Appellare, admonere, petere, cogere, exprimere, extorquere, urgere, vi exprimere, vi extorquere debitum, acerbius exigere, Commonefacere aliquem debiti, urgere nomen debitum, exigere pensionem, appellare aliquem de pecunia, repetere, postulare, poscere, cogere pecuniã, de nomine appellare, Reposco te, vel à te pecuniam.

Den Schuldner außklagen.

Excutere debitorem.

Sächsische Frist geben.

Laxamentum Saxonicum concedere.

De Solutione.

Bezahlung.

Solutio, repræsentatio.

Bezahlen / Schulden außzahlen.

Solvere, dissolvere nomen, Explicare, expedire, exolvere debitum, æs alienum, retribuere debitum, solvere pensionem, annumerare, repræsentare pecuniam, Satisfacere creditori, omnem pecuniam persolvere, satis persolvere, præclarè, summo studio persolvere, optimâ fide annumerare, ad diem solvere, sine versura dissolvere, resolvere argentum cui debemus, Renumerare pecuniam, reddere æs alienum, nomina explicare, respondere ad tempus satisfacere pro re, expedire nomina sequè exolvere, debitum retribuere.

Ich habe alles bezahlt.

Solvi creditoribus, ære alieno omni liberatus sum, jam nemini obæratus sum, exii ære alieno,

Liberavi me, fidem præſtiti, fidem meam liberavi, levavi me ære alieno, in aſſem ſatisfeci, ad nummum uſq; ſolvi, ad ultimũ quadrantem ſolvi, pecuniam citra controverſiam, ſine lite reddidi, ære alieno me exoneravi, æs alienum diſſolvi, exivi ære alieno, nemini quicquam debeo.

Für einen andern bezalen.

Suſcipere æs alienum, pro aliquo ſolvere, alterius promiſſa præſtare, dependere pro aliquo, pro quo ſpopondiſti, trãslatum eſt ejus in me nomen.

Mein Bruder ſol für mich zahlen.

Solvam à fratre, perſolvetur tibi à fratre, perſolvam, numerabo tibi quæ debeo à fratre, curabo tibi à fratre ſatisfaciendum, delegabo tibi fratrem.

Ich wil dir die Schuld erlaſſen.

Donabo, condonabo tibi æs alienum, debitam pecuniam, eximo te ex ærariis, eximo nomen tuum de tabulis, levabo, liberabo te ære alieno.

Es iſt jetzt böſe Bezahlung.

Difficilia ſunt tempora ſolutionis, impeditur ſolutio, difficultas rei nummariæ omnes tenet, minimè jam promtũ eſt ad diſſolvendum, diem debitores ex die ducunt, ſunt lẽti inſolvẽdo.

Er kan nicht bezahlen.

Non eſt ſolvendo, non eſt ut poſſit ſolvere, non habet unde ſolvat, non ſuppetit, unde creditoribus ſatisfaciat.

Schuld leugnen.

Inficiare nomen, denegare creditum, abjurare creditum.

Den Gläubiger umb ſein Geld bringen.

Fraudare creditorem debito.

Banckerot machen.

Ob æris alieni magnitudinem ſolum vertere, urbe cedere, ex urbe cedere, diſcedere, cedere creditoribus.

Gar nicht zahlen / Nihil omnino ſolvere.

Für bezahlt annemen / In ſolutum accipere.

Eine Quitans / Acceptilatio, apocha, cautio ſolutionis, ſolutæ pecuniæ profeſſio, ſecuritas.

Schweren / daß man nicht zahlen kan.

Ejurare bonam copiam, jurare copiam ſibi non eſſe æris alieni diſſolvendi, jurejurando negare facultatem ſibi dari alieno ſe ære liberandi.

An einem Ort borgen / am andern zahlen.

Verſuram facere ab aliquo, verſurâ ſolvere, iniquiſſimo fœnore verſuram facere, nomen transferre, verſura eſt mutatio creditoris.

De Vſura.

Wucher / Umbſchlag / Judenſpieß.

Fœnus, uſura, fœneratio, quæſtus, impudentia fœnerationis.

Epith. Fœnus magnum, maximum, grande, grave, iniquiſſimum, tolerabile, perpetuum, U-

sura gravissima, solida, mẽstrua, legitima, solita, illicita.

Zinse wieder Zinse / Anatocismus, usura usurarum, renovatio usurarum.

Zwölffe vom hundert / Usura centesima, *quæ centesimo mense sortem æquat*, fœnus unciarium, usura unciaria,

Achtzehen vom hundert / Usura sesquicentesima.

Vier vnd zwantzig vom hundert / Centesimæ binæ, *Sic: centesimæ ternæ, centesimæ quaternæ, Cic.*

Sechse vom hundert.

Centesimæ semissis, usuræ semissis, *quæ centissimo mense dimidium sortis exhibet*, fœnus semunciarium.

Vier vom hundert / Usura ex triente, *quæ centesimo mense tertiam partem sortis, sive potius quatuor partes, si sors in duodecim partes dividatur, persolvit.*

Fünffe vom hundert / Usura quincunx, vicesima, *quæ quotannis vicesimam sortis pendit.*

Sieben vom hundert / Usura septunx.

Achte vom hundert / Usura, fœnus ex bessibus, usura bessalis.

Neune vom hundert / Usura ex dodrante.

Zehne vom hundert / Usura, fœnus ex dextante, *quæ centesimo mense, decem sortis partes, si in duodecim scilicet partes dividatur, persolvit.*

Wucherer.

Fœnerator, danista, quæstuarius, acerbissimi fœneratores, greges fœneratorum.

Geld auff Zinse / Vide Geld.

Häuptsumma / Summa, sors, caput, maxima, fatalis summa.

Die Summam voll machen / Facere, conficere summam, explere, complere summam.

Geld außleyhen auff Wucher.

Fœnerare, & fœnerari, dare fœnori pecuniam, dare pecuniam ad usuram, occupare pecuniam fœnore, ducere fœnus, ducere centesimas, exercere fœnus, collocare pecuniam in fœnore, fœnus exercitare, fœnerare alicui pecuniã, auctitare pecunias fœnore, transferre pecuniam ad fœnerationem, ad quæstum, Accipere fœnus, accipere pecuniã pro usura, sustentari usuris, conservare, renovare fœnus, usuras, inductus usuris hoc credidi ei.

Durch Wucher außsaugen.

Defœnerari, trucidare fœnore.

Geld auff Zinse nemen.

Fœnerari, fœneratus sum à nummulario viginti aureos, fœnore accipere pecuniam, fœnori sumere.

Zinse geben / erlegen.

Pendere usuram, versuram facere iniquo fœnore, Pensitare centesimas, bessem, referre pecuniam ex fœnore.

Von der Häuptsumma abziehen.

Detrahere de summa, è sumã, è capite, demere de capite, de-

cessionem facere de capite, Summam subducere.

Nachlassen an der Häupt-summa.

Remittere aliquid de summa, de capite, imminuere summam.

Ohne Wucher leihen.

Sine usuris dare pecuniam, sine usuris reddere, liberare aliquem usuris, jubere consistere usuram.

Wechsel.

Argentaria, argentariam maxima, non ignobilis.

Wechselbanck.

Mensa argentaria, collybus.

Einen Wechsel haben / Facere argentariam.

Ein Wechßler / Numularius, argentarius, mensarius, danista.

Außzahlen vom Wechßler / Numerare à danista, à mensa argentaria.

Wechselbrieff / Literæ cambii, literæ argentariæ, collybi.

De Pignore.

Pfändung.

Pignoratio, oppignoratio.

Pfandt.

Pignus, hypotheca, Multa, minus multa, magna pignora.

Pfandtherr.

Pignerator, hypothecarius, creditor pignoratitius.

Pfänden / Pfand nemen.

Pignorare, pignus capere, accipere aliquid pignori, pignoribus ablatis cohercere.

Verpfänden / Pfand einsetzen.

Oppignorare, pignus dare, in pign⁹ aliquid dare, pignori, pro pignore aliquid dare, obligare pignori, poneri pignori, opponere pignori, oppignorare libros pro vino, dare hypothecâ, obligare se hypothecâ, hypothecæ nomine aliquid obligare, res est posita pignori pro re aliqua.

Sein eigen Gut zubüssen / verpfänden.

Peculium intricare, res peculii æris alieni causâ oppignorare.

Pfand wieder lösen.

Repignorare, redimere dato pretio pignus, hypothecam.

De Caritate annonæ.

Thewre Zeit.

Caritas annonæ, difficultas annonæ, summa inopia rei frumentariæ, inopia frugum, calamitas fructuum, sævitia annonæ, inopia annonæ, penuria frugum, graviusculum annonæ incendium, Dura, carior, carissima est annona, Est arcta, acris, dura, gravis, difficilis, magna fuit sterilitas agrorum, annus est in caritate, magnò, carè vivitur, difficultas annonæ nos premit.

Es wird thewr.

Annona ingravescit, carior fit, crescit, arctatur, incenditur, pretium annonæ augetur, intenditur plus quàm æquum est.

Thewrung machen / das Korn auffhalten.

Flagellare, vexare, onerare, incendere, excandefacere annonam, Pretium annonæ augere, inten-

intendere, annonam duriorem facere graviora justò pretia rebus imponere, celare, comprimere, claudere, clausum tenere frumentum.

Es ist eine grosse Thewrung.

Magna est rerum caritas, difficultas, eæ sunt angustiæ rerum, ita carè veniunt, tanti precii sunt, tanti fiunt omnes res ut incommodis multis omnes homines laborent, ex immoderata penuria, nimia caritate oriuntur incommoda multa, multorum nummorum omnes res sunt, precii magni sunt, plurimum valent, magnæ æstimationis sunt omnes res.

Sich für thewrer Zeit besorgen/ Vereri, timere caritatem añonæ.

Wolfeile Zeit.

Vilitas, laxitas, ubertas, abundantia annonæ, vel omnium rerum, annona est laxa, levis, vilis, Iacent pretia omnium rerum, magna est rerum vilitas.

Es wird wolfeiler.

Annona convalescit, laxatur, levatur, commutata est annonæ difficultas, vilitatem rerum consecuti sumus ex caritate, vilitatẽ annonę consequi.

Wolfeile Zeit machen.

Prospicere annonæ, curare annonam, Levare, laxare, commutare annonam.

De Lucro.

Gewin/Eigennutz.

Quæstus, lucrum, quæsticulus, lucellum, commodum, compendium, utilitas, fructus, quæstus exiguus, parvum lucrum, emolumentum. Magnitudo, cumulus quęstûs, lucri, aliquid lucelli.

Epith. Lucrum magnum, maximum, infinitum, præclarum, improbissimum, lucra frumentaria.

Quæstus magnus, maximè fœcundus, maximus, uber, duplex, mediocris, honestus, concessus, improbissimus, turpissimus, odiosus, meretricius, forensis, judiciarius, paternus, domesticus, frumentarius, immortalis, nocturnus, Liberales, illiberales, sordidi, immensi, intolerabiles, immanes quæstus.

Gewonnen/erlanget/zu wegen gebracht.

Quæsitus, lucrifactus, comparatus, collectus, corrogatus, honestè, magno labore, plurimo sudore & sanguine, virtute partus quæstus, Malè partus, vitiis, improbè partus.

Das Gewinn bringet.

Quæstuosus, multò quæstuosius.

Der allenthalben Gewinn suchet/ Lucrio.

Seinen Gewinn suchen/Eigennützig seyn.

Cupidum esse quæstûs, versari, occupari in quæstu, in compendio, rapinis, facere aliquid quæstûs studio, causâ, studio lucrifaciendi, quærere lucrum, revocare res ad lucrũ, abuti re ad quæstum, habere rẽ prædæ & quæstui, Est ipsi quæstui res, Lucro ipsi est, est hoc ipsi in quæstu, cõmoveri spe quæstûs, duci quæstu & lucro, sequi quæstum, inire rationem quæstus, metiri omnia quæstu, Convertere, conferre, traducere, accommodare rem ad quæstum, redigere

digere se totum ad quæstum, pasci quæstu.

Gewins halben thut man viel.

Multi id faciunt, ut lucri plurimũ faciant, ut lucrentur plurimum, ut quæstus maximos faciant, lucri cupiditate adducti, lucelli dulcedine illecti, lucrum spectantes, lucrum secuti, Lucri, commodi, emolumẽti spe, Multos impellit lucri cupiditas, augẽda rei cupiditas, ditandi spes, Congerendarum opum, comparandarum divitiarum, pecuniæ colligendæ spes.

Gewinnen/ Gewinn an einem Dinge haben.

Lucrum facere, quæstum comparare, accipere quæstum, Lucrari, lucrifacere, Parare, comparare, nancisci aliquid, quam plurimum lucrifacere, impunè lucrari, lucrifecit grandem pecuniam, fecit magnam pecuniã ex hac re, Lucrum venit, pervenit ad eum, attigit eum lucrum, multum lucri, emolumenti hinc ipse accepit, refert fructum non contemnendum ex hac re, Facere lucrum in re, & ex re, colligere sibi quæsticulos ex aliena stultitia, parare lucrum ex negociatione, multo labore lucrum colligere, comparare, Lucrum paratum nobis est, multum lucri inde reportavit.

Er treibet einen schändlichen Gewinn.

Quæstus maximos sed turpissimos facit, rem facit turpissimè, divitias quęrit malis artib⁹, multum ille quidem sed in honestè, sordidè, parùm laudabiliter, cũ dedecore lucratur, cum infamia lucrum sequitur, tanti lucrum facit, eâ cupiditate in lucrum incumbit, ut vel cum dedecore, cũ infamia, turpi cum fama id sequatur, Improbissimè, turpissimè, vi, rapinis, per scelus hęc cõparavit, abuti re ad quæstum, habere rem prædæ & quæstui.

Gewinn einfordern.

Exigere, tollere aliquid lucri.

Gewinn geben.

Dare alicui, addere, conferre, numerare lucrum, accedit multum ad lucrum, afferre alicui lucrum.

Einem den Gewinn nemen.

Intervertere, præripere alicui lucrum.

Der Gewinn nimpt ab.

Quæstus minuitur, friget, jacet non sufficit quæstus.

Der keinen Gewinn suchet/ Lucrifuga.

Keinen Gewinn suchen.

Contemnere, despicere lucrum, abducere, transferre animum aliò à quæstu.

Einname/ Acceptum, perceptio.

Register zur Einname/ Tabula accepti, codex accepti.

Einschreiben.

Referre in codicem accepti vel expensi, referre acceptum, digerere nomina in codicem accepti vel expensi, referre expensum.

Einnemen.

Capere,

Capere, accipere, percipere, plus, contra leges, publicè accipere.

Außgab.

Datum, expensum, impensum, insumtum.

Register zur Außgabe.

Tabula expensi, codex expensi.

Außgabe einschreiben.

Ferre expensum, referre expensum.

Außgeben.

Dare, expendere, impendere, erogare,

De Fama.

Gerüchte/Hörsagen/fliegende Rede/gemein Geschrey.

Fama, rumor, sermo, sermunculus, rumusculus, auditio, voculæ, cantilena, aura, fabula, vox, susurratio, popularis fama, popularis, aura, aura rumoris, disseminatus, dispersus, pervagatus sermo, omnium hominum sermo, Res audita, pervulgata, percelebrata, communis sermo, rumor sine capite, sine autore, celeritas famæ.

EPITH. Rumor magnus, maximus, nonnullus, præclarus, constans, consentiens, gravis probabilis, vetus, non firmus, tristis, tristior, durior, timoris plenus, inanis, falsus, turpis, improbissimus, Rumores multi, varij, grati, optati, non boni, non belli, jucundi, crebri, parùm secundi.

Fama magna, maxima, summa, bona, præclara, constans, consentiens, grata, optata, tristis, sinistra, tristior, falsa, communis, vetus, multiplex, duplex.

Sermo levissimus, obscurus, vanus, celeberrimus, quotidianus, recens,

Auditio levis, tenuissima, ficta, conficta, Fabula ficta, falsa, obcœnissima, conficta.

Vngewisse Reden/ den man nicht trawen darff.

Rumores sunt satis illi quidem constantes, sed sine auctore, Rumor est, sed sine capite, sine auctore, rumore ipso nuncio, sermones exaudiuntur, prorsus tamen incerti, inanes, infirmi, orti ex voluntate, qui nullâ veritate nitantur, dissipati sine causa, auctore nullo, jactantur hæc sermonibus incertis, sermonibus, quibus haberi fides nulla debeat, unde meritò fides absit, in quibus non sit pondus, qui nihil certum sequantur, qui neque nunciis, neque literis comprobentur, quos veritas nulla confirmet, qui nullâ, veritate, nullo satis firmo testimonio, nullo prorsus argumento, rationève nitantur,

Der das gemein Geschrey außbringt/Famigerator.

Außgesprengt/außgesagt.

Dictus, commemoratus, celebratus, percelebratus, vulgatus, divulgatus, pervulgatus, pervagatus, jactatus.

Wie man saget.

Vtajunt, ut fertur, ut ferunt, dicunt, perhibent, ut fama est, ut fama habet, ut fama perhibet, ut vulgò dicitur, spargitur, ut vulgo dici consuevit, ut vulgo dici solet, ut rumore vulgi spargitur, juxta vulgi tritum sermonem.

Es kompt ein Geschrey aus/ man saget.

Excitata eſt fama, eſt de hac re ſermo, excitatus eſt rumor, naſcitur, oritur, ſurgit fama, rumor, triſtis à Mutima fama manat, erigit ſe aura, increbeſcit, percrebeſcit, manat, emanat fama, ſerpit rumor, peragrat aliquò rumor, Affluit, venit, pervenit aliquò rumor, affertur, defertur, profertur hoc vel illud, Rumore vulgatum eſt, ſparſum eſt, diſſeminatum eſt famâ, famâ paſſim jactatur, conſtans ubique rumor eſt, fama ſerpit, fama de hac re percrebuit, fama venit alicundè.

Alle Leute ſagens.

Res eſt in ore omnium, celebratur hoc famâ, denunciatur ſermonibus, conſtanti famâ, & omnium ſermone celebratur, vicatim celebratur, vulgò loquuntur, omnium mortalium famâ celebratur, rumor totâ urbe pervulgatus eſt, ore omnium celebratur hæc res, fama de hac re totum orbem peragravit, ſemper in ore habent, dicunt hoc, loquuntur, reclamant unâ voce, pervulgatum hoc eſt, ſermone celebratum, percelebratum eſt, Iſtius iniquitas in ore vulgi eſt, in communibus proverbiis verſatur, rumor calet, latê diſſipatur, comprobatur hoc rumore, ſermone.

Böſe Mähr/böſe Botſchafft/ Zeitung.

Rumores de illo duriores erant, adverſa quedam de illo erant allata, nuncii venerant triſtes, adverſi, infauſti, parùm commodi, minimè læti, parum ſecundi, gravior de illo fama pervenerat, diſſipata erat, pervulgata erat, durìora quædam, graviora quædam erant ſignificata, jactabātur, graviora ſermonibus diſſipabantur.

Man redet übel von jhm.

Malè audit, omnium ſermonibus vapulat, parùm ſecundi de eo ſparguntur rumores,

Ich hab es gehöret/erfahren.

Audivi hoc communi famâ atq; ſermone, accepi famâ & auditione, accepi auditionem, certior factus ſum rumoribus, fama rei pervenit ad aures meas. Rumor, nuncius affertur, aliquid rumoris affertur, novi aliquid affertur ad nos, videor per nebulam aliquid de hac re inaudiſſe, fama ad me pervenit, tenuem auditionem de hac re accepi, Inaudivi conſilia de hac re inita, Suſurrari audio eam eſſe civem Atticam, fama nunciat te in Syria eſſe. Rumore nuncio inaudivi, comperi, Comperi hoc certis autoribus, reperi, reſcivi; Intellexi ex ſermone populi, factus ſum certior famâ, literis, nunciis, nihil habeo præter auditum, nuncio hoc de auditu, rumores allati ſunt ad me, ſermones perferuntur ad me, voces jactantur, quæ pervenerunt ad aures meas, res delata eſt ad me, Ex aliquibus cognoſcere, audire, ex aliquorum literis mihi nota hæc ſunt.

Ich habe deine Wort erfahren/ ſie haben mirs geſagt.

Tuus de me ſermo per quoſdam perlatus eſt, tuum ad me ſermonem detulerunt homines honeſtiſſimi, mihi ſignificarunt, aperuerunt, narraverunt, ipſa mihi tua verba expoſuerunt.

Sich für dem gemeinen Geſchrey fürchten.

Vereri rumuſculos, extimeſcere, perhorreſcere rumores, moveri, commoveri, permoveri famâ, rumore, perturbari rumore.

Ins Geſchrey kommen.

Incurrere in voculas, ſubire ſermonem, in ſermone eſſe, ſermone omnium vapulare, hærere in ſermonibus, hæc res ipſi famam fecerat, non effugere poſſe riſus hominum & inſaniæ famam.

Geſchrey/ Gerüchte außbringen/ etwas nachſagen/ außbreiten.

Divulgare, pervulgare, ferre omnia per urbem, efferre in vulgum, proferre palàm, facere aliquid palàm, enunciare aliquorũ conſilia, obnunciare porrò, diſſipare ſermones, dicere aliquid garrulè, effutire aliquid, divulgare famam, efferre aliquid foràs, rumores ſpargere, celebrare, jactare, vulgare aliquid, diſſeminare famam, concitare famam, Proferre aliquid rumore, proferre res ſermone, divulgare rem ſermonibus, diſſipare famam, rumores ſpargere.

Zu wiſſen thun/ berichten/ vermelden/ verſtändigen.

Certiorem facere aliquem rei alicujus, & certiorem facere de re aliqua, reddere aliquem certiorem de ſtatu ſuo, de conſiliis ſuis, Alicui ſignificare, exponere, apperire, explicare, perſpicuê demonſtrare qui ſit rerum ſtatus, qui ſenſus, quæ conſilia ſint, Facere ut quis cognoſcat, intelligat, certior fiat, ex literis erudiatur, inſtruatur de ſtatu alicujus, imaginem omnium rerum cogitatonumque in literis ad aliquem oſtendere, certiorem facere celeriter, ſtatim, ſerò, faciã ut ſcias, celeriter ut ſcias dabo operam, omnia ut tibi nota ſint faciam, etſi tibi audita eſſe arbitrabar, volui tamen notiora eſſe: hoc eſt, quod te velim habere cognitum, familiariſſimè certiorem facere, *ſupra de Notitia.*

Das Gerüchte vnterdrücken.

Reprimere, repellere famam, retundere ſermones, reſtinguere, ſedare ſermunculum.

Das Geſchrey verleuret ſich.

Rumor refrigeratur, exhauritur, fit raucus, ob muteſcit, extinguitur, Fama moritur, refrigeſcit, ſedatur.

Res Novæ.

Newe Zeitung/ Gerücht.

Res novæ, res novitate primæ.

New.

Novitas, novum, recentia, proxima, nova poſt hominum memoriam inſtituta, recentiſſima, res nova, planè nova, inaudita.

Novus, novitius, novellus, recens.

Adv. Novè, noviſſimè, nuper, proximè.

Sich newer Zeitung befleiſſigen.

Delectari, excitari novitate, aucupari rumusculos, colligere omnes rumorum & concionum ventos, teneri & duci rumore, cupidum esse novarum rerum, quærere, perquirere, requirere, persequi res novas, Curiosum esse rerum novarum, novitatem amare, novitati studere, favere, rumores excipere.

Etwas newes erfahren.

Cognoscere aliquid novi, audire aliquid novi.

Etwas new machen.

Novare, innovare aliquid, decernere, constituere aliquid novi.

Diß ist new.

Decernitur, constituitur, geritur, fit, accidit aliquid novi.

Newe Sachen lieb haben.

Mirari nova, inusitata, ferre recentia aliter quàm inveterata, cupiditatem injecit novitas.

Was newes schreiben.

Scribere, nunciare aliquid novi, certiorem aliquem facere de rebus novis.

Der newen Zeitung nicht achten.

Repudiare novitates, minimè curiosum esse rerum novarum, curam rerum novarum non suscipere.

De Nunciis.

Bottschafft.

Nunciatio, nuncium, nuncius.

Fröliche Bottschafft.

Optatissimum, exoptatum, jucundissimum nuncium, Evangelium, Boni nuncii.

Böse Botschafft.

Malum, acerbum nuncium, acerbitas nuncii. Falsum, recens nuncium.

Botschafft bekommen.

Audire, accipere nuncium.

Durch die Botschafft erschreckt werden.

Excitari, commoveri, perturbari, percelli nuncio.

Ein Bote / Briefftrâger / Post.

Nuncius, tabellarius, excursor, emissarius, nũcians, denuncians, internuncius, prænuncius, renuncius, Literarum gerulus, lator, portitor.

Epith. Tabellarius ignotus, præposterus, domesticus, alienus, noctuabundus, tardus, Nuncius falsus, fallax, volucris, repêtinus, gravis, acerbus, tristis, adversus, varius, Nuncii multi, veri, boni, optimi, optatissimi, domestici, alieni, noctuabundi, quotidiani, subiti, internuncii assidui.

Gewisser Bote.

Tabellarius fidelis, locuples, certus, cui literæ rectè credi possunt, tabellarios certos velim mihi instituatis.

Wegfertig.

Tabellarius itineri accinctus, petita est à me epistola cum jam iret ad te.

Zufälliger Bote / Tabellarius oblatus.

Eigener Bote.

Tabellarius datâ operâ missus, tabellarius peculiaris, suus.

Mündlicher Bote/Nuncius.

Postreuter/Veredarius, Pegasus.

Postbote/Cursor.

Heimlicher Bote/Emissarius.

Boten Reff/Ærumna.

Der Bote fordert Brieffe ab.

Tabellarius flagitat, petit literas, petita eſt à me epiſtola, cum jam iretur.

Ich hab keinen Boten.

Non habeo nuncium, tabellarium, non eſt tabellariorum copia, non eſt cui dem, non eſt qui perferat has literas, non habeo cui dem, qui ferat, qui ad vos proficiſcatur, non adhuc nactus ſum qui ferat, cui dem, euntibus ad te dabo, citius reſpondiſſem, ſi habuiſſem, per quem arbitrarer literas meas ad vos perlatum iri, Literas do omnibus quos ad vos perventuros puto, Dedi omnibus ſi habui cui darem, neminem ad te ſine meis literis ire patior, Non ſæpe eſt, cui literas dem, non invenio fidelem tabellarium, non ejus generis literæ ſunt, ut audeã eas temerè committere, non habeo idoneum, cui dem, non libet cuiquam dare literas, niſi de quo exploratum ſit, tibi eum redditurum.

Boten weg ſchicken.

Nunciũ, tabellarium mittere, dimittere, tabellarios remittere.

Botſchafft bringen/ ankündigen/ vermelden.

Nunciare, annunciare, denunciare, renũciare, narrare, exponere, memorare, apertè, palàm denunciare, tumultuosè, audacter perferre, quam primùm nunciare, denunciare, nunciare aliquid ad aliquem, nunciare mera monſtra, Portare alicui nuncium, apportare aliquid, Nuncius ad me hoc attulit, detulit, pertulit, Prodromi nũciant, perlatũ eſt ad me per tabellarios, nuncius allat⁹ eſt.

Boten aufffangen.

Tabellarios tenere, retinere, deprehendere, interrumpere literas, tabellarios ſcrutari, excutere.

Boten außrichten.

Inſtituere tabellarios certos.

De Literis.

Ein Brieff / Sendbrieff/ Miſſiv.

Literæ, epiſtola, literulæ, tabulæ, tabellæ, literarum ſermo.

Ein langer/ groſſer Brieff.

Literæ uberiores, uberrimæ, multis, plurimis verbis ſcriptæ, longiſſimæ, longæ, Epiſtola magna, maxima, grandis, ponderoſa, plenior, plena, verboſior, copioſè ſcripta, longa, longiſſima, bene longa, copioſè reſpondere, modum epiſtolæ excedere.

Ein kurtzes Schreiben/ klein Brieflein.

Literulæ, epiſtola puſilla, brevis, brevior, minuſcula, tantula, Literæ breves, breviores, brevitas literarum, paululum, aliquid literarum, brevibus reſcribere, brevitate uti in ſcribendo.

Viel Brieffe.

Multæ, complures, plurimæ literæ, epiſtolæ, Crebræ crebriores, creberrimæ, multijuges, continuæ literæ, multitudo, crebritas, aſſiduitas literarum, frequentia epiſtolarum.

Selten ſchreiben.

Raræ literæ, tarditas, intercapedo, intervallum, ſilentium literarum, tempus mutum à literis.

Etliche Brieffe.

Faſciculus literarum, epiſtolarum, binæ, ternæ literæ.

Ein fleiſſiges anſehnlichs Schreibẽ.

Literæ præclaræ, commodæ, rectè & ordine ſcriptæ, diligenter, perdiligenter, ſtudioſè ſcriptæ, accuratè ſcriptæ, accuratiſſimæ, ſubtiliores, elegantes, elegantiſſimæ, diſertæ, diſertiſſimæ, prudentes, prudentiſſimæ prudẽter ſcriptæ, graviſſimis verbis atq; ſententiis, magnâ verborum ſententiarumque gravitate, plenæ conſilii & ſummæ prudentiæ, eleganter ſcriptæ & politæ, Epiſtola præclara, optima, pondus habens gravis, elegantiſſima ſed non divulganda, Epiſtolæ accuratiſſimæ, accuratè ſcriptæ, elegantes, elegantiſſimæ, diſertæ, diſertiſſimæ, prudenter ſcriptæ. Hanc epiſtolam commendat ſermonis nitor & elegantia & nativa quædã pulchritudo. hæc epiſtola verborum & ſententiarum minimè vulgato genere cultum & artificium oſtentat, literæ tuæ omnia accuratiſſimè & minutiſſimè perſequuntur.

Ernſtes/ſcharffes/zorniges/ Schreiben.

Literæ graves, graviſſimæ, vehementes, ſtomachoſiores, minaces & acerbæ, acerbiſſimæ, contumelioſæ, ſatis aculeatæ, ardentes, atrociſſimæ, Epiſtola vehemens, iracunda, ſtomachi & querelarum plena, ſeverum & grave genus epiſtolarum.

Freundliche Brieffe.

Literæ humaniſſimæ, humaniſſimè ſcriptæ, humanitatis & æquitatis pleniſſimæ, perhumanæ, officii multi, refertæ officio, benevolentiam ſignificantes, blandæ, amabiles, Amanter, amantiſſimè, honorificentiſſimè ſcriptæ, amoris & officii plenæ, ſummæ benevolentiæ, plenęhumanitatis, Amicè, benevolè, amanter, perquè honorificè ſcriptæ. Epiſtola perhumana, ſale humanitatis ſparſa, benevolè, facetè, ſcripta, hilaris, feſtiva, Literæ habebant egregiã atque illuſtrem ſignificationem veteris illius & perpetui erga me tui amoris, Epiſtolæ omnes eâdẽ ſuavitate perfuſæ, iiſdem inſignes amoris notis.

Fröliche/angenehme Brieffe.

Literæ hilariores, jucundæ, perjucundæ, jucundiſſimæ, expectatæ, expectatiſſimæ, ſuaves, ſuaviores, ſuaviſſimæ, ſuaviter ſcriptæ, gratæ, gratiſſimæ, Epiſtola jucũdior, jucunditatis plena, dulciſſima, ſuaviſſima.

Unfleiſſige Brieffe.

Epiſtola uno impetu fuſa, inanis re utili, Indiligentia, inconſtantia, negligentia epiſtolarum.

EPITH. ALIA. Literæ veræ, fideles, neceſſariæ, magni uſûs, ſalutares, conſolatoriæ, commendatitiæ, rerum novarum plenæ, victrices, tranquillæ, liberiores, liberales, facetæ, elegantes, inanes, languidiores, impudentiſſimæ, frigidæ, inconſtantes, ineptæ, cruentæ, iniquæ, iniquiſſimæ, improbiſſimæ, triſtes, miſerationis plenæ, moleſtæ, odioſæ, communes, publicæ, privatæ, propriæ, manu propriâ ſcriptæ, manu librarii ſcriptæ, veteres, antiquiores, antiquiſſimæ, ſuperiores, proximæ, recentes, recẽtiſsimæ, quotidianæ, matutinæ, veſpertinæ. Epiſtola moderata, ſpei plena, li-

berior, non erubescens, amatoriè scripta, festinationis & pulveris plena, exiguè scripta, levior intempestiva, loquax, non probanda, absurda & inusitatè scripta, contraria, falsa, molesta, odiosa, pervetus, superior, recens, vespertina.

Gedenckzeddel/Literæ memoriæ causâ datæ.

Fürstlicher Befehl/Rescriptum.

Fürstlicher Brieff/ Diploma.

Geleits Brieff/Literæ fidei publicæ, salvi conductus.

Geburtsbrieff/Diploma natalium.

Credentsbrieff / Literæ honorariæ, sacræ.

Lobebrieff/Literæ commendatitiæ.

Supplication / Libellus supplex.

Verdeckte Brieffe die niemand lesen kan/Literę certis notis scriptæ.

Falsche Brieffe/Literæ adulterinæ, furtivæ.

Brieffe herauß locken.

Lacessere aliquem scripto, provocare epistolâ, literis, lacessere epistolâ, elicere literas.

Auff Brieffe warten.

Desiderare, avere, accipere, expectare, Avidè, valdè, vehementer, maximè, mirificè, suspenso animo, crebiores literas expectare.

Klagen/ daß man selten Brieffe von einem bekompt.

Accipere alicujus raras literas, reprehendere indiligentiam literarum rarò missarum, accusare de literarum omissione, literarum negligentia, putare se serò certiorem ab aliquo factum, requirere ab aliquo literarum officiũ, epistolas, flagitare ab aliquo literas, abs te jam diu nihil literarum.

Brieffe schreiben.

Scribere literas, scribere in literis ad aliquem, conscribere epistolã, scriptitare, exarare aliquid literarum, conficere literas, efficere epistolam ad aliquẽ, texere epistolas quotidianis verbis, perscribere literas, elucubrari epistolam, exarare literas, de eodem oleo & opera exarare, pauca scribere, confingere epistolam, ut primum fluunt literę, horam unam atq; alteram scriptioni epistolarum dare, de integro ordere epistolam, conferre se ad pauca quædam scribenda, excidit mihi hæc epistola, dictavi epistolam, dedi argumentum tantum epistolæ.

Einem etwas in Brieffen schreiben.

Scribere in literis ad aliquem, perscribere aliquid literis, dare ad aliquem literas, epistolam, de rebus omnib9, mandare aliquid alicui per literas, committere aliquid literis, epistolæ, facere aliquem certiorem de re aliqua, significare literis, per literas, declarare aliquid per literas, demonstrare, complecti aliquid li-

teris, deferre alicui per literas voluntatem ſuam, agere aliquid cum aliquo per literas, colloqui per literas, Quærere ex aliquo per literas, conſulere aliquẽ per literas, petere per literas, petere aliquid ab aliquo per literas, cõſignare aliquid literis, referre in literas, notare in literis, perſequi aliquid ſcripturâ.

Ich hab plötzlich geſchrieben.

Scripſi hæc ſubitò, raptim, properans, feſtinans, feſtinanter, feſtinabundus.

Ich habe dir mit meiner Hand geſchrieben.

Ad te meâ manu ſcriptas literas miſi, uſus ſum meo chirographo, literæ à me ipſo ſcriptæ, literæ hæ ſunt aliâ manu, librarii manu ſcriptæ.

Selten ſchreiben.

Intermittere, prætermittere literas, literæ inter nos acquieſcunt, mittere raras alicui literas, minus ſcribere, excuſare literarum tarditatem.

Ich ſchreibe ſelten.

Rarius ad te ſcribo aut gravitate valetudinis, aut quod abſim ab urbe, minus ſæpe ad vos do literas, rarius tibi à me, quàm à cęteris literæ redduntur, ſum tardior, quòd non invenio tabellariũ, accuſor de literarum omiſſione ſine cauſa abs te, intermiſſionis literarum hæc cauſa eſt, diem ex die ducens reticui hactenus, rarus & brevis ſum in ſcribendo, immodica ſilentii diuturnitas.

Du ſchreibeſt ſelten.

Infrequens es in officio ſcribendi, raras à te literas accipio, minùs ſæpè ad me ſcribis, calamo parcis, officium literarum abs te requiro, in te deſidero, crebiores à te literas poſtulo, nõ ſatisfacis officio tuo crebritate literarum, crebriùs vellem ad me ſcriberes.

Schreibe mir/ſchreibe an mich.

Expecto tuas literas, da puero ponderoſam aliquam epiſtolã, literas ſine dubitatione ſcribas rogo, literas de omnibus rebus diligenter dabis, tuas maximè expecto, expecto recens aliquid, expecto tuas nec actorum ſolũ ſed futurorum, crebris me literis appellato, crebras literas mitte, Sæpiſſimè per literas mecum colloquaris, eam rem diligentiſſimè ad me perſcribas, Formam urbis mihi exponas, mitto obviam literas, velim mihi obviæ fiant tuæ literæ, volent mihi obviæ tuæ literę, Scribe ad me etiã ſi rem de qua ſcribas nõ habeas, accuratiſſimè vel accuratiùs mihi, vel ad me perſcribito, diligẽtiſſimè, diligentiùs de omnibus literas mittito, Fac me certiorẽ de tuis ſtudis, quid iſtic agatur, ſi quid erit quod perſpicias, ſcribe qualecunque erit, ſcribere ne pigrere, ſi quid novi erit ſcribe, ſcribe ſi quid ſuſpicabere, non modò quæ ſcies, Fac mihi nota ſit ratio omnis dierum & itinerum tuorum, Ex te ſcire cupio,

pio, de hoc scire aveo omnia, requiro literas tuas, fac ut commeent inter nos literæ.

Ich habe nichts zu schreiben.

Res mihi deest, de qua scribam, non voluntas, Impedior inopiâ rerum, quas nullas habeo literis dignas, Non ignaviâ cesso, sed quotidie meliora expecto, Rem de qua scribam non habeo, scribo quod in buccam venit, quicquid in mentem venit.

Einem mit Brieffen zu thun machen.

Obstrepere alicui literis, obtundere aliquem literis.

Das Datum setzen.

Diem asscribere, apponere, *ut exempli gratia*, Octavo Calendas Januarii, octavo calendarum, ad octavum calendas, ad octavum calendarum, ante diem octavũ calendas, vel calendarum Januarii, die nativitatis Christi.

Die Vberschrifft machen.

Inscribere alicui literas, epistolam, fasciculus literarum mihi inscriptus.

Vberschrifft / Inscriptio, titulus.

Brieffe zumachen/Complicare literas.

Brieffe versiegeln.

Signare, obsignare literas, epistolam, tabulas annulo, signo, Consignare epistolam, signum apponere, sigillo aliquid munire, insignire sigillo, imprimere signum, sigillum.

Siegel.

Signum, sigillum, annulus signatorius.

Siegelwachs / Cera sigillaris, signatoria.

RothWachs/ Cera miniatula.

Falsche Siegel/ Signa adulterina.

Vnversehret Siegel / Signa integra.

Gemein Insiegel/Signum publicum.

Versiegelt/Signatus, obsignatus.

Brieffe zusammen binden.

Addere literas in fasciculum, Conjicere literas in fasciculum, Conjunxeram epistolã cum hac, adjunxi etiam has literas, Scito fasciculum quo literas tuas conjeceram eo die, quo ego dederam, domum latum esse.

Brieffe abfordern.

Petere, flagitare, poscere, sumere ab aliquo literas, habere literas ad aliquem, vel ab aliquo.

Brieffe einem Boten vertrawen.

Committere alicui literas, credere alicui temerè literas.

Brieffe einem Boten geben.

Dare epistolam, literas, aliquid literarum tabellario ad aliquẽ, dare non nihil amico ad te eunti, non dimittere aliquem sine literis, velle ad aliquem perferri literas, jubere, deferre epistolam alicui, mittere cum literis ad aliquem extrudere tabellarios literasq; ad aliquem.

Brieffe einem zuschicken.

Cûrare ad aliquem literas, curare dandas, deportandas, perferendas literas, dare ad aliquem literas, curare fasciculum Ciceroni inscriptum ad eum deferēdum, videre aliquam viam, qua literę tutò & celeriter perferantur.

Brieffe tragen/bringen.

Proficisci cum literis, ire cum literis, Literas deportare, asportare, perferre, ferre, deferre, afferre ad aliquem.

Brieffe vberantworten.

Litera reddere, literas reddere maturè, serò, suo loco. Reddere alicui literas ab aliquo, deferre literas, epistolam ad aliquem, afferre literas, tabellam aliquò, perferre ad aliquem literas, referre alicui ab aliquo epistolam, reverti ad aliquem cum literis, esse alicui præstò cum epistolis, alicui epistolam tradere.

Ich habe Brieffe bekommen.

Literæ mihi venerunt, accepi literas, literæ redditæ mihi sunt, Perveniunt, commeant ad me literæ, obviam mihi venerunt, affluunt mihi literæ, recepi literas, accepi binas eodem exemplo, duæ mihi redditæ sunt eodem tempore, multijuges accepi uno tempore, redeuntem ex balneo exceperunt literæ tuæ.

Brieffe auffmachen / auffbrechen.

Resignare literas, removere à literis signaculum, solvere, aperire literas.

Brieffe die man auffmachen kan.

Literæ apertiles, quæ integræ aperiri possunt.

Auffbrochen.

Resignatus.

Brieffe lesen.

Legere literas, epistolam, perlegere epistolam, osculari epistolam, recitare, regustare literas, epistolam.

Ich habe aus deinem Brieffe verstanden.

Tuæ literæ nunciant, significant, indicant, afferunt, declarant, ostendunt, demonstrant, loquuntur hoc. Certior factus sum, cognovi, didici, animadverti, intellexi, perspexi, vidi, percepi ex tuis literis, Literæ spem dant, habent significationem, in literis significabatur, scriptum erat, perscripsisti, erudierunt me tuæ literæ, ex tuis literis hæc mihi nota sunt, tuarũ literarum sermo hoc declarat, Non facis hoc, quantum tuarũ literarum sermonem audio, Luculenter & disertè hoc tuæ literæ explicant, consilium petis in tuis literis, cognitum est mihi ex tuis literis, video ex literis tuis, habeo tuas literas de hac re, literæ docuerunt me.

Deine Brieffe haben mich erfrewet.

Delectarunt me, gaudium attulerunt mihi tuæ literæ, epistolæ, voluptatem cepi ex literis, epistolis, delector tuis literis, du-

plicite

pliciter delectatus sum, ex literis cepi duplicem voluptatem, incredibilem lætitiam mihi tuæ literæ attulerunt, incredibile est quàm me delectarint, cumulum gaudii mihi attulerunt, mirum in modum sum delectatus literarum tuarum accuratissimâ diligentiâ, literæ tuæ reliquum molestiæ deterserunt, omnem ex eo natam ægritudinem depulerunt, hilaratus sum jucundissimo sermone literarum tuarum, magnâ me jucunditate affecerunt, summam mihi jucunditatem attulerunt, pepererunt.

Durch Brieffe betrübt werden.

Commoveri, affici, permoveri literis, epistolis, Literæ me perturbant, dolore afficiunt, lacrymas afferunt, Percelli, percuti, exanimari literis, Epistola me pungit, molesta mihi & odiosa est, mordet, offendit me hæc epistola.

Es war vnten angeschrieben.

In literis extremis scriptum erat, in literarum extremis scriptum erat.

Brieffe zerreissen.

Concerpere, conscindere, scindere epistolam, ejus exemplum adhuc salvum est, tollere epistolam.

Brieffe verbrennen / Inflammare epistolam.

Brieffe durchstreichen/Cancellare epistolam, lituris abolere.

Antworten auff Brieffe.

Respondere, rescribere literis, epistolis, remittere epistolam, Persolvere literis, epistolæ, Rescribere statim, serius, Rescribere quàm primum, quantum potes, ad omnia, de omnibus, ad eas quas antea scripsi, rescribere epistolam alicui, & ad epistolam alicujus, rescribere alicui, & rescribere ad aliquem.

Die Brieffe sind vmbkommen/ sind nicht zu rechte gebracht worden.

Literæ exciderunt in via, perierunt, interierunt, aqua madidæ factæ sunt, non sunt redditæ.

Brieffe sind auffgefangen worden

Literæ inciderunt in alienum, excussæ ipsi sunt, ereptæ, Intercipere literas, epistola intercepta est, Literæ non committendæ ejusmodi periculo, ut aut interire aut aperiri, aut intercipi possint, Tabellarios deprehendere, eos scrutari, excutere.

Der Brieff/die Rede ist außkommen.

Epistola pervulgata est, literæ exierunt, ejusmodi literæ sunt, quas in alienum incidere nolim, nolebam nostrum sermonem in alienos manus pervenire, sermo manavit, emanavit, permanavit.

Copey/Abschrifft des Brieffes.

Exemplum epistolæ, literarũ exemplum mittere, infra scribere.

De Certo.

Gewiß

Certum, planum, accuratum,

testatum, nihil apertius, nihil clarius, manifestius, evidentius, multorum oculorum, testatius, quàm maximè clarum, testatum, penitus perspectum, planè cognitum, certis monumentis testatum, satis abundanter, dilucidè demonstratum, res testata, omni luce clarior.

Gewiß wissen.

Habere aliquid perceptum, perspectum, compertum, certũ, exploratum, notum, spectatum, perspicuum, exploratum est mihi, pro explorato habere, Certò, certè, certum scire.

Für wahr sagen.

Dicere aliquid pro certo, pro certo polliceri, confirmare, asserere, pro certo & comperto affirmare, explorata nunciare, id quod exploratum habeo, testor, Sine ulla vanitate affirmare possum. Non auderem hoc dicere, nisi mihi conscius essem vera loqui, tanquam verum & indubitatum hoc pono.

Ich habs gewiß darfür gehalten.

Pro certo semper existimavi, certò sum arbitratus, certa spes animum meum tenuit, exploratum mihi fuit, prorsus mihi persuasi ita futurum, nunquam exploratum mihi non fuit, incertum, dubium, ambiguum mihi non fuit.

Gläube/es ist also.

Induc animum ita esse, pro certo habe, persuade tibi, pro certo existima, planè credas, minimè dubites, sit exploratũ rem ita se habere, in hoc statu esse, hunc esse rei statum, in hoc statu rem esse, ejusmodi rem esse, hoc loco rem esse, rem se aliter non habere, induc in animum rem ejusmodi esse.

Ungewiß/Incertum, Plenum, plenissimum aleæ, lubricum.

Fürwar/gewiß.

Sanè, sanè quàm, certè, certò, verè, reverâ, profectò, sine dubio, proculdubio, absque dubio, omninò planè.

De Arcano.

Heimligkeit.

Arcanum, occultum, secretum, mysterium, furtivum, furtivum iter.

Verbergung.

Absconsio, latitatio, occultatio, turpis occultatio, flexio.

Verdunckelung.

Obscuritas, obscuratio, maxima obscuritas, minus obscuritatis.

Heimlicher Ort/ Latebra, latibulum, abditum, diverticulum, angulus, mirifica latebra, reconditus ac derelictus angulus, locus remotus ab arbitris.

Dunckel.

Obscurus, obscuratus, perobscuratus, abstrusus, nimium obscurus, obscuritate involutus, obscuritatẽ, mysterium habens.

Heimlich/ Arcanus, secretus, clandestinus, res latens, res retrusæ, abditæ in tenebris, clan-

destina consilia, latens & occulta conjuratio, latens, latitans, delitescens, cæcus, furtivus.

Verborgen/ bedeckt.

Tectus, obtectus, opertus, coopertus, abditus, conditus, reconditus, occultus, occultatus, celatus, abstrusus, retrusus, sepositus, penitus abditus, reconditus, mysterium habens, obscuritatem habens.

Eine Decke.

Involucrum, integumentum, velum, latebra.

Heimlich/ verborgen.

Clam, clanculùm, occultè, obscurè, occultissimè, secretò, tectè, arbitris remotis, abditè, furtivè, absconditè, latenter, planè secretò, paulò clam, nimis obscurè.

Heimlichen Ort außsuchen.

Quærere recessum, latebras, tenebras, Persequi diverticula, sequi flexiones.

Heimlichen Ort finden.

Consequi obscurationem, nancisci tenebras, reperire diverticulum, habere latebram, diverticula.

Ein Ding verbergen/ vermänteln/ verdunckeln.

Abdere, abscondere, recondere, condere, velare, occultare, tegere, contegere, obtegere, abstrudere, seponere, removere, mirabiliter occultare, satis occultare, Afferre, adhibere obscuritatem, tenebras, obducere, offundere, circumfundere tenebras, caliginem, noctem, efficere tenebras, obscurare rem tenebris, studiosè opprimere & abscondere, rem penitus abstrudere, retrudere, obscuritate involvere, obducere tenebris, officere luminibus. **Ein Ding heimlich halte.**

Tenere, habere aliquid occultũ, inclusum, possidere clausum, celatum velle, clausa habere cõsilia, continere in arcanis, efferre hæc religio est, omnes Deos hominesq; celare, eò magis occultare, tenere aliquid tacitum tãquam mysterium, velare aliquid. *Vide* Verschweigen.

Seine Schelmstück heimlich halten.

Dissimulare, tegere scelus, flagitium, vitium, occultare facinus, tegumentum flagitiorum quærere, secundæ res sunt vitiis obtentui, *hoc est, tegunt Vitia.*

Verborgen seyn/ sich verstecken.

Tegere, occultare se, abscondi in latebris, latere in tenebris, versari, latitare, habitare, jacere in tenebris, jacere, delitescere, continere se in occulto, in latebram se conjicere, latibulis se inferre, latibulis se tegere, in diuturna obscuritate latere.

Er ist heimlich verborgen.

Latet occultatum & circumfusum tenebris, obcæcatur res tenebris, inest obscuratio & obscuritas in re, latet inclusum & abditũ, latet abreptum in tenebris, habet obscuritatem, latet in obscuritate, Occultè abditè jacet, occultatum, occultum, abditum

tum

tum est, Est in occultò, jacet in tenebris, omnia latent magnis obscurata & circumfusa tenebris, studiosè opprimuntur & absconduntur, penitus sunt abstrusa, retrusa, in vulgus ignotum est.

De Manifesto.

Offenbarung.

Manifestatio, vulgatio, divulgatio, evulgatio, patefactio, editio, promulgatio.

Offenbar.

Manifestum, apertum, perspicuum, cognitum, in promtu, in medio positum, ante oculos positum, clarius luce, exploratum, obvium, promtum omnibus, quod omnibus patet in oculis situm, conspicuum, inter omnes constat, evidentes, perspicuæ res, exploratum, notum, pervulgatum, in aperto.

Gemein.

Contritum, commune, pervagatum, in promtu positum, non remotum à vulgarium oculis, vulgatum, tritum, protritum, quotidianum, passim obvium.

Klärlich/offentlich.

Manifestò, apertè, manifestè, clarè, luculentè, luculenter, insignitè, insigniter, dilucidè, liquidò, palàm, propalam, non obscurè, ex omnibus partibus in clarissima luce, in oculis omnium.

Gemeiniglich.

Vulgò, vulgariter, passim, communiter, ut plurimùm, publicè, tritè.

Es ist offenbar/kundt/ unverborgen/Augenscheinlich.

Palàm est, constat omnibus, constat inter omnes, nemo est qui nesciat, nemini dubium est, neminem dubitare existimo, dubitatio nulla in re est, non est obscurum, haud dubium est, res constat inter omnes, res ipsa loquitur, indicat, res est in promtu, res est ante oculos, res non conjecturâ sed oculis & manibus tenetur, Solis luce videtur clarius, consilia ejus luce clariora sunt, omnes id intelligunt, vulgo ita circumfertur, habetur, celebratur res omnium sermone, Est sanè quàm apertum, Constat, liquet, apparet, non venit in dubium, est in aperto, in confesso, in propatulo, nemini obscurum est, indubitatum habetur, in dubium venire, vocari non potest, publico sensu testatum est, versatur in ore vulgi nequitia ejus.

Offenbar werden/erschallen/außbrechen.

Patefieri, patere, patescere, palàm volitare, permanare palàm, in vulgus exire, emanare, increbrescere, lucem aspicere, percrebrescere, jactari, ferri, rumor affertur, spargitur, Emergere. *Vide* Der Brieff ist außkommen. *p. 665.*

Offenbaren / unter die Leute bringen.

Vocare, extrahere, eruere è tenebris, dispellere, discutere caliginem,

giniem, aperire, in lucem proferre res occultas, mysteria aperire, mysteria enunciare, discutere caliginem, tegumentum detrahere, occulta & involuta aperire, vindicare rem à silentio. Apertum & manifestum facere, palàm facere, proferre, divulgare, ante omniũ oculos ponere, proferre in vulgus, foràs efferre, in conspectu ponere, in luce collocare. planum facere, retegere, totam rem aperire, omnia explanare, indicare apertè, palàm ostendere, in vulgus indicare, producere in Solem, collocare in lumine, dissipare sermones, divulgare rem sermonibus, effundere omnia, enunciare. Vide Geschrey machen.

De Existimatione.

Guter Name/ gut Gerüchte.

Existimatio, fama, opinio, rumor, commendatio & fama, accessio famæ.

EPITH. Existimatio honesta, bona, optima, præclara, gravis, gravissima, perpetua. Fama bona, optima, præclara, gravis, gravissima, integra, incolumis, perpetua, popularis, pristina, Opinio incredibilis, honesta, popularis laus.

Erbarkeit.

Honestas, decus, dignitas honestatis, Facies, species, similitudo, pulchritudo honestatis, gravior omni pondere honestas, nihil præstantius honestate, longè præstantissimum omnium commodorum honestas.

Erbar der ein guten Namen hat.

Honestus, honestatus, nihil honestius, inprimis, conprimis, tantoperè honestus, Honestus, splendidus vir, omnibus rebus ornatus, elegans ad hominum existimationem, quàm honestissimus, cum virtutibus, tum etiam fortunâ ornatus, insolens infamiæ.

Sich eines guten Namen befleissigen.

Id omnibus optandum ut bene audiant, ~~ut bene~~ bene sibi dicatur, ut honestam famam, bonam apud homines opinionem, egregium nomen consequatur, Si sic fecerit, optima te consequetur fama. consequetur te hominum existimatio, præmium feres famam,

De Honore.

Ehre.

Honor, honos, aura honoris, existimatio, dignitas, honestas, optima fama, amplitudo, gradus honoris. dignitatis, cursus, decursus honoris, vocabula honorum, nomina honorum amplissima, insignia honoris.

Grosse Ehre.

Honor singularis, incredibilis, divinus, inaudtius, imortalis, summus, amplissimus, multum honoris. Honor justus, debitus, meritus, dignissimus, honestissimus, jucundus, jucundissimus, popularis, paternus, avitus, vetus, pristinus, usitatus, pervulgatus, diuturnus. Honor vilis, vilior, levis, falsus, inanis rumor, parum honoris,

Das Ehre bringet/ Ehrwürdig.

Honorabilis, honorandus, dignus honore, nihil honorificentius, præstabilius, præclarius, multò honorificentius, valdè honora-

noratus, florens honoribus, præſtans honore, plenus, pleniſſim⁹ dignitate, dignus honore, dignus qui honoretur, dignus ut honoretur, digniſſimum, dignum putari, judicari, æſtimari honore, gloriâ, nomine, amplitudine, debetur illi honor, natus ad decus, honorificus, perhonorificus.

Ehrwürdig/ *Adv.*

Honorificè, nihil honorificentius, perhonorificè, quàm honorificentiſſimè.

Ehre erwerben/vermehren.

Parere, parare, cõparare, acquirere honores, augere, amplificare honorẽ, honorib⁹ procedere.

Einen zu Ehren bringen.

Perducere, producere aliquem ad honorem, dignitatem. Nomẽ alicujus ornare, illuſtrare, adjutorem eſſe honoris, confirmare aliquorum honorem, in gradu aliquo honoris aliquem locare, collocare, ponere, in honorẽ adducere, in dignitate locare, ponere, dignitati favere, cohoneſtare aliquem aliquâ re, in dignitate aliquẽ locare, ponere, dignitati ſuſtragari, dignitatem adjũgere, congerere ſatis amplos honores in aliquẽ. Virtus viam ad omnes honoris gradus munit, velle aliquem auctiorẽ honore.

Tugend bringet zu Ehren.

Virtus ad ſummos honores, ad ea, quæ ſumma ſunt in repub. homines effert, extollit, qui virtute præditi ſunt omnia, quæ ſunt in repub. ampliſſima conſequuntur, præmium ferunt eximios honores, aditum ſibi ad maximos honores aperiunt, patefaciunt, viam ſtruunt, viam muniunt, nullum in repub. fruſtra honorem petunt.

Ich wil deine Ehre befördern.

Nullum in te ornando, honeſtando, colendo, locum aut tempus prætermittam, favebo tuæ dignitati, exiſtimationi, honori, omni loco ac tempore omnia mea ſtudia ad tuum honorem conferam, referam, intendam, omnem meam induſtriam, curam, operam, diligentiam figam & locabo in tua dignitate, Augebitur, amplificabitur meo ſtudio tua dignitas, à me omnia in te ornamenta proficiſcentur, meum ſtudium honori tuo nullo loco deerit.

Einem Ehre zuſchreiben/zu Ehren anordnen.

Decernere, deferre, conſtituere, inſtituere alicui honorem, conferre in aliquem honores, adjungere alicui honorem, tradere alicui dignitatem, ornare, decorare aliquem honore, gloriâ, autoritate, ſplẽdore, effundere honores in aliquos, commendare, committere, concredere alicui famam, gloriam, ſuffragari dignitati, celebrare aliquem, non pati tantam virtutem aliis hominibus incognitam eſſe.

Einen ehren/in ehren halten.

Præſtare alicui debitum, honorem,

rem, complecti aliquem honoribus, afficere aliquem honore, dignitate, gloriâ, tractare aliquem honore, effundere honores in aliquem, habere honorem alicui, & in honore aliquem habere, honorare aliquem, tribuere alicui honorem, Ornare, colere, magnifacere aliquem, cohonestare, impartiri aliquem honoribus, facere honore honestiorem, facere alicui honorem, adhibere alicui honorem, cultum, dare alicui honorem.

Ehrerbietung.

Reverentia, observantia, veneratio, honos, cultus. Summa observantia, diligens cultus, justa veneratio.

Adv. Reverenter, honorarè, honorificè,

Ehrerbietig gegen einem seyn/ einem Ehr erzeigen.

Colere, honorare, vereri, revereri, venerari, observare aliquem, magnopere aliquem observare, adhibere reverentiam adversus aliquem, observantiâ, vel per observantiam colere, diligere, colere aliquẽ summa pietate, habere alicui venerationem, Maximè, vehementer aliquem colere, vereri, observare. summâ observantiâ in primis, præcipuè mirificè, patris loco, præ cæteris, suavissimè, diligentissimè colere, sicut alterum parentem observare, eum qua debeo observantiâ colo. Honorem alicui habere, exhibere, præstare, Aliquem suscipere, admirari, prosequi aliquem cultu & observantiâ, observare homines officiis, Cohonestare nuptias suâ præsentiâ, honorare aliquem vino, observantiam & studium alicui præstare, studio aliquem prosequi.

Den Hut für einem abnehmen.

Aperire caput, detegere caput, esse aperto capite, honorem alicui habere aperto capite, assurgere majoribus natu.

Einen hoch halten.

Magni aliquem facere, plurimi aliquem facere, permagni aliquid existimare, multum alicui deferre, tribuere, mirari aliquem, prædicare aliquid quasi præclarum, Facio pluris omnium hominum neminem, plurimùm valet ejus autoritas apud me, fides ejus inter omnes magni æstimatur, novi locum quem apud te tenet, novi quo sit apud te loco, Ita de te sentio, ut neminem pluris faciam, aliquo inter poëtas numero & loco haberi.

Einen ehrlich nennen.

Honorificè appellare, honoris causâ appellare, nominare, communi consensu literarum pater nominatus est, tribuitur ei cognomen patris.

Zu Ehren kommen.

Ascendere, accedere, venire, pervenire ad honorem, gloriam, existimationem, dignitatem, amplitudinem, ascendere in honorem, Assequi, consequi honorem, gloriam, opinionem, splendorẽ, autoritatem, adipisci honorem, autoritatem, nancisci opinionem, potiri gloriâ, Capere, accipere honorem, amplitudinem, gloriam, existimationem, suscipere dignitatem, locari, collo-

cari in gradu dignitatis, pervenire ad ſumma, adipiſci, aſſequi, conſequi omnia ſumma, locari, poni in altiſsimo gradu, ad altiorem gradum, altiùs aſcendere, ad exiſtimationem dimanare, in exiſtimationem venire, exiſtimationem accipere, Famam conſequi, dignitatem reperire, acquirere, nomen in vulgus aſſequi, honoribus procedere, abundare, ad gradum aſcendere, pervenire, in dignationem venire, confluit ad illum honor, dignitas, adipiſci bonum nomen, venire in ſummam gloriam, ſummum locum, augeri dignitate, honore, decorari honoribus, conſequi quæ in republica putantur eſſe ampliſsima, obrepere ad honores, in gloriam venire, ejus dignitas eluceſcit, fit clarior, illuſtrior, illuſtriùs patet.

In Ehren ſchweben.

Dignitate præditum eſſe, florere dignitate, Suſtinere, tenere, obtinere honorem. In honore, gloriâ, dignitate, autoritate eſſe, cum honore, gloriâ, autoritate eſſe, Aliquâ dignitate, gloriâ, autoritate, honore eſſe, dignitatem nomē habere, Florere, præſtare honore, gloriâ, Excellere, antecellere præſtantiâ, honore, gloriâ, abundare honoribꝰ, vivere in gloria, clarere, lucere, elucere, magis eniteſcere, præſtantiſsimo loco eſſe, multum habere laudis, multum poſſidere laudis, Eſt ipſi honor, exiſtimatio, fert primas, de illo eſt præclara exiſtimatio, ſermo, princeps eſt exiſtimatione, gloriâ, honore, prefulget ſplendore, ejus gloria claret, celebratur ejus fama, vivit in gloria, celebratur ejus fama, nominis memoria, poſitū eſſe in luce, in oculis, in auribus gentium, vivere in laude, cum ſumma gloria, verſari in æterna laude, honoribus, gloria ejus undiq; dilatatur, honos ejus inveteraſcit, nomen ejus dilatatur, magnâ eſt apud omnes gloriâ.

Reich ſeyn vnd in Ehren ſchweben.

In ſumma opum & honorum affluentia vivere, dignitate & fortunâ auctum eſſe, magnas ipſi tū fortunæ, tūm dignitatis acceſsiones video eſſe factas, multum ipſi acceſsit & ad fortunam & ad dignitatem, magnoperè & fortuna & dignitas ipſius creſcit, aucta, amplificata eſt, Gaudeo te fortunâ ſimul & dignitate auctum eſſe, te honore magis florere & fortunæ bonis abundare.

Ehrlich gehalten werden.

Florere dignitate, exiſtimatione, honore, urit quoſdam tantum mihi honoris haberi, tantum mihi dignitatis in repub. eſſe, tantū autoritatis, gratiæ, Sollicitos quoſdam habet meus ſplendor, hæc dignitas.

Wen̄ ich nur bey Ehren bleibe/ wen̄ mein Stand nit geringert wird.

Sit modo dignitas incolumis, liceat dignitatem tueri, incolumem ſervare, modò ne cogar de ſtatu meæ dignitatis demigrare, modò dignitas mea non di[illegible]nuatur, lædatur, nec damno, nec injuriâ afficiatur, non quid jacturæ faciat, nequam jacturam ſubeat, ne quam jacturam ſuſtineat, ferat, patiatur, ne quid damni faciat,

ciat, nè de dignitate detrahatur, adimatur, imminuatur, modò dignitas permaneat in eodem statu.

Seine Ehre vnd guten Namen verthedigen.

Tueri, defendere; propugnare dignitatem, gloriam, procurationem susceptam habere existimationis, defensio, propugnatio dignitatis, defensor, propugnator honoris, Contentio mihi est pro dignitate, vitam profundere pro dignitate, dimicare de fama, de gloria, decernere pro fama. Honorem tuum defendā, tuebor, honoris tui defensionem, contentionem; certamen suscipiam, pro tuo honore pugnabo, contendam, certabo; suscipiam tuum honorem defendendum, tuendum. Dignitatem tueri, defendere, servare; consulere dignitati, servire dignitati, dignitatem amplificare, augere.

Ehren halben stoltz seyn.

Efferre se gloriâ, efferri gloriâ; splendor tollit ipsi animum.

Einen andern an Ehren vbertreffen.

Antecellere, antecedere dignitate, famâ, honoribus, gloriâ, anteferre, præferre suam autoritatem, splendorem, honore se anteferre, præferre alicui, nemini cedere splendore, Comparare ~, componere se dignitate cum aliquo. Superare, vincere alios dignitate, existimatione, longè præstare, excellere alios gloria.

Ehre mit einem andern theilen.

Communicare cum aliquo gloriam, honorem; socium assumere gloriæ, socium esse gloriæ.

Seine Ehre verthedigen/ erhalten/ behalten.

Custodire famam, tenere; obtinere, retinere famam, dignitatem, autoritatem, sustinere famam, Conservare nomen, famā, integra existimatio; salva & incolumis dignitas, manet, remanet, permanet autoritas; existimatio; viget nomen; vivit autoritas, decus conservare.

Seiner Ehre geniessen.

Capere sensum gloriæ; percipere fructum gloriæ, dignitatis.

An Ehren hindern.

Contra existimationem alicujus esse; contra existimationē alicujus venire, de fama detrahere, dignitati invidere, facere, dicere contra existimationem alicujus; repugnare honori alicujus, impedire dignitatem, autoritatem alicujus.

Armuth hindert an Ehren.

Rei familiaris inopia prohibet, arcet, summovet ab honoribus, facit ut honores consequi non liceat, intercludit aditum ad honores, euntibus ad honores magnas difficultas objicit, magna impedimenta opponit, viam obstruit, obviam it, occurrit, multi ingenii, magni operis est obtinere honores, si facultatibus destituaris. Inopia cursum honorum impedit, interrumpit

egentibus, non facilis eſt ad honorem curſus, non expeditus eſt ad honores curſus, non licet eis ad ea quæ ſunt ampliſſima in civitate pervenire, Non patent honores inopiæ,

Ehre verachten.

Aſpernari autoritatem, honorem, contemnere dignitatem, gloriam, negligere gloriam, famam, exiſtimationem, repudiare gloriam, abjicere famam, Contẽnere, deſpicere, pro nihilo putare ampliſſima.

Seine Ehre ſelbſt verletzen/ ſeine Ehr nicht in acht haben.

Splendorem maculare, deformare, decus minuere, deeſſe exiſtimationi, non prębere ſe dignũ honorere, Oblviſci, im̃emorem eſſe dignitatis, dedecorare autoritatem, contaminare nomen, inquinare, obſcurare ſplendorem, affligere autoritatem, Proditor & afflictor ſuæ autoritatis.

Sich in die Ehr nicht ſchicken können.

Non ſuſtinere, nec capere, nec pati poſſe ſplendorem, autoritatem, deeſſe dignitati, non præbere ſe dignum honoribus.

Einen an Ehren verletzen.

Lędere majeſtatem, dignitatẽ, famam, exiſtimationem, violare gloriam, dignitatem, Infirmare, levare autoritatem, derogare, detrahere de dignitate, famâ, honorem alicui detrahere, depeculari famam, minuere, diminuere, imminuere alicujus honorem, dignitatem, majeſtatem, adimere autoritatem, diripere de autoritate, eripere famam, gloriam, Privare aliqem famâ, gloria & honore, Spoliare aliquem dignitate, dejicere de honore, autoritate, pugnare contra alicujus honorem, oppugnare dignitatem, Impedire autoritatẽ alicujus frangere, debilitare honorem, infringere gloriam, labefactare dignitatem. Removere, exterminare autoritatem, tollere gloriam, autoritatem alicujus, dignitati detrahere, derogare honori, fraudare aliquem honore, depeculari honorem, decore orbare, honeſtate ſpoliare, privare.

Dieſes iſt deinen Ehren zu wider/ zu nahe.

Hæc honori tuo, laudi tuæ adverſantur, adverſa ſunt, nocent, officiunt, labem inferunt, maculas injiciunt, tenebras offundũt, damno ſunt, jacturam afferunt, de honore tuo detrahunt, adimunt, auferunt, lædunt honorem tuum, imminuunt, turpi labe inficiunt, quaſi tenebris circumjectis, circumfuſis, offuſis obſcurant.

Der Ehren entſetzen.

De gradu honoris dejicere, de gradu dimovere, honorem alicui detrahere, privare aliquem honore, dejicere de honore, affligere alicujus honorem, eripere alicui omnem honorem, Spoliare omni dignitate, privare omni dignitate fortunâque, dignitate ſpoliare, tollere autoritatem nominis.

An Ehren abnehmen/ der Ehren entſetzet werden.

Amittere exiſtimationẽ, deperdere aliquid de exiſtimatione, gratiam effundere, extinguere,

debilitare, amittere dignitatem, existimationem, autoritatē, Perdere, deperdere aliquid de existimatione sua. Iacturam, naufragium facere gloriæ, dimoveri de gradu dignitatis, excludi honore, præcipitari ex altissimo gradu dignitatis, in discrimen existimationis venire, dejici de honore, cadere, decidere ex astris, Spoliari ornamentis, amittere honorem. Iniquè patior tuam dignitatem, violari, imminui, offendi, lædi, oppugnari, damno affici, injurias pati, detrahi de tua dignitate, minui, adimi, auferri, jacturam fieri tuæ dignitatis.

Er nimbt an Ehren vnd Ansehen ab.

Hebescit ejus autoritas, splendor obsolescit, fama senescit, fama hæret ad metas, deperit eum fama. Cadit, concidit, occidit ejus autoritas, nomen, dignitas, interit majestas, deletum, extinctum est nomen ejus, splendor ejus.

Willig sich der Ehren entsetzen lassen.

Deponere dignitatem, recedere de statu dignitatis, discedere â dignitate, deficere â sua dignitate, remittere spiritus, comprimere animos, Sedare arrogantiam,

Der Ehren entsetzet seyn/veracht seyn.

Carere dignitate, honore, gloriâ, expertem esse gloriæ, dignitatis, inopem esse ab existimatione, sine honore & existimatione esse, imago tantum dignitatis reliqua est, exiguæ dignitatis reliquiæ adsunt.

Widerumb zu Ehren bringen.

Restituere dignitatem, honorem, autoritatem, in pristinam dignitatem restituere, dignitatem reddere, existimationem reconciliare.

Widerumb zu Ehren kommen.

Recipere, recuperare dignitatem, honorem, Revocari ad pristinam dignitatem, honorem, Reviviscit ejus autoritas, majestas, dignitas, expectatur ejus reditus ad pristinam dignitatem.

Ehrgeitz.

Ambitio, contentio, certamen honoris, cursus ad gloriam, iter gloriæ, cupiditas gloriæ, cupiditas propagandi nominis sui ad posteros, appetitio, contentio nimia, cupiditas principatûs, gloriæ stimulus æstus,

EPIHT. Ambitio summa, nimia, levis, perniciosa, miserrima, aliena, extraordinaria, prima, splendida, popularis, pompæ plena, Levitas, invidia ambitionis, præpropera prensatio.

Ehrgeitzig.

Ambitiosus, cupidus laudis, avidior gloriæ, avidissimus laudis, flagrans incensus cupiditate gloriæ, accensus facibus ambitionis, inflammatus ad gloriam, gloriæ avidus, gloriâ ustus, gloria est ipsi omnium rerum antiquissima.

Nach Ehren trachten / nach Ruhm trachten.

Concupiscere honorem, concitari stimulis gloriæ, commoveri dulcedine gloriæ, Accendi, incendi, inflammari, flagrare, ardere, ferri, efferri cupiditate gloriæ, in cupiditatem honoris inidere, cupiduū esse honoris, gloriæ, splendoris

doris. Avidum, avidiſſimum eſſe gloriæ, ſtudere, ſtudioſum eſſe gloriæ, honorum. Deſiderare, expetere gloriam, honorem, dignitatem, famam, ſitire honorem, teneri rumore, Proponere ſibi amplitudinem, gloriam. Revocare, referre omnia ad gloriam, ſplendorem, dignitatem. Metiri omnia dignitate, duci honore, gloriâ, ſequi, conſectari gloriam, accupari rumores, rumuſculos. Quærere, exquirere honores, gloriam, rumorem, Servire, inſervire honori, gloriæ, dignitati, famæ, Dimicare, contendere de gloria, ambitione ardere, ad ambitionem incumbere, gloriæ ſtudio & amore flagrare, ante omnia ſpectare gloriam, labi ambitione, duci, uti ambitione, invitari gloriâ, trahi laudis ſtudio, laborare de gloria, aviditas glorię eum tenet, velificari ſuo honori, accupari, quærere gratiam.

Nach hohen Dingen trachten.

Proponere, ſperare ſumma, ſpectare aliquid altum, ſuſpicere altum, magnificum, mirari ſumma, ſequi, appetere res magnas, excelſas, contendere ad ſumma, incũbere ad ſtudium ſummæ laudis, ad omnem laudem, ad decus.

Ehren ſachen nachgehen/der Erbarkeit ſich befleiſſigen.

Duci honeſtate, honeſto, Amare, admirari, appetere honeſtatẽ. Studioſiſſimum, appetentiſſimũ eſſe honeſtatis, anteponere, magni æſtimare honeſtum. Nihil in bonis habere preter honeſtum. Amplecti, amplexari honeſtatẽ, metiri omnia honeſtate, referre omnem conatum ad honeſtatẽ.

Gunſt und Ehre erlangen/ und zu wege bringen.

Gratiam colligere, acquirere, parare, comparare, conciliare dignitatem.

De Gloria.

Ruhm/Ehre.

Gloria, gloriola, ma[illegible]ria gloriæ, gloriæ iter, æſtus, Inſignia, umbra, ſeges gloriæ, memoria nominis ſempiterna, amplificatio gloriæ, ſplendor gloriæ, ornamenta vitæ, dignitas reipub.

EPITH. Gloria ſplendida, immenſa, par, præſtans, præſtabilior, præſtantiſſima, ſingularis, illuſtris, admirabilis, admiranda, divina, vera, veriſſima, ſolida, juſta, debita, merita, digniſſima, neceſſaria, ſalutaris, dulcis, popularis, forenſis, militaris, bellica, navalis, propria, aliena, nova, diuturna, ſtabilis, immortalis, æterna, ſempiterna gloria, ornamentum, ſplendor. Equeſtris, domeſticus ſplendor.

Falſcher Ruhm/Inanis, falſa gloria, adumbrata imago & ſpecies gloriæ, inaniſſima ſplendoris inſignia, vilis, vilior, levis, umbra falſæ glorię, plus moleſtiæ quàm voluptatis in aliqua gloria, inanis rumor.

Der allenthalben gerühmet wird.

glorioſus, gloriandus, nulla re glorioſior, præditus gloriâ, florẽtiſſimus vir, præditus ſummo ſplendore, circumfluens gloriâ.

Ehrlich/rühmlich.

Glorioſè, dignè.

Lob/Preiß/Frolockung.
plausus.

Plausus, applausus, Magnus, major, maxim9 plausus, applausus, plausus infiniti.

Einem das Lob vnd Preiß geben.

Plausum alicui impertiri, tribuere, plaudere manibus, plaudere clarè, Dare plausum, dare clarum plausum, dare plausum manibus, applauditur ei, Plauditur ei in theatro, plausus illi datur, maximè plaudere.

Machen daß man gelobet wird.

Excitare plausum.

Das Lob nimbt ab/ Plausus refrigescit, moritur.

De Celebritate.

Berühmet/ grosser Name.

Celebritas, claritas, fama, clarum, clarius, clarissimum nomẽ, Illustris fama, illustre nomen, splendidum nomen, splendor nominis, Sanctum, sanctissimũ nomen, admiranda fama, celebritas sermonis, memoria nominis sempiterna, celebritas famæ.

Berühmter Mann.

Famâ celeber, celebris, celebratus, Vir clarus, celebris, celebrandus, celebratus, concelebratus, commendatus, Vir illustri laude celebratus, literis & memoriâ celebratus, Præclaris monumentis ad omnem memoriam commendatus, Clarus, clarissimus, nobilis, magnus, memoriabilis, summus, præclarus, illustris, omnis memoriæ clarissimus, inter tot unus excellens, omnibus rebus præcellentissimus, hominum sermone celebratissimus, qui in ore omnium viget, in laude positus, notissimus famâ, plus famæ consecutus est nemo, famæ celebritate conspicuus, famâ suâ nobilis, famæ celebratissimæ.

Berühmt machen.

Splendorem afferre, dare, Studia pariunt celebritatem, à studiis ad qualemcunq; hominum famam profluxi.

Ihm einen ewigen Namen machen.

Famam disseminare per omnes terrarum oras, nomen suum vel memoriam magna cum laude immortalitati commendare, si hoc feceris, te ipsum oculis hominum aperias, patefacies, expressior & illustrior eris tua virtus, fundamentum firmum ac solidum jacere ad extruendam nominis immortalitatem, scribendis orationibus suum nomẽ posteritati commendare, consecrare ad omnem posteritatis memoriam nomen, Si hoc facies, perpetua erit, æterna, immortalis tua fama, nunquam deficiet, consenescet, peribit, obscurabitur, extinguetur, delebitur, virtutis tuæ memoria, Nulla dies tuam famam terminabit, Tuam famam nullum temporis spaciũ circumscribet, nulla vetustas

corrumpet, Omnis poſteritas te cognoſcet, tuas laudes excipiet, tuebitur, immortalitatis præmium conſequeris, tuum nomē immortalitate donabis, ab interitu vindicabis, æternâ laude illuſtrabis, decorabis, afficies, ornabis, Labores tui te apud poſteros æternâ gloriâ donabunt, afficient, illuſtrabunt, ornabunt, decorabunt, nomen tuum immortalitati commendabunt, ab hominum oblivione ab interitu vindicabunt, tui nominis famã in omnia ſecula diſſipabunt, poſteritati tradent, Nulla vetuſtas obmuteſcet de hac re.

Berühmt werden.

Nomen, famam adipiſci, conſequi, Cuivis optãdum, ut egregium nomen, bonam apud homines opinionem conſequatur, ut ſuum nomen famâ divulget, pervulget, circumferat, circũgeſtet, per orbem terrarũ diſſipet, ad ultimas terrarũ partes, ad ultimas terras pervehat, ut ſuum nomen, famâ celebretur, omniũ ſermonibus extollatur, ſit in ore omnium, ut nominis fama ad extremas terras pervadat. Conſequi celebritatem ſermonis hominum, naſcitur opinio de eo præclara, conſequi non inter morituram gloriam.

Berühmt ſeyn.

Magnum nomen habere, Splẽdorem obtinere, habere, in oculis homnũ viivere, in rebus celebratiſſimis omniũ ſermone verſari, vivere in maxima celebritate, Nomen noſtrum multum eſt in his locis. Nomen ejus amplũ eſt, clarum, celebratum, dign⁹ eſt nomine, in ore omnium viget. Quis tam inacceſſus tã ab omni conſortio remotus in terris locus eſt, quò non ejus fama pervaſit, Inclaruit eloquentia ejus. Plus famæ apud homines conſecut⁹ eſt nemo. Lucet, eminet virtus ejus, Enituit ejus virtus in omnibus Europæ partibus, ejus laus eſt longè lateq́, diffuſa, vagatur ejus nomen longè lateq́; magni viri vigent memoriâ ſeculorum, Æternitas ſemper intuetur memoriam Ciceronis, ejus nomen floret, viget, virt⁹ tua clara erit & inſignis poſteris.

Fürtreffligkeit.

Excellentia, præſtantia, Cœleſtis & divina præſtantia, forma honeſtatis undique expleta.

Fürtrefflich ſeyn/ Præſtantiam habere, præſtantiâ excellere.

De Autoritate.

Anſehen.

Autoritas, magnificentia, amplitudo, amplitudo nominis, ſplendor, decus, ornamentum, inſignia alicujus.

EPITH. Autoritas magna, major, maxima, permagna, ſumma, amplior, ampliſſima, honeſta, excellens, clara, clarior, clariſſima, illuſtris, gravis, gravior, graviſſima, divina, naturalis, legitima, promta, parata, publica, Imperatoria.

ratoria,Cenſoria,privata,domeſtica,vetus,priſtina,Multũ,plus, plurimum, ſatis autoritatis,Mediocris,tenuis,levis, levior, nulla autoritas,nihil autoritatis.

Anſehnlicher Mann.

Summâ autoritate homo,plurimum antoritate valens, autoritas clariſſimi & ſpectatiſſimi viri,cuivis ſummorum ſuæ ætatis vel ingenio vel gratiâ vel famâ populi par,omnium ſeculorum &gentiumprinceps,firmamentum reipubl.columenSenatûs, ornamentum Italiæ,exemplum omnium virtutum.

Anſehnlich/ herꝛlich.

Magnificè, ſplendidè, amplè, auguſtè,divinè,clarè,ſublatè,excelsè,tantò magnificentius, quã ampliſſimè,nimis magnificè,ſatis gloriosè,nihil anguſtius,

Sonderlich/ außerleſen/ fürtrefflich.

Præclarè,excellenter,egregiè, eximiè,lectiſſimè,inſignitè,inſigniter,ſingulariter, unicè,luculentè,luculenter.

Würde.

Dignitas,amplitudo,excellentia,nobilitas,Magna,major,maxima,ſumma, amplior,ampliſſima, par, præſtans, præſtabilior, præſtantiſſima,excellens,eximia admirabilis,neceſſaria,ſalutaris, communis, publica,Conſularis dignitas, ſumma nobilitas. Altus, altiſſimus gradus dignitatis, altitudo gloriæ, multum, plus,plurimum dignitatis.

Großachtbar.

Magnificus,magnanimus,poſt hominum memoriam magnificentiſſimus, flos nobilitatis,auguſtior, majeſtatis plenior.

Ihm ein Anſehen machen.

Autoritatem facere, efficere, parere,conciliare gloriam,parere, parare,comparare gloriã, dignitatem,exiſtimationẽ, autorẽ eſſe ſuæ gloriæ,parare,cõparare, acquirere autoritatem, colligere famam, exiſtimationẽ, dignitatem, facere, efficerealiquid ſe dignum,exiſtimationi conſulere,ſervire,Exiſtimationi hominũ ſe vendicare, cõciliare dignitatem,velificari honori, gloriæ, conciliare ſuæ arti autoritatem.

Einem ein Anſehen machen.

Nomen alicujus ornare, illuſtrare,Perducere, producere aliquem ad dignitatem, Juvare,adjuvare autoritatem alicujus, Favere, fautorem eſſe alicujus dignitati, cõſulere alicujus dignitati,Sancire dignitatem,autoritatem alicujus, ex te aliquid autoritatis ipſi accedet, multum accedet ipſi ex te dignitatis.

Dieſes machet jhm ein Anſehen.

Afferre hoc ipſi honorem,dignitatem,dat dignitatem,honorem,gloriam, autoritatẽ, ex tuo nomine mihi quæro autoritatem, Res hæc ipſi honori eſt,Via & aditus ipſi fuit ad gloriam,via atque aditus hoc modo ipſi patet ad gloriam, autoritatem, Initium hoc ipſi fuit nobilitatis

affert hoc autoritatem, aliquid firmare, stabilire autoritate.

Ansehen bekommen.

Ascendere, accedere, venire, pervenire ad dignitatem, amplitudinem, Assequi, consequi gloriam, splendorem, autoritatem, adipisci autoritatem, locari, collocari in gradu dignitatis, acquirere nomen in vulgus, in dignationem venire, ad altiorem dignitatis gradum ascendere, ad existimationẽ dimanare, in existimationem venire, dignitatem reperire.

Das Ansehen/ Würde und Ehre vermehren.

Augere, amplificare dignitatem, gloriam, nomen, autoritatem, propagare gloriam, adjicere aliquid ad dignitatem, gloriã, accessio fit dignitatis, accedit aliquid dignitatis, cumulare gloriam, ornare dignitatem, illustrare nobilitatem autoritatis, tradere posteris amplitudinem nominis, commendare immortalitati nomen, inveterascit ejus nomen, honor, conservare dec⁹.

In grossem Ansehen und Würden seyn.

In autoritate, gloria, dignitate esse, cum autoritate esse, aliquâ autoritate, vel magnâ autoritate, dignitate esse, instructum esse autoritate, dignitatem, gloriam, autoritatem habere, tenere, obtinere, sustinere, Dignitate, autoritate florere, præstare, Excellere, antecellere, antecedere dignitate, præstantiâ, autoritate, vivere in gloria, numerari, versari, esse in principibus, clarere, lucere, magis enitescere, De illo est præclara existimatio, autoritas, inest in eo dignitas, autoritas, nomen illius floret, princeps est existimatione, autoritate, gloriâ, Lucet, elucet in eo splendor, dignitas, Præfulget splendore, ejus gloria claret, valet autoritate, autoritas ejus valet, celebratur ejus fama, implet orbem gloriâ nominis, auditur nomen ejus, ejus claritatem nulla unquam delebit oblivio, Virtus ejus omnes gentes non tantum gloriâ & splendore nominis, sed & admiratione complevit, magnus, clarus, honoratus est apud cives, multum ei cives deferunt, magni eum faciunt, multum ei tribuunt, nomẽ ejus grave est apud alios, magni fit ad vulgus, illud multum habet majestatis.

Etwas mit Ansehen verrichten/ seyn Ansehen sehen lassen.

Afferre autoritatem ad rem, adjungere, adhibere, addere, interponere autoritatem, uti autoritate, abuti majestate, præstare, ostendere, declarare autoritatem, Valet ejus autoritas, potest hoc autoritate, dignitate, consistit hoc autoritate ejus.

Einen durch sein Ansehen vertheidigen.

Subvenire, præstò esse alicui autoritate, Adjuvare, firmare, confir-

confirmare, defendere, tegere, sublevare, tueri, armare, excitare aliquem autoritate, prodest ipsi autoritas ejus.

Durch Ansehin einen hindern.

Reprehendere, deterrere, frangere, comprimere, adducere aliquem autoritate.

Durch Ansehen bewegt werden/ eines Ansehen groß achten.

Moveri, commoveri, permoveri alicujus autoritate, sequi autoritatem alicujus, Parêre, obtemperare autoritati alicujus, intueri alicujus autoritatem, admirari splendorem, nomen, capi splendore alicujus, magni, pluris putare, æstimare, facere alicujus autoritatem, momenti aliquid habet ejus autoritas, adduxit, inflammavit me suâ autoritate, perstringit oculos splendor & dignitas ejus,

Eines Ansehen verachten/ verlachen/ verhindern.

Irridere autoritatem alicujus, illudere autoritati alicujus, contemnere, infirmare, levare alicujus autoritatem, abrogare, derogare alicui autoritatem, impedire autoritatem, Frangere, debilitare dignitatem, nomen, infringere gloriam, labefactare dignitatem, dignitati invidere, Minuere, diminuere, imminuere alicujus dignitatem, majestatem.

Einem an seinem Ansehen schaden/ das Ansehen nemen.

Lædere alicujus majestatem,

dignitatem, Derogare, detrahere de dignitate, autoritate, adimere autoritatem, diripere de autoritate, Spoliare aliquem dignitate, autoritate, dejicere de autoritate. Removere, exterminare autoritatem alicujus, tollere autoritatem, memoriam nominis.

Das Ansehen nimpt ab/ wird geringert.

Hebescit ejus autoritas, splendor obsolescit, fama hæret ad metas, senescit, deserit eum fama, Cadit, concidit, occidit autoritas, nomen, dignitas, interit majestas, deletum, extinctum est nomen ejus, Perdere, deperdere aliquid de existimatione, jacturam, naufragium facere gloriæ, gratiam effundere, Dignitas imminuta, damno affecta est, multum detractum, ademtum, ablatum est de ipsius autoritate, dignitate.

Seine Würde vnd Ansehen ablegen.

Dignitatem deponere, recedere de statu dignitatis, deficere à sua dignitate, amittere dignitatem.

In keinem Ansehen seyn.

Carere dignitate, honore, autoritate, expertem esse gloriæ, dignitatis, inopem esse ab existimatione, sine honore & existimatione esse, gloriæ expertem esse, nullæ sunt reliquiæ dignitatis.

Sein Ansehen wiederumb bekommen.

Recuperare dignitatem, autoritatem, existimationem reconciliare, reviviscit ejus autoritas, in pristinam dignitatem restitutus est, autoritas ipsi restituta est, revocatus est ad pristinam dignitatem.

De Laude.

Lob/Preiß.

Laus, collaudatio, laudatio, prædicatio, commendatio, celebratio, Præconium, elogium, Insignia, ornamenta, monumenta laudis, perpetuitas laudis.

EPITH. Summa, amplior, amplissima, jucunda, vera. justa, magna, major, maxima, egregia, illustris, honesta, certa, satis idonea, melior, verissima, solida, gravissima, præclara, pulchra, illustrior, excelso & illustri loco sita, eximia, singularis, mira, admirabilis, divina, gratissima laus, laudatio, prædicatio, Amplitudo laudis, multum, plus, laudis, Accessio, cumulus laudis, commendationis, Laus infinita, longeque diffusa, Par, eadem, Modica, exigua, tenuis, inanis, falsa, turpis, Bellica, civilis, forēsis, domestica, popularis, aliena, quotidiana, nova, vetus, assidua, Communis bonorum consentiens, immortalis æterna, sempiterna laus. Excellentia laudum.

Löblich.

Laudabilis, laudandus, collaudandus, Prædicandus, decorandus, prædicabilis, proband⁹, probabilis, plausibilis, probatus, nulla res commendatior, laudabilior, inprimis laudabilis, omnium consensu laudatus, suâ sponte, per se, suâ vi, suâ pulchritudine, specieq; laudabilis, laudat⁹ publicè, privatim celebrat⁹

Der gelobet wird/der ein gut Lob hat.

Versatus semper in laude, præstans omni laude, plenus laudis, dignus, præstans laude, clarissimus, abundās laude, laude egregiæ virtutis cumulatissimus.

Löblich/ *Adv.* Laudatè, laudabiliter.

Lobens werth.

Dignus, dignissimus laude, res digna laude, comēndatione, Res eximiis ornanda præconiis, divinis decoranda laudibus, tollenda ad astra, ad cœlum efferenda, tuæ virtuti æternæ gloria debetur, immortalia præmia debentur, res habet laudem.

Du bist nicht werth/ daß man dich lobet.

Laude indignus es, indignū te laude præbuisti, ostendisti, Non eum te præbuisti, ostendisti, probasti ut afficiendus, ornandus, decorandus, honestandus, efferendus, extollendus laude sis, Ut hæc laus tibi conveniat, tibi debeatur, ut laudis præmium, quasi tibi debitum, possis exigere, ut laus, quasi tuis meritis debita merces, persolvenda, tribuenda, deferenda tibi esse videatur, tu

non es, qui hanc laudem sustinere possis.

Nach Lobe streben/gerne wollen gelobet seyn.

Desiderare, adamare laudē, gloriam, Cupidum, avidissimū esse laudis, versari in cupiditate laudis, & gloriæ, Appetere, expetere, sequi, persequi, quęrere, venari, captare, petere laudē, Studere laudi, inflammatum esse, institutum esse ad laudē, studio laudis flagrare, trahi, cogitare de laude, spectare ad laudes, metiri omnia laude, duci laude, incumbere, accurrere ad laudem, contēdere ad laudē & gloriam, Postulare laudis monumentum, invitari gloriā, trahi, duci laudis studio, Ponere omnem curam & cogitationem in laude omnium colligendâ, cupere res suas monumētis cujusdam cōmendari, ardere cupiditate incredibili nomē ut suum scriptis illustretur & celebretur alicujus, velle ornari, celebrari, velle commendari æternæ gloriæ, expetere, augeri gloriam suam, appetere partem aliquam laudis ex re, servire glorię, consulere suæ imortalitati, Laborare de gloria, incumbere toto pectore ad laudem, adamare laudem, sequi ea ex quibus vera gloria nasci potest, imitari se, certare secū, efferri gloriæ cupiditate, aviditas gloriæ tenet me.

Einer der nach Lobe strebet.

Ad laudem propensus, inclinatus, magni est apud eum laus, magno impetu fertur ad laudē, plurimum laborat de laude, magna est in eo laudis cupiditas, Plaussum captat, quærit.

Tugend gibt das rechte Lob.

Laus vera in virtute posita est, vera laus existit, nascitur, fluit, manat ab una virtute, verum decus in virtute situm, locatum, constitutum est, pertinet hoc ad laudem, virtus conducit laudi, solida gloria non aliunde, quàm à virtute pendet, Laus quæ proficiscitur ab iis, qui ipsi in laude vixerunt, vera est, laus inde nascitur, proficiscitur, ducitur.

Helffen daß einer gelobet wird/ eines andern Lob befordern helffen.

Favere alicujus laudi, afferre, adjungere aliquid ad laudes alicujus, adjutorem esse laudum alicujus, Servire, consulere, suffragari alicujus laudi, gloriæ, Expeto, cupio, opto tuam laudē, sum in desiderio tuæ laudis, incredibili tuæ laudis cupiditate teneor, ut te honestissimum videam, Tua laus mihi carissima est, prima, antiquissima est, curæ est mihi, inter prima à me ducitur, in maximis est, Laudi alicujus præesse, laudi alicujus subvenire.

Lob erwerben.

Laudem sibi parere, parare, comparare, colligere, asciscere, haurire, mereri, Inire ab aliquo magnam gratiam, Labor honestus decoratur honoribus atque splendore, Valet hoc ad laudem,

facit

facit hoc cum laude, Hæc res ipsi laudi est, Laus debetur ipsi.

Loben/rühmen.

Laudare, dilaudare, collaudare aliquem, Habere laudes de aliquo, Laudibus aliquem efferre, in cœlum efferre, tribuere alicui laudem, Laudibus ad cœlum ferre, laudibus aliquid ferre, ad cœlum ferre, Laude afficere, cohonestare, in cœlum aliquẽ tollere, ad cœlum tollere, laudes alicujus ad astra tollere, Prædicare honorificè de aliquo, verbis aliquid extollere, laudibus illustrare, Dare alicui laudem, laudationem, palmam, plausum, Concedere, tribuere, attribuere, contribuere alicui laudem, Impertiri alicui laudem, præconiũ, Decorare, ornare, onerare, cumulare, amplificare laude, ferre aliquid in laudibus, in cœlum extollere, evehere laudibus, verâ laude probitatis & diligentiæ huic neminem antepono, deprędicare laudes alicujus, Illustrare, celebrare, memorare laudes alicujus, laudationem scribere, incidere in sepulchro, non silentio præterire laudes alicujus, Celebrare, prædicare, magnifacere, decorare, ornare, adornare, cantare, decantare, ferre, efferre laude, Ad cœlum vel in cœlum aliquem tollere laudibus, ornare aliquẽ divinis laudibus, Laudes alicujus diffundere, amplissimis laudibus vehere, Buccinatorem esse existimationis alicujus, Consecrare alicujus virtutes omni genere monimentorum ad immortalem posteritatis memoriam, ex te ipso laudis multa argumenta desumi possunt. Prodere laudem posteris, Vindicare laudem ab oblivione hominum atq; silentio, dare testimonium virtuti, cõmendare aliquid sempiternæ gloriæ, immortalitati.

Etwas probiren/loben/für gut halten.

Probare, commendare, Sublevare, juvare aliquem approbatione, Commendatione aliquid exornare, honestare, suffragari alicui, favere alicui, Orationes nostræ, non tantum rectò, urditur, steterunt talo, sed plausum etiam tulerunt, tua sententia magnum pondus habet, plurimi fit, autoritatis habet plurimum, approbare.

Ich lobe es billich.

Dixi honorificè de ista ætate, & meritò dixi, Quod illum laudavi, meritò fecit, Non satis dignâ, & idoneâ laude affici potest, optimo jure, jure & meritò te laudo.

Jederman lobet dich.

Omnes te summis laudibus extollunt, efferunt, exornant, in cœlum ferunt, Brutus effertur laudibus, in cœlum tollitur, Nemo non laudat te, Nemo est, qui summis te laudibus non exornet, Maxima sunt tuarum laudum apud omnes præconia.

Aus Gunst einen loben.

Non ex animo sed gratiæ causa alicui suffragari, favere, amori aliquid tribuere in aliquo commendando, laudando, honestando.

Einer der da lobet.

Laudator, Benignus, prolixus laudator.

Lob erlangen vberkommen.

Consequi assequi, adipisci laudem, semmam ex eo munere laudem consecutus est, obtinuit, tulit, quæsivit, sibi peperit, comparavit, collegit, cœpit, Præclarè pater tuus hunc honorem gessit, Pervenire ad laudes, Confluit, accedit ad eum laus, capere, accipere laudem, Est illi hæc res laudi, percipere fructum laudis, gustũ habere laudis, perfrui laude.

Gelobet werden.

Florere laudibus, laudari, Versari, vivere in laude, Excellere, excellentem esse in aliquo genere laudis, Rumore multitudinis laudari, populari, gloriâ decorari, Laudibus procedere, cumulari, abundare, præconem suarum laudum invenire, sæpè & honorificè uominari, in cœlum hominum predicatione conscendere, Est in laude, est in laude positus, Laus hæc floret in hac familia.

Daß man dich drücket/wird dir zum Lobe gereichen.

Illustrabit amplitudinem tuã inimicorum injuria, quò acriùs te impugnabunt, eò plus accedet ad tuam laudem, eò clarius splẽdor dignitatis elucebit, eo major ad tuam existimationem fiet accessio, eò clarior & honoratior evades, eò laus tua fiet illustrior, eò magis augebitur, amplificabitur, extolletur, illustrabitur honos tuus, eò sublimius tui nominis gloria ascendet, extolletur, efferetur, evehetur.

Er wird dieser Sach halben gelobet.

Cæsar præstat laude eloquentiæ, De hac Tragœdia laudatus est Ovidius, ob hanc Tragœdiam, in hac re nobis laus & commendatio debitur, Ejusdem rei gloriã ad diversas artes traducere, & transferre, hæ laudes in hanc artem conveniunt.

Sein Lob erhalten/vertedigen.

Tueri, conservare, propagare laudem, gloriam, cumulum addere ad pristinas laudes, augere, amplificare suas laudes, transfundere laudem.

Sein Lob mit einem theilen.

Communicare laudem, participare cum aliquo laudem, communis est laus mihi tecum, sociũ, participem esse laudis, Patere me aliqua ex parte venire in societatem tuarum laudum.

Das Lob vernehmen.

Restituere laudem, vindicare laudem ab oblivione & silentio, instaurare laudes, instauratione laudum lætari, Referre laudem suæ familiæ.

Durchs Lob angereitzet werden.

Commoveri, excitari laudibus alicujus, æmulum existere laudum.

Das Lob verachten/ich achte deines Lobes nicht.

Contemnere laudem, despicere prædicationem, De laude tua minimum laboro, laudem tuam minimè puto, reputo, facio, duco, existimo, floccifacio, contem-

no, aspernor, nullam puto, in minimis pono, in postremis habeo, Ab ea laude nō pendeo, Tua laus me minimum movet, parùm afficit, non tangit, tuam laudem non specto, non amo, non curo, non expetendam duco.

Du darffst meines Lobes nicht.

Gloria rerum à te gestarum non indiget nostro testimonio, Deus nullius præconio indiget.

Das Lob verlieren/sihe daß du dein Lob nicht verlierest.

Laus obteritur, senescit, ad nihilum venit, spoliari laudatione, orbari decore & laude, laus illa emortua est, vide ne tuæ dignitatis jacturam facias, ne quid de tua laude detrahatur, ne tua dignitas violatur, ne quid in tua dignitate damnum facias, ne qua labes tibi aspergatur, offundatur honori tuo, ne quam existimatio tua jacturam patiatur, ne splendor laudum tuarum obscuretur, obfuscetur.

Das Lob vnd Ruhm jhm zuschreiben.

Sibi asscribere illam laudē, gloriam in se transferre, transmovere, ad se traducere, transferre.

Einem das Lob nicht gönnen.

Dolere laude alienâ, invidere laudi, invidū esse laudis alienæ.

Einem das Lob schmälern oder gar nemen.

Minuere, imminuere laudem alicujus, de commendatione diminuere aliquid, cumulum diruere de laudibus alicujus, Delibare, detrahere aliquid de laude, Prætermittere prædicationem, Eripere, præripere, obterere, depeculari laudem, honorem alicui, obscurare alicujus laudes, obscuritatem afferre laudibus, honestate spoliare, privare, decesse laudibus alicujus.

Nicht gelobet werden.

Abesse à laude, carere laude, destitui præconio, non invenire suarum laudum præconem.

Einen Titel geben.

Communi consensu literarū pater nominatus est, tribuitur ei cognomen, Gradus Doctoris ei tribuebatur, Decernuntur sæpe honores, qui non tribuuntur.

Viel Titel haben wollen.

Titulis multis superbire, circumfulgere, titulum appetere.

Er ist des Titels kaum werth.

Titulum honoris vix sustinere potest.

De Gravitate.

Ernsthafftigkeit/ tapffer.

Gravitas, severitas, autoritas, acrimonia, multum acrimoniæ.

Epith. Multa, magna, singularis, admirabilis, summa, incredibilis, acerba, inaudita, acrior, divina, antiquitatis plena, censoria, oratoria, prisca, vetus, pristina, condimentis humanitatis mitigata, comitate condita gravitas, severitas, Salutaris, modica, jucunda severitas, digna expectatione gravitas, Plurimum, multū severitatis, multa severitas.

Ernsthafftig/strenge.

Gravis,

Gravis,ſeverus, vehemens, nimis vehemens,naturâ vehemens, omnium graviſſimus, triſtis, vehementior,nimium, nimis, ſatis vehemens, ſine acerbitate ſeverus,ſine arrogantia gravis.

Ernſtlich.

Graviter,ſeverè, auſterè, vehementer,acriter,pergraviter,prorſus vehementer,ſatis graviter.

Ernſthafftig/ſtrenge ſeyn.

Præditum,ornatum, florentiſſimum eſſe,valere gravitate,ſuperare alios gravitate, proximum eſſe alicui gravitate, parem eſſe alicui gravitate, habere gravitatē, deditum eſſe acrimoniæ, Tributa eſt ipſi à natura gravitas, non deſideratur in eo gravitas, Inclinatus ad ſeveritatem, Eſt ipſi gravitas, ſeveritas, Eſt magnâ gravitate,eſt in eo gravitas,ſeveritas.

Einen Ernſt brauchen.

Vti gravitate, adjungere gravitatem, Agere,loqui cum gravitate,adhibere ſeveritatem,tueri,obtinere,retinere ſeveritatem.

Nicht ſo gar ernſt ſeyn / die Strengkeit lindern.

Mitigare,relaxare ſeveritatem, dimittere aliquid de gravitate, remittere de ſeveritate,Aſpergere comitatem & facilitatem ſeveritati, ſeveritatem lenitate condire, oblivisci ſeveritatis aliquo modo.

De Monumentis.

Gedenckzeichen.

Monumentum, antiquitatis monumentum, Gloria, laus,honor,autoritas monumenti.

Epith. Monumentum ampliſſimum, clariſſimum, Illuſtriſſimum,celeberrimum,vetus, antiquiſſimum, perantiquum, æternum,ſempiternum, immortale, Æneum,ligneum, marmoreum, eburneum. Monumenta majora, multa,complura,præclara, pulcherrima, publica, religioſa, ſacra,auguſta.

Ein Gedächtnis machen/Stein legen.

Locare,collocare,ponere, ſtatuere, conſtituere, figere monumentū,Decorare,ornare,exornare aliquid monumētis, Facere,efficere,extruere monumentum.

In Stein etwas graben.

Incidere,inſcribere, perſcribere, notare aliquid in monumento.

Zu ewigem Gedächtnis etwas auffſchreiben.

Monumentis mandare,cōmendare,monumentis celebrare,conſecrare,im̄ortalitati aliquid commendare, Proſequi rem immortalitatis memoriâ, Conſecrare alicujus virtutem omni genere monumentorum, ad immortalē poſteritatis memoriam.

Einen eines Gedenckzeichen würdig achten.

Decernere alicui monumentū, honorare aliquem monumentis.

Die Gedenckzeichen weiſens aus.

Monumenta hæc produnt, ſignificant,declarant,monumenta hujus rei ſunt,exſtant,ſtant.

De Infamia.

Ein Schandfleck/ Vnehre/ Auffruck/böſe Nachrede.

Turpitudo,turpe,dedecus,infa-

miâ, macula, ignominia, labes,
labecula, probrum, opprobrium,
malum turpitudinis, acerbiſſimi
ſceleris infamia, res inſigni infa-
miâ, labes & ignominia, nefaria
turpitudinis nota, capitis dimi-
nutio.

EPITH. Turpitudo magna, ma-
jor, maxima, ſumma, ſingularis,
Inſignis, flagitioſa, fœdiſſima, ne
faria, accuſabilis, domeſtica, ſem-
piterna, inſignis, plurimæ turpi-
tudines, plenum turpitudinis,
Macula maxima, inſignis, minu-
ta, æterna, Dedecus maximum,
majus, magnum, ſummum, du-
plex, privatum, domeſticum, æ-
ternum, ſempiternum, tot deco-
ra, plenum dedecoris, Probrum
maximum, magnum, privatum,
paternum, multa probra, Labes
ſumma, nefanda, pernicioſa, do-
meſtica, ſempiterna, Turpiſſima
obſcœnitas, intolerabilis fœditas,
Infamia, maxima, ſumma nota,
communis, recens, vetus, diutur
na, ſempiterna, ignominia maxi-
ma, ſumma, inſignis, gravis, gra-
viſſima, levior, propria, ſempiter-
na.

Böſe Gerüchte.

Nomen ſuſpectum, inviſum,
invidioſum, infamiæ ſubjectum
obſcurum, contemtiſſimum, per
ditum. Durior, ſiniſtra, triſtis, ca
lamitoſa fama, invidia, ignomi-
nia nominis, turpiſſima exiſtima-
tio, durior, gravior de aliquo fa-
ma, rumor.

Vnehrlich/Vnfletig/ſchändlich/
loſer Bube.

Famoſus, infamis, notatiſsimus
omnium, turpitudine notatus,
Dedecore, infamiâ opertus, inſi-
gnis omnibus notis turpitudinis,
omnium ſcelerum maculis nota-
tiſsimus, oblitus dedecore & tur-
pitudine, Ignominioſus, inhone-
ſtus, turpificatus, turpiculus, pu-
dendus, pollutus, probroſus, con-
taminatus, Ore, manu, linguâ, vi-
tâ omni inquinatus, poſt homi-
nes natos turpiſsimus, Contami-
natiſsimus, nihil inquinatius,
perturpis, natus in dedecore, edu-
catus ad turpitudinem, notatus
dedecore, maculâ, ignominiâ,
Affinis turpitudini, dignus igno-
miniâ, non expers eſt turpitudi-
nis, eſt dedecus, turpitudo in re
adjuncta eſt turpitudo rei.

Vnfletig/vnehrlich.

Inhoneſtè, turpè, turpiter, impu-
rè, fœdè, ſpurcè.

Schenden/ einem ein Schandfleck
anhengen/verleumbden/
afftereden.

Infamare, notare aliquem, infer-
re aliquibus probrum, labem, in-
famiam, turpitudinem, Spoliare,
privare aliquē honeſtate, obſcu-
rare ſplendorem honeſtatis, cor-
rumpere pulchritudinem hone-
ſtatis, aſpergere alicui labem, la-
beculam, maculam, inurere ma-
culam, notam turpitudinis, infli-
gere turpitudinem, Inſimulare a-
liquem probri, conflare infamiã,
aſpergere maculis infamiæ, nota-
re aliquem ignominiâ, infamiâ,
inferrre infamiam, labem, pro-
brum, afficere maculâ, imprime-
re reipub. dedec9, notare turpitu-
dine, infligere turpitudinē, nomi-
ne aliquid inquinare criminoſo,
Cōtūmeliâ aliquē onerare, vexa-

re,lacerare,inſequi, afficere ignominiâ,Dedecus,ignominiam,dehoneſtamentum alicui quærere, infamiam alicui machinari; violare exiſtimationem alicujus, ignominiosè aliquem tractare, ſcribere librum ad infamiam alicujus.

Einen zum Schelmen machen.

Notare aliquem ignominiâ, infamiâ, turpitudine; facere infamem,infamiâ afficere.

Schande begehen.

Corrumpere famam,vitam fœdare turpitudine, corrumpere pulchritudinem honeſtatis, concipere dedecus, ſervire, parêre turpitudini, dedecori, abſtinere ſe nullo dedecore,Relinquere aliquibus dedecus & ignominiam, Admittere,ſuſcipere dedecus,volutari in dedecore,dedecorate ſe, ignominiæ ſe exponere, publicæ infamiæ ſe exponere,

Einen böſen Namen bekommen/ vnehrlich werden.

Incurrere in dedecus,delabi,venire in turpitudinem; ſubire turpitudinẽ, infamiam, notam turpitudinis,ſubjici infamiæ.Evenit ei hinc dedecus, ſequetur turpitudo, infamia; conſequitur, comitatur, redundat in eum infamia.affici turpitudine.

Ein böſe Gerüchte/ ein böſe Geſchrey haben.

Malè audire,venire in turpitudinem,in diſcrimen exiſtimationis, ſpoliari famâ, ſuſtinere ſermones hominum, vapulare omnium ſermonibus, tractari ſubcontumeliosè, notari dedecore, relinquere æternam memoriam dedecoris, Filio nihil relinquit præter invidiam & ignominiam ſui nominis,relinquit ſuis æternum dedecus, ignominiam; macula inveteravit in nomine ejus,Suſtinere labem turpitudinis; cumulari dedecore; pertinet ad eum infamia dedecoris, appetitur omnibus ignomiis,flagrare, urgeri infamiâ,perferre infamiam, flagrat infamiâ avaritiæ, turpis inuritur ei infamiæ nota, notatur vitio avaritiæ; peſſimè tibi omnes dicunt, turpiſſimè atque acerbiſſimè de te loquuntur, turpia quędã ac inhoneſta in te conferunt, valdè te inſectantur, accuſant, vellicant, de tua exiſtimatione multum detrahere conantur,nefaria quædam de te diſſipant, diſſeminant,jactant,ita de te loquũtur ut honori tuo labem inferant, aſpergant maculas, tenebras offundant, ut honorem tuum turpi labe afficiant, duriora de illo jactantur.

Ich achte es für eine Schande.

In ea re ego deformitatem ſita tuo,pono,ſitam cenſeo,Poſitam, locatam, conſtitutam in hac re dedecus, & turpitudinem conſtituo, Vereor ne dedecus hinc emergat,ne emanet infamia.

Es iſt eine Schande.

Turpiſſimum eſt,dedecet,indecorũ inprimis eſt,infamiæ; ignominiæ, dedecori eſt; dedecus affert, infamiam parit, turpem famam, opinionem minimè commodam, aut optabilem parit, ejuſmodi res eſt, quã ſumma cõſequitur infamia,ignominia,turpis infamiæ nota,dedec9, reprehẽſio,

quæ fraudi eſt, vitio vertitur, tribuitur, datur, adſcribitur, aſſignatur, adjuncta eſt turpitudo rei, dedecus turpitudo eſt in hac re, honeſtè non potes, ſine infamia non potes hoc facere.

Es iſt dir ein ewige Schande.

Æternam ignominiæ labem hoc modo ſubis, ſempiternam tibi ignominiam imponis, æterna tibi inuritur infamiæ nota, ipſe te aſpergis atque inquinas maculis infamiæ ſempiternis, ſpem tibi omnem futuræ dignitatis adimis, Eſt hoc tibi dedecori, res eſt tibi probro, opprobrio, maculæ, infamiæ, ignominiæ, nunquam medico turpe habitum fuit ignorare leges, vitio tibi datur, vertitur, hac culpâ condemnaberis, hujus tibi culpę notam inurunt, hoc te nomine accuſant, hoc tibi multum inſeret infamiæ, hac re plus ſubibis infamiæ, hæc turpitudo tibi manebit, permanebit ad animũ, inſidebit penitus & inveteraſcet macula, turpitudo, gravis ad te redibit infamia.

Schande halben abgeſchreckt werden.

Turpitudo deterret à re, metu infamiæ deterreri, arceri, coërceri

Schande vermeiden.

Vitare turpitudinem, devitare turpia, fugere, effugere turpitudinem, infamiam.

Einem aus der Schande helffen.

Liberare aliquem turpitudine, finem afferre turpitudinis, ſuccurrere infamiæ, avertere aliquẽ ab infamia, revocare aliquem à turpitudine, infamiâ levare.

Aus der Schande kommen.

Demovere, opprimere labem, depellere turpitudinem, Delere, eluere, tollere maculam, turpitudinem ſedare, minuere infamiam, eripere ſe ex infamia, emergere ex probris, Labes evaneſcit, infamiam ſarcire.

De Vituperatione.

Scheltung/Tadlung.

Vituperatio, reprehenſio, vituperium.

Epith. Reprehenſio, vituperatio inimica, juſta, familiaris, amoris plena, falſa, levior, vehemens, inanis, communis. Vituperationes mediocres, parvæ, neceſſariæ.

Scheltens tadlens werth.

Reprehendendus, vituperandus, vituperabilis caſtigandus, dignus reprehenſione, vituperatione, dignum putare reprehenſione, vituperatione, habet hæc res reprehenſionem.

Zum Schelten gehörig.

Objurgatorius, objurgandus, increpandus, accuſandus.

Schelter / der da etwas verſpricht.

Reprehenſor, vituperator, objurgator, invidus vituperator, Objurgator benevolus, maledicus, aculeatus.

Schelten/tadeln/verſprechen.

Improbare, carpere, damnare, taxare, culpare, reprehendere, ſubaccuſare, arripere aliquid ad reprehendendum, emendare aliquid leviter, dare aliquid vitio, dare rem vitio, dare aliquid culpę, vitio vertere, arbitrari aliquid malèfactum, Curare aliena, ſapere foris, ſcrutari ſordes, excutere minima, vituperatione reprehendere

dere, Valdè, vehemẽter, graviter, gravissimè, sæpe vituperare, reprehendere, Rapere in vitiũ, fraudi tribuere, hoc nomine me accusant, avaritiæ nomine accusare, exagitare, reprehendere aliquem ut in avaritiam proniorem, Invidiosè vituperare, in vitiũ aliquod graviter & copiosè invehere, Reprehendere aliquid, vel aliquem in aliqua re, Invitus, quod nequi⁹ sit de meis civibus loquor, nact⁹, patentem reprehensionis campũ juveniliter in eo exultat, Reprehendunt hoc, vel quod erroris caligine occœcati nõ vident, quàm fructuosum sit, vel invidiæ veneno suffusi, quod ipsi præstare nequeunt, alios facere indignantur: vel ut sibi aliquam judicij famam conficiant.

Verweisen/fürwerffen.

Expostulare, expostulare cum aliquo de injuria, vel expostulare cum aliquo injuriam.

Ich lobe diß nicht.

Hæc ratio mihi non probatur, Non agis ut agendum censeo, aliter agis atque ego agendum putabam, cum ita agis à me dissentis, discedis, procul abis, non satis probo quæ agis.

Es wird nicht gelobet.

Res improbatur, acerbè notatur, reprehenditur, vituperatur, palàm exagitatur, sermones hac de re minus commodi sunt, parum honesti de ea re sermones dissipantur.

Sich fürchten fürm schelten.

Vereri, reformidare reprehensionem, dejicitur mihi animus objurgatione.

Dem Tadler antworten.

Respondere vituperatoribus, satisfacere Momo, vituperare reprehẽsiones, convincere, placare vituperatores.

Gescholten/getadelt werden.

Vituperationem subire, in vituperationem venire, cader, e incurrere in reprehensiones, cadere in vituperationem, hæc res est ipsi vituperationi, hoc ipsi vitio datur, incidere in vituperatores.

Nicht getadelt werden.

Fugere reprehensionem, vitare, effugere vituperationem.

Ohne tadel seyn.

Carere reprehensione, abesse à reprehensione, sine reprehensione fieri aliquid.

Einen anreitzen zu schelten.

Apponere, opponere reprehẽsores, calumniatores.

De Contemtu.

Verachtung.

Despectio, despectus, despicientia, contemtio, contemtus, abjectio, aspernatio, fex, sordes, vilitas, tenuitas, Miserrimæ, alienæ sordes.

Veracht/unwerth/nicht berümbt/ gemein/schlecht/gering.

Inhonoratus, inglorius, ignobilis, hominis somnium, abjectus nebulo, spretus, plebeja fex, communis, vulgaris, divulgatus, gregarius, tenuis, vilis, inanis, frivolus, futilis, ignotus, vanus, parvus, pusillus, valde vulgaris, planè tenuis, obscurus, Maxime vulgaris, facilè omnium infimus.

Er ist unbekand/veracht/nicht berümbt.

Obscurus, ignotus est, in vulgus

 ignotus

ignotus eſt, ejus fama ædium ubi habitat limen non eſt egreſſa, nullius pretii ducitur, nulla ejus exiſtimatio eſt, Prorſus jacet, nullum apud homines locum obtineut, nullo loco eſt, infima ejus conditio eſt, eſt infimæ conditiones, humilimi, obſcuri loci eſt, inops ab omni exiſtimatione, neque à ſeipſo, nec à majoribus commendatus, nullâ majorum laude, nullâ ſuâ virtute cōmendatus, honeſtatus, inſignis, habetur in poſtremis, deſpectus eſt.

Vnbekant/veracht ſeyn/nicht berühmt ſeyn.

Carere dignitate, honore, expertem eſſe gloriæ, inopem eſſe ab exiſtimatione, ſine honore & exiſtamatione eſſe, in vulgus ignotum eſſe, Duci deſpicatui, opponi ludibrio & deſpectui, abeſſe à gloria, repudiari ab omnib⁹ elegantiorum hominum cætibus, contemni ut levem, futilem, in vulgus elevatur bonarum artium autoritas, Eſſe aliquibus deſpectui, ludibrio, Latere in tenebris, verſari in inanitate, relinqui in ſordibus.

Veracht werden / das Anſehen verlieren.

Deperdere, perdere aliquid de exiſtimatione, jacturam facere gloriæ, naufragium facere gloriæ, orbari gloriâ, excludi honore, Præcipitare, dimoveri de gradu dignitatis, Autoritas ejus cadit, occidit, concidit, interit,

Einen verachten/ nichts auff einen geben.

Contemnere, deſpicere, ſpernere, aſpernari, reſpuere, repudiare, averſari, poſtponere, poſthabere, parvi ducere, parvi pendere, Parvi, flocci, nihili, minimi facere, magnopere, maximè, penitus, ſeveriſſimè contemnere, Deſpicatui aliquid habere, denegare alicui honorem, Habere vilia imperium & rempub. habere pericula vilia, nullo loco aliquem numerare, in minimis ponere. Quos maximè debet, contemnit, minimè veretur, contemnit, nihili facit, nullo loco habet, habet in poſtremis, minimi ducit, Nullam rationem habet ejus voluntatis, à quo pendere, cujus voluntatem remq; ſpectare, cui conſulere, cujus voluntati parere, obſequi, morem gerere debebat.

Herfür kommen.

Emergere ex ſordibus, eluere ſordes, ſublevat hoc ejus novitatem,

Schlecht/gering/gemein.

Humiliter, demiſsè, vulgariter, ſummiſsè, tenuiter, maniter, jejunè, leviter, minutè, exiguè, exiliter, nihili, nauci, nimis exiguè.

Leichtfertiger Menſch.

Homo levis, fàllax, inanis, ventoſus, leviſſimus, ſubinanis, nihil inanius, levius, Deſideratur in eo gravitas, nihil eſt in eo gravitatis, nihil eo inanius, vento

levior eſt, aëre inanior eſt. Non vidi inaniorem, leviorem, demẽtiorem, Eſt in eo inane, expertus ſum ejus levitatem.

De Veritate.

Warheit.

Veritas, verum, veriloquium, omnes numeri veritatis, omnis vis veritatis, lux, inſignitæ notę, ſimplex ratio, ſimilitudo veritatis, ſimile, ſimilimum veri, inſigne veri.

Epith. Perſpicua, patefacta, ęterna, ſempiterna, ſimplex, ſimpliciſſima veritas.

Wahr. (verius.

Verus, maximè verum, paulò

Warhafftig/warhafftig ſeyn/der Warheit ſich befleiſſigen.

Verax, cultor veritatis, veridicus, ſincerus, multis ſeculis verax, minimè fallax, mẽdax, Studioſiſſimus veritatis, omnium longè veraciſſimus, nunquam alienus eſt à veritate, propenſus ad veritatem, amicus, amiciſſimus veritatis.

Warhafftig/gewißlich.

Verè, verò, reverâ, in veritate, abſque dubio, ſine dubio.

Gläublich/der Warheit ehnlich.

Veriſimile, ſimile veri & ſimile vero, credibile, veritati conſentaneum, probabile, à vero nõ alienum, vero conſonum, habet ſpeciem veri, Eſt appoſitum, idoneum ad perſuadendum, non alienum à ratione, non diſcrepat à veritate, à vero.

Dieſes iſt wahr.

Maxima veritas eſt in hac re, ſumma veritas, nihil verius, verum eſt, facit cum eo veritas, nititur veritatẽ, hæc opinio imũnis eſt ab omni errore, vera eſt, veritati innititur, expoſita extra tela, quæ contra nos torquere poteſt ſophiſtica, aliquid ex vero trahit.

Suchen/fragen/ was die Warheit iſt.

Quærere verum, exquirere, inveſtigare veritatem, verum, referre animum ad veritatem, dirigere aliquid ad veritatem, diſpicere verum. Inveſtigatio, inquiſitio, indagatio veritatis, Poſtulare, exigere ab aliquo veritatem, exculpere verum, extorquere ab aliquo veritatem.

Die Warheit finden.

Invenire, reperire veritatem, verum, Inventio, inventor veritatis, conſequi veritatem.

Wiſſen was wahr iſt.

Perſpicere, videre, cernere, intueri veritatem, vera, Notum mihi eſt verum, Notæ veritatis vel veri apparent, cognitio, perſpicientia, ſcientia veri & falſi.

Unterſcheiden was wahr oder nit wahr iſt.

Dijudicare vera & falſa, diſtinguere vera à falſis, æſtimare rem ex veritate, Secernitur & internoſcitur ſimulatum à veris.

Die Warheit iſt noch verborgen.

Veritas in occulto jacet, in profundo merſa & abſtruſa eſt,

occultatur, ignoratur, Repulſa veritas, locum ubi conſiſtat non reperit, deſperare veritatem.

Die Warheit kömpt an Tag.

Veritas emergit, veritas depreſſa patefit, verum, veritas explicatur, veritas debilitata incommodis recreatur.

Die Warheit ſagen/bekennen.

Fateri verum, loqui veritatem, dicere verum vel loqui, dicere id quod res eſt, dicere ita ut res eſt, dicere rem ipſam, dicere bonâ fide, oracula loqui, indubitata loqui, apertè & ſimpliciter loqui, veriſimiliùs dicere, fateri omnem rem, confiteri verum, dicere ex animo & verè, non infitiari, non negare factum, oſtendere omnem animum ſuum oratione, eloqui rem ut eſt, enarrare rem ad amuſſim, facta ſuppetunt dictis, oratio conſtat ſibi.

Für die Warheit ſtreiten.

Veritatem propugnare, verum totis viribus tueri, agere pro veritate, agere pro tuenda veritate, veritati ſuffragari, aſtipulari, Patrocinum veritatis ſuſcipere, patrocinium veritati præſtare.

Von der Warheit abweichen.

Deſciſcere, deflectere à veritate, confundere vera cum falſis, abeſſe à vero, à veritate, vim adhibere veritati.

Es iſt nicht wahr.

Pugnat, repugnat contra veritatem, abhorret à veritate, diſtat à veritate, verum non eſt, falſum eſt, &c.

De Simplicitate.

Einfältigkeit/ſchlecht.

Simplicitas.

Einfältig / Simplex puer, homines puerorum ſimilimi, incallidus, non nimis exquiſitus.

Adv, Simpliciter.

Redligkeit / Candor, Sinceritas, ingenuitas.

Redlich / auffrichtig / ein redlicher Mann/in dem kein falſch iſt.

Candidus, purus, rectus, apertus, antiquus, antiquæ fidei, ingenuus, integer, antiquis moribus, cujus ab intimo ſenſu nunquam nec vultus nec oratio diſcrepat, cui animus eſt apertus, nullâ ſimulatione tectus, purus à fraude, purus ab omni labe, à quo abeſt ſimulandi artificium, qui amat apertam veritatem, in quo nihil inſidioſum eſt, nihil doloſum aſtutum, fraudulentum, qui non eſt aſſuetus nectendis fraudibus parandis dolis, ſtruendis inſidiis qui abeſt ab omni dolo & fraude, qui eſt ſinceri animi, ſimplicis ingenii, apertæ volutatis, rectæ mentis, alienus ab arte ſimulandi, fraudandi, fallendi, decipiẽdi, Vir nobiliſſime ſimplicitatis, generoſiſſimæ ſimplicitatis.

Redlich/auffrichtig/ *Adv.*

Sincerè, purè, candidè, apertè, ingenuè.

De Humilitate.

Demuth/Niedrigkeit.

Humilitas, demiſſio, ſubmiſſio, moderatio, Temperatio modica, ſa

ca, sapiens, Moderatio divina.

Demütig / Humilis, demissus, summissus, infimus, moderatus, modestus, animus humilis, abjectus, homo humi serpens.

Demütig seyn.

Humiliter de se sentire, humiliter omnia agere, gerere submissè, non jactare se, non efferre se insolentiùs, præ se ferre modestiam, animi summissionem, ab omni supercilio fastuque longè abesse, benè de se existimare, summæ eruditioni summam modestiam adjungere, Nihil est eo modestius.

Ich achte mich nicht zu hoch.

Hoc mihi non sumo, non assumo, non arrogo, fateor me eò sapientiæ non pervenisse, non eâ sapientiâ esse, non usq; adeò sapere. Non ita mihi placeo, non ita me effero, non mihi tantum tribuo, nõ in me tantum statuo, pono, loco, non ita valdè me amo, non ipse me tanti facio, æstimo, pendo, puto, reputo, duco.

Erniedrigen / der Ehren entsetzen.

Humiliare, dejicere de gradu dignitatis, eripere omnem honorem, spoliare omni dignitate, infringere florem dignitatis.

Sich demütigen / Humiliare, demittere, summittere se, multùm se summittere, demittere, remittere spiritus, comprimere animos.

Erniedriget werden.

Cadere, dejici de honore, decidere ex astris, amittere dignitatem, honorẽ, esse afflictiore conditione, gravitas ejus cecidit, fortuna è summo fecit infimum.

Demütiglich / *Adv.*

Humiliter, demissè, summissè, tantò summissius, demissimè, subjectissimè aliquid exponere, fracto animo atque humili supplicare, suppliciter & demissè agere gratias, supplicibus verbis orare, supplices manus tendere, supplex infimis precibus auxilium itineri impetrat.

De Constantia.

Standhafftigkeit / Beständigkeit.

Constantia, stabilitas, æquabilitas, perseverantia, gravitas. Stabilis & firma & perpetua in recta sententia permansio.

EPITH. Constantia summa, singularis, mira, admirabilis, incredibilis, divina, inaudita, conveniẽs, moderata, placida, quieta, immutabilis, perpetua.

Standhafftig seyn.

Permanere in sententia eâdem, Perseverare, persistere, pergere in sententia, constare sibi in recta sententia, tueri constantiam in recta sententia, tueri rectum consilium firmo animo, tueri sententiam cum ratione cõjunctam, tenere constantiam, vivere cum gravitate & constantia, Perseverate, in constantia, niti radicibus virtutis, præstare se stabilem, gravem, constantem, non labare in sententia.

Ich halte jhn für einen beſtändigen Mann/ tapffer.

Hominem gravem, certum, minimè mendacem, minimè falſum, ſtudioſum veritatis cognovi, Nihil in eo levitatis aut incõſtantiæ, nihil inane, varium, mutabile, inconſtans, nullam animi infirmitatem, nullam ſententiæ varietatem, nullam conſilii mutationem deprehendi, magnâ preditum gravitate ſemper cognovi, is mihi ſemper viſus eſt, qui ſibi optimè conſtet, nihil leve committat, nihil inane cogitet, non facilè diſcedat à ſeipſo, ægrè diſcedat à ſententia, mutet conſilium, ſuſceptam opinionem abjiciat, ſenſum deponat, de ſuo ſtatu demigret, Quem nulla res facilè abducat, aut avellat à ſententia, Cujus mentem huc & illuc, in hanc aut illam partem velis non facilè flectas, ægrè traducas, cum labore torqueas, Alieno tempore nihil loquitur, nil agit ineptè, nihil non loco, idem ei vultus in omni re, eadem in omni fortuna mens eſt.

Vnbeſtändig ſeyn.

Obliviſci conſtantiæ, minorem rationem habere conſtantiæ, diſcedere à conſtantia, amittere conſtantiam, deeſſe conſtãtiæ, Vacillat ſtabilitas, imminuitur conſtantia.

De Taciturnitate.

Verſchwiegenheit.

Taciturnitas, reticentia, perpetua taciturnitas.

Stillſchweigung.

Silentium, Magnum, perpetuum, vitio carens ſilentium.

Verſchwiegen.

Taciturnus, taciturnitas in eo ſita eſt, ſilentii fide preditus, Statuâ vel Pythagoreis taciturnior.

Schweigend.

Tacitus, tacens.

Heimlich/ verſchwiegen.

Tacitè, ſilentio.

Schweigen/ ſtillſchweigen/ das Maulhalten.

Tacere, conticere, conticeſcere, ſilere, obmuteſcere, ſapienter tacere, ſubitò, planè, repentè obmuteſcere, conticere, Illicò, parumper cõticeſcere, Semper, perpetuò, diu, diutius tacere, ſi cere, de re conticeſcere, Silentium tenere, habere, compeſcere linguã, ſupprimere, continere vocem, linguam aſtringere, obticeſcere, linguam continere, moderari linguæ, favere linguis, comprimere linguam, opprimere os, occultare vocem, ſilere quaſi muſſitatus, non facere verbum, muſſitare ſecum, ſilentium eſt mihi.

Mit ſtillſchweigẽ vbergehen/ nichts davon ſagen wollen/ auſſen laſſen.

Præterire, Prætermittere, tranſire aliquid ſilentio, Præterire, relinquere aliquid tacitum, trãſire leviter, relinquere rem ſilentio, prætermittere aliquid, facere rem miſſam, omittere quædã,

vereri dicere, tacere de re, nolle enumerare, nolle attingere, nihil dicere de illa re, neminem nominare. Præterire multa consultò, prætereo hoc tacitum, & tacitus hoc prætereo, Silentio aliquid involvere, percurrere, Non faciam ut dicam, tacitus pertransibo, prorsus omittam, oratione non attingam. Verbum non faciam, sermonem de hac re nullum habebo, tacita relinquere multa capita.

Stillschweigen machen.

Facere silentium. Cùm hæc dixisset, consecutum est silentium.

Er schweiget/ darumb hat er es gethan.

Imitatur confessionem taciturnitas.

Verschweigen/ nicht sagen wollen/ heimlich halten.

Tegere aliquid silentio, celare rem taciturnitate, jacet res in silentio, tenere aliquid tacitum, Reticere, multa tacere, astutè reticere, oblivione & taciturnitate tegere. Vultu & taciturnitate tegere, celare dolorem. In perpetuum tacere, tegere aliquid dissimulatione, occultare causam rei, celare aliquem de re, uti silentio, rem premere faucibus, optimè aliquid continere, tacui id semper, & tacendum puto. In sinu continere.

Ich sage dir zu/ ich wil schweigen.

Do fidem me taciturum, recipio tibi silentium, optimâ fide, feres illud tacitum, *hoc est, dissimulabo.*

Mit stillschweigen vertragen.

Silentio aliquid ferre, mussitare injuriam, accepit plagas & silentio tulit.

Einem das Maul stopffen/ schweigend machen.

Reddere aliquem elinguem, imponere alicui silentium, comprimere aliquem, occludere linguam alicui, sublinire alicui os, opprimere querelas hominum, hæc res mihi vocem includit,

Nicht mehr schweigen.

Rumpere, solvere silentium.

De Fide.

Trew / Glaube.

Fides, fidelitas, Aliquid, aliquantum fidei.

EPITH. Magna, major, maxima, summa, singularis, divina, præstans, egregia, insignis, mira, incredibilis, Bona, melior, optima, publica, sanctissima fides, fidelitas summa, perutilis.

Getrew/ getrewlich.

Fidelis, unus omnium fidelissimus, perfidelis, egregiè, parùm, minùs fidelis, non infidelis, nimiùm fidelis, præstans, præditus fide, plenus fidei, fide singulari in me, erga te, adversum nos, amicus ei in germanum modum.

Trewlich/ *Adv.*

Fideliter, fidelissimè.

Getrew seyn/ auffrichtig/ trewlich handeln.

Præditum, ornatum esse fide, Curare, tueri, servare, conserva-

re,retinere,colere fidem, manere in fide,salvâ fide aliquid facere,Est aliquâ fide. Est,existit in eo fides,est egregia fide adversus nos. Afferre fidem ad rem, præstare fidem alicui,Gerere,tractare aliquid fide, Liberare,solvere fidem, probare fidem suam, satisfacere fidelitate,tenere fidem, explere fidem, stare in fide,præstare dictum.

Einem etwas vertrawen.

Concredere aliqud alicui,credere alicui sua consilia,communicare cum aliquo sua consilia.

Einem etwas auff seine Trewe vbergeben.

Commendare, committere rem fidei alicujus,deponere rem in fide aliquorum, in fidem alicujus se conferre, committere, mandare,tradere.

Einem vertrawen/sich auff einen verlassen.

Fidere,credere alicui, sequi alicujus fidẽ, spem habere in fide aliquorum, niti fide aliquorum, Fidei plurimum illi habeo, apprimè ei credo,multum pono in fide ejus, existimo ejus fidem minimè dubiam vel infirmam. Confidere alicui, niti fiduciâ quadam, confidere ferociùs, nimis,nimiùm. Fidere prudentiâ & prudentiæ, non diffido meis rebus,non diffido tibi,non diffido de te.

Einer der sich auff etwas verlässt.

Fretus,nixus,fidens,confidens, confisus,nimiùm fretus.

Zuversicht.

Fiducia, confisio.

Vertrawlich / Fidenter, confidenter.

Man sol niemand leichtlich trawen.

Nemini vel summâ necessitudine conjuncto habenda fides est,nusquam tuta fides, cavendũ est, ne cujusquam fidei nos credamus, committamus, res nostras commendemus, Sapientiæ est nemini se credere,committere,nemini planè confidere, nullius in fide omnia statuere, ponere,collocare. Quis est, quem tibi fidum præstare possis? cujus fide tutò niti possis, cujus incerta, dubia, infirma, fluxa fides non sit?

Einem nicht vertrawen / Mißtrawen.

Diffidere, subdiffidere, non credere, non scire certum,derogare rei fidem, Putare alicui non habendam fidem. Dubitare, desperare de fide alicujus,diffidere fidei alicujus, In suspicionem adducere fidem alicujus.

Falsch seyn / nicht Glauben halten.

Venalem proponere, vel habere fidem, negligere, deserere, prodere, fallere, frangere, lædere,violare fidem, defecit cum fides, concidit fides, sublata est, abest,Labefactare, corrumpere, infirmare fidem.

Glauben.

Fides,credulitas,persuasio.

Der leicht gläubet.

Credulus, nimis credulus.

Gläublich/der Warheit ehnlich.

Rationi consentaneum est, cũ ratione cõsentit, Probabile, credibile, versimile, maximè probabile, admodum credibile est, videtur, Consentaneum est, simile veri, non alienum à ratione, cum ratione congruens, ratio postulat ut credatur, cur credatur, verum putetur, veri similitudinem, speciem, formam, imaginem præ se fert, ostendit, Non discrepat, non dissentit, non procul abest à ratione.

Gläublich/*Adv.*

Credibiliter, probabiliter.

Gläuben/für warheit halten.

Credere, ex animo credere, sequi alicujus fidem, tribuere aliquid rei, adhibere fidem rei, Habere fidem. Tribuere, adjungere fidem rei. Sequi probabilitatem, verisimilitudinem, approbare, comprobare aliquid assensu, assensione, sequi probabilia, præbere se credulum, admodum assentiri, inducere animum, credere, habere alicui fidem, habere aliquid pro explorato, non existimare dubitandum, ad credenda ea, quæ sunt jucunda, faciles naturâ sumus, irrepit credulitas in mẽtem, in exulcerato animo fictum crimen facilè insedit, Viri induxerunt animum socrus omnes iniquas esse nuribus. Omnia, nimiùm, rectè, rectissimè, facilè, facilius, temerè, stultissimè, citò credere.

Gläube gewiß.

Induc animum, induc in animũ ita esse, pro certo habe, persuade tibi, pro certo existima, planè credas, ita crede, ut minimè dubites, exploratum habeas, atque omninò certum, pro comperto habeas. Sit hoc apud te minimè dubium, sit exploratum rem ita se habere, in hoc statu esse, hunc esse rei statum.

Nicht gläuben wollen.

Alienum, abalienatum esse ab assensione, cohibere, sustinere, continere assensionem, assensum, Adimere, derogare, abrogare alicui fidem, extrahere assensionem.

Es ist vngläublich.

Credibile non est, vix credas hoc, cogitatione vix comprehẽdere poteris, novum hoc atq; incredibile est, Credendum non est, non est ut credatur, ut credi possit, ut habẽda fides videatur, superat omnem fidem, verisimile non est, mendacium videtur, mendacii speciem habet, veritatis imaginem nullam ostendit, ejusmodi est, ut fide careat, ut adjungi fides nulla possit.

De Promißione.

Verheissung/Zusagung/Versprechung/Gelobung/Angelobung

Promissio, promissũ, pollicitatio, receptũ, sponsio, stipulatio.

Epith. Promissum magnum, majus, uberius, Promissa multa, cruenta, scelerata, invisa, nõ diuturna, non salutaria, honesta, integra,

tegra, plena lætitiæ, inutilia, promiſſio perniciosa, ſponſio grandis, auguſtiſſima formula ſponſionis, obligatio difficilior.

Gegenverheiſſung/ Repromiſſio.

Verbindung / Verpflichtung / Obligatio, ſtipulatio.

Zuſagen/verſprechen.

Promittere, polliceri, adpromittere, condicere, affirmare, dare fidem, fidem facere, interponere, obligare, obſtringere, aſtringere. Recipere, dare dextrã, deferre aliquid bonâ fide, Lactare animum pollicitãdo, uti promiſſo, dare manus & affirmare, firmare fidem, promiſſa, ſponſionem facere, Polliceri, promittere mirandum in modum, prolixè, omnia, cumulatiſſimè, liberaliſſimè, bona fide, benignè, benigniſſimè, libenter, ultrò, gratis, pro certo, celeriter. Polliceri aureos montes, magnifica, ſplẽdida, immenſa, Spes ampliſſimas oſtendere, metu coactum aut dolo deceptum aliquid promittere, Conteſtans Deum promitto & confirmo, Tibi profiteor & polliceor hoc, ad eam rem tibi meam operam dico, depoſco mihi eam provinciam, profiteor meam operam.

Ich kans nicht für gewiß zuſagen.

Pro certo non polliceor, non auſim affirmare, certo polliceri, promittere non poſſum, ne pro certo exiſtimes, certo promittere non audeo.

Sich verbinden/verpflichten.

Alligare, obligare, aſtringere, obſtringere, devincire ſe, in perpetuum obligare, obſtringere, devincire, ſempiterna re obligare, alligare aliquem ſponſione, ſtipulatione, concludere aliquẽ in anguſtiſſimam formam ſponſionis, Fidem obſtringere, implicare, obſtringere, fidem alicui addicere.

Verbunden/ verpflicht / verhafft.

Obligatus, alligatus, aſtrictus, obſtrictus, devinctus, obligatus, obſtrictus, devinctus beneficio, pignoribus.

Ihm laſſen zuſagen.

Recipere ab aliquo fidem, tenere aliquem promiſſo.

Durch Verheiſſung einen verurſachen.

Promiſſo facto aliquem prolectare, incitare aliquos promiſſionibus, excitare promiſſis, corrumpere ſpe, promiſſis, Lactare animum pollicitãdo, illius promiſſa me huc induxerunt, ejus promiſſis ad hanc rem adductus ſum, magnificis promiſſis me impulit.

Einen der Zuſage erinnern.

Expetere, repetere, exigere, flagitare promiſſum, appellare de promiſſo, expecto quæ pollicitus es.

Die Zuſage halten/Glauben halten leiſten was verſprochen iſt.

Stare

Stare promissis, servare, efficere promissum, conficere munus promissi, Patrare, solvere, persolvere, perficere promissa, satis facere promisso, vel sponsioni, præstare dictum, manere in aliqua re, conservare alicui datam fidem, diligentissimè facere quæ promisimus, præstare fidem, facere alicui copiam ejus quod se oravit, facere eliquid prolixè, cumulatè. Reddere perfectum quod promiseris, persolvere reliquum, quod est promissi, ostendere verbis & re simul, complere summam promissi, perseverare in eo, quod alicui ostendisti te facturum, manere in conditione, sanctissimè servare, bonâ fide præstare, suam fidem liberare, stare suis conditionibus, stare conventis, Beneficiũ verbis initum recomprobare, fidem servare, tenere, liberare, exitu præstare, fidei non deesse, dependere quod promisisti, facere ut cum verbis facta consentiant, ut exitus promissa conservet, promissare confirmare, non deesse promissis, facere, ne fides in promissis desideretur, operâ & factis dictum istud experiere, sine versura dissolvam, Fidei satisfacere, de fide salvanda multum laborare, Facere ne exitus rei à verbis, ab affirmatione, à promisso dissentiat, ut verba res confirmet, ut quod dictum est veritas probet, non discedere à promissis, facere ut promissa appareant, pollicitis magnificus est, re ipsâ vanissimus, promissa factis sunt persequenda, reipsa sunt comprobanda, consequi promissa.

Zusagung umbstossen.

Infirmare, convellere stipulationes.

Zusage nicht halten.

Reclamare promissis, intervertere promissum, fallere alicujus opinionẽ, fugere, recedere â suis conditionibus, fidem frangere, violare, prodere, fallere, Promittere vana, inania, promissa ejus sunt inania, falsâ, irrita, contra fecit, quàm pollicitus est, Vide quò magnifica illa promissa ceciderunt, decoquere fidem.

De Gratiarum actione.

Danck/Dancksagung/Danckbarkeit.

Gratia, animus gratus, memor, grati animi fidelis memoria, grata beneficij memoria, sempiterna memoria, beneficij, grati animi significatio, gratitudo.

Danckbar.

Gratus, memor, gratissimus, unus omnium gratissimus, alienorum officiorum benignissimus æstimator, homo grati & liberalis animi, animo & reipsà gratissimus, gratus & memor beneficij, officiorum, optimus & gratissimus, reperitur gratus, invenitur non immemor gratiæ.

So du mich für einen danckbaren Mann hältest.

Si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Si me intelligis nullum neq; periculum neq; laborem tibi denegasse, si tua beneficia vis mihi gratiora efficere, quanquam sunt gratissima.

Danckbarlich.

Grate, grato animo.

Danckſagen/dancken.

Gratiam vel gratias agere, habere, Memoriâ tenere gratiam, grato animo interpretari, gratiâ memoriâ proſequi, agere gratias magnas, mirificas, ſingulares, maximas, immortales, diligenter, ſingularibus verbis, ampliſſimis verbis, retinere memoriam gratiſſimam, verſatur mihi hoc in mente cum grata recordatione, Prębere, pręſtare ſe gratum, eſſe gratum, non ingratum, non immemorem, ſigna proferre animi grati, cõſervare memoriam meritorum ſempiternam, recordari meriti, Prædicare, cõmemorare, extollere verbis beneficia, cõplecti non poſſe orando beneficia, aut percenſere numerando promerita, gratiæ aliquid alicui apponere, agere gratias apud aliquem & alicui. Gratias illi agas ex me, in ſingulas res & merita alicui gratias agere, & de aliqua re gratias agere, non reperire quibus verbis gratias agas, colere bene merẽtem, Opto ut liceat mihi tua beneficia facere jucundiora, præſtare alicui memoriam, benevolentiamq; , dabo animi mei erga te grati aliquam ſignificationem.

Jch wil allzeit danckbar ſeyn.

Dum vivam dabo operam ut me tibi memorem gratumque probem, ne in me gratum animum deſiderare poſſis, ut te de me optimè meritum læteris, Sẽper meminero, memoriâ retinebo, tuebor mente atque animo, nunquam obliviſcar, nunquam apud me delebit officia, beneficia, merita erga me tua, memorem me tibi, quæcunq; ſe occaſio dederit, præſtabo, Præſtabo tibi eam quam debeo memoriã meritorum tuorum, gratum me nullo non loco, nullo non tempore, memorẽ, gratiæ referendæ ſtudioſum ſenties, experieris, cognoſces, grati animi laudem in me non requires.

Vergeltung.

Remuneratio, remuneratio officiorum, jucunda remuneratio benevolentiæ, expeditior & celerior remuneratio.

Vergelten.

Gratiam referre, Referre gratiam partem, meritam, præclarã, Tribuere, reſtituere, perſolvere gratiam, cumulatè reddere, retribuere, remetiri, repẽdere, par pari reſpondere, Si non pari at grato munere remunerare, ſimilimo munere, cumulatiore menſurâ remunerari, pro facultatibus reſpondere, Remunerari beneficium munere, reſpõdere officiis, certare officiis, cumulatiſſimè gratiam referre, reponere merita, remetiri beneficiũ, reddere officium debitum, ſatisfacere alicui beneficio, Reddere, ſolvere, perſolvere beneficium, pro beneficiis ſtudium operãq; navare, Cõduplicare aliquid alicui, beneficia ultrocitroq; dare.

Ich wils wiederumb vergelten.

Remunerabor te, remunerabor tua merita, reddam beneficia, parem gratiam referam, tuis beneficiis respondebo, quæ debeo solvam, beneficiis compẽsabo tua merita, Probabo me gratum ac memorem paribus officiis, cumulatè tuis in me meritis satisfaciam, quæ in me contulisti, eadẽ recipies aut paria.

Thue jhm guts / es wird wol angelegt seyn / er wird danckbar seyn.

Quod si feceris hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur, gratum hominem, observantemque cognosces, benè positurus es studium & officium, præclarissimè studium tuum apud ipsum pones, pones beneficium apud hominem gratum, eum memorem & gratum cognosces, erit tibi & voluptati & usui, benè collocabis tua beneficia, cognosces eum tuâ amicitiâ dignissimum, præclarè pones beneficium, ipsum perpetuò tibi devincies, virum bonum tuâq; amicitiâ dignum tibi adjunges, me etiam in tua potestate futurum confirmo, fructum jucundum capies ex observantia hominis gratissimi, dices fœneratum tibi pulchrè hoc beneficium, efficiam ut beneficium non sine fœnore ad te redeat. Enitar ut te de me optimè meritum læteris, ut officia erga me tua voluptati ac lætitiæ tibi sint, ut ex tuis in me officiis voluptatem capias, officiorum tuorum fructum feras, percipias, colligas, ut gratiæ tuæ gratiam à me feras, ut parem tibi referam gratiam, ut par pari referã, ut officia tua paribus æquem, compensem, remunerem, remunerer.

Ich kans nicht wiederumb verschulden.

Præter voluntatem ad remunerandum nihil mihi suppetit, Non est mihi facilis ratio remunerandi, gratia tanta referri non potest, habenda tamẽ est, anim⁹ pro præmio accipiendus est, Pro beneficiis vicissim à me præter laudem & prædicationem testem grati & memoris animi percipere non potestis, omnis spes mihi præcisa est paria faciendi tecum.

Ich habe jhm gutes gethan / da ich nicht hoffete / daß ers vergelten solte.

Contuli in eum beneficia, etsi remunerationem planè nullam expectarem, quanquam ab eo minimè parem gratiam expectarem, licet futurum non sperarem, ut memorem & gratum experirer, cum spe nullâ niterer futurum, aliquando parem ut mihi gratiam referret, ut omnia mea paribus compensaret officiis, remuneraretur officiis, æquaret officiis, ut ullum grati animi signũ ostenderet, ut se memorem, gratumque probaret, ut ullũ omninò studiorum, officiorumq; meorum fructum ferrem, nullâ spe adductus gratiæ referendæ.

Vndanckbar.

Ingratus animus, angustus & humilis animus, nõ satis intelligens benificium, immemor beneficii

gratiarũ, Parùm gratus, vix gratus, ingratus, immemor, nihil ingratius, impiè ingratus, officiperda, Esse, reperiri, appellari ingratum, qui ingrati animi notam effugere non potest.

Vndanckbar seyn.

Abjicere memoriam beneficiorum, oblivisci, immemorem esse beneficiorum, dissimulare, obscurare beneficium, prætermittere prædicationem, remunerationem, gratiarum actionem in aliquo desiderare, plurima & maxima officia summis injuriis compensare.

Du bist vndanckbar gegen mir.

Plurima & maxima mea officia summis injuriis compensas. Meis in te meritis non respondes, gratiã non refers, non solvis id quod debes, Officia mea tuis officiis nõ compensas, gratiam non reddis, officium non præstas, ingratè agis, ingratum te præbes, officium in te requiro, desidero, gratiam à te non fero, mea erga te non imitaris officia.

Ich wil nicht vndanckbar erfunden werden.

Non committam ut me ingratum appellare possis, ut in illo officio quod benè merentibus debetur jure me ac meritò quisquã reprehendat, ut in vitium ingrati animi non incidam, ne quis mihi turpẽ ingrati animi notam possit inurere, ingrati animi vitium, crimen, culpam possit objicere, ut ab ingrati animi vitio, crimine, culpâ, turpi infamiâ longissimè sejungar, discedam, absim, valdè procul absim, ut ea culpa vacem, vacuus sim, caream, ejus culpæ sim expers, quam comittunt, qui nullam referendæ gratiæ curam suscipiunt, qui de referenda gratia, minimè laborant.

Wolthat einem Vndanckbaren erzeigen.

Locare malè benefacta, Profundere ac perdere quædam officia, nulli impunè licuit urbem Athenarum beneficio afficere.

Sich fürchten/ daß man nicht für vndanckbar gehalten werde.

Horrere crimen ingrati animi, detestari in gratitudinis notam, odisse ingrati animi culpam.

Ich hasse kein Laster so sehr als Vndanckbarkeit.

Vitium ingrati animi pessimè odi, Nullum odiosius mihi crimen est ingrati animi culpâ, cum omnia crimina tum prætermissæ gratiæ pessimè odi, Neglecti officii culpa gravis admodum, molesta, odiosa mihi est, Nullũ genus hominũ, pej9 acerbius odi, quàm qui gratiã benè meritis non referũt, qui de gratia referenda minimè laborant nunquam cogitant.

De Commendatione.

Commendation/ Vorschrifft.

Commendatio, mirificum genus commendationis, cumulus commendationis, Multum, plus commendationis, literæ comendatitiæ.

Epith. Maxima, non vulgaris, diligens, diligentissima accurata, gravissima, ornatissima, egregia, eximia, singularis, divina, dulcissima, perpetua, communis bonorum commendatio,

Etwas das Commendiret ist.

Res commendata, satis commendata, nulla res commendatior.

Einem ein Ding befehlen / vberlassen / vbergeben / hinderlegen / auffzuheben geben.

Commendare, tradere fidei alicujus, concredere aliquid alicui, dare alicui aliquid servandum, in manum dare, in potestatem, committere fidei potestatiq; mandare fidei, Permittere in fidem & potestatem, Iudicio permittere alicujus, tradere de manu in manum, potestatem servandi dare.

Einen Commendiren / verschreiben.

Commendare, commendare aliquem commendatione diligẽtissimâ, cumulum addere commendationis, magnoperè, unicè, majorem in modum, maximè, pluribus verbis, etiam atque etiã penitus, de meliore nota, diligenter, diligentissimè, studiosè, studiosissimè, magnâ curâ, solicitudine, religiosè commendare.

Ich Commendire dir jhn auffs allerfleissigste.

Sic tibi eum commendo, ut majore curâ, studio, solicitudine animi non possim, Peto à te ut si ulla unquam apud te mea commendatio valuit, quod scio valuisse quàm plurimas, huic plus etiam quàm cæteris tribuendum putes, adjiciasque ad illam humanitatem, quâ omnes excipere solitus es, quicquid rogante atque obsecrante me adjici potest, velim tibi persuadeas, nihil me majore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio eum juveris, quàm ut autoritate tua, quæ plurimum valet, eum conservatum velis, Velim omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate & potestate tua proficisci potest, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique exprimas, Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi quàm maximas gratias agat, vel quàm primum gratias agat, vel quàm sæpissimè gratias agat, Velim eum omnibus tuis officiis, atque omni liberalitate tuâ tueare, Si me tanti facis, quanti & ipse existimat, & ego sentio, cures quàm primum intelligam, hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse speravit, nec ego dubitarim, Velim eum quàm honorificentissimè, pro tua natura, & quàm liberalissimè tractes, Velim eum quàm liberalissimè cõplectare. Maximoperè & ut meũ amicum, & ut tuâ dignum amicitiâ eum tibi commendo, Vehementer mihi gratum erit, si eum humanitate tuâ, quæ est singularis comprehenderis, sic tibi eum commendo, ut neq; majorẽ studio quenquam, nec justioribus de causis commendare possim. Gratissimum mihi feceris, si huic cõmendationi meæ tantum tribueris, quantũ cui tribuisti plurimũ, idest, si eum quàm maximè, quibuscunque rebus honestè, ac pro dignitate tua poteris, juveris atque ornaveris. Peto à te majorem in modum, ut ei omnibus rebus, quantum tua dignitas,

fidesque patietur commodes. Cures ut ipſe intelligat, hanc meam commendationem maximè ſibi apud te, & adjumento & ornamento fuiſſe. Si ulla mea apud te commendatio valuit, multas autem valuiſſe plurimùm ſcio, hæc ut valeat rogo, Majorem in modum peto à te, ut cũ omnes meos æquè ac tuos obſervare pro neceſſitudine tua debeas, hunc in primis in fidem tuam recipias, ut ipſe intelligat, nullam rem ſibi majori uſui, aut ornamento quàm meam commendationem eſſe potuiſſe. Eum ſi me diligis eo numero cura ut habeas, quo me ipſum. Hanc commendationem, quam his literis conſignate volui, ſcito eſſe omnium graviſſimam, Eum ſi tibi comẽdo verbis iis, quibus cum diligentiſſimè quid agimus uti ſolemus, vix tamen ſtudio meo ſatis feciſſe mihi videor. Genere commendationis mirifico, neque planè, quod ſit ex intima arte, intimoque ex animo depromtum, uſum me putato. Commendo eum tibi non vulgariter ſed ita prorſus, ut qùos diligentiſſimè, valdeque ex animo ſoleo, Quanti apud te ſum, tantum valere apud te commendationem meam, effice ut intelligam, Eum tibi commendo eâ cōmendatione, quæ poteſt eſſe diligentiſſima. Eum ita tibi comẽndo, ut neminem diligentiùs, ita comẽndo eum, ut homines grati & memores benè meritos de ſe commendare debent. Ejus negocium ita cures tu rem meã, quaſi rem meam tibi commendarem Videas tanquam ſi tua res agatur, pergratum erit ſi eum ita tractaveris ut merito tuo mihi gratias agere poſſit, ut intelligat comẽndationem meam haud vulgarem fuiſſe, ut intelligat me diligenter ſcripſiſſe de ſe.

Ich habe deine Vorſchrifft fleiſſig in acht genommen.

Ei & verbis & re oſtendi, quid tua commendatio ponderis haberet. Commendationem tuam & ſtatim verbis & reliquo tempore probabo, Eum libenter ex tuis literis complexus ſum, faciã ſtudioſè, quæ rogas, quæ ſcripſiſti, valent apud me plurimum. Amicum tuum de quo ſcribis, adjuvabo quantum poſſum, diligenter eum tuebor, quibuſcunq; rebus potero. Quoniam te ita velle intelligo, nullo loco ipſi deero. Eſt per ſe amabilis, tamen accedet magnus cumulus commendationis tuæ, adductus tua commendatione feci, quæ potui.

Deine Vorſchrifft iſt mir nütze geweſen.

Commendatio tua mihi fuit uſui, adjumento, ornamento, commodavit mihi, utilitatem attulit. Adeptus ſum, aſſecutus, conſecutus ſum, obtinui, confeci omnia tuâ commendatione.

De Vrbanitate.

Höffligkeit/fröliche/kurtzweilige Red

Vrbanitas, feſtivitas, venuſtas, jucunditas, ſuavitas, hilaritas, lepor, lepos. Multum, plurimum hilaritatis, ſpecimen lepóris, ſuavitates alicujus, omni lepôre affluens ſermo.

EPITH. Suavitas, propria, dulcis

cis & decocta, vel auſtera, ſolida, antiqua, ſingularis, vernacula, feſtivitas, venuſtas, ſumma, ſubtilis, antiqua & vernacula, vetus lepos, vetus urbanitas, eximius, admirabilis lepos, res plena facetiarum, ſuavitatis,

Schimpff/ Schertz/ Schwencke/ Poſſen.

Jocus, jocationes, joca plena facetiarum, ludus & jocus, Licentia, exempla ludendi, facetiæ, Sal facetiæque, condimenta ſermonum, genus jocandi, Lepos in jocando, ludus in jocando, ſermo facetus, libertas loquendi, ridiculum, dicacitas, dicterium, ſales.

Gute Poſſen.

Jocus liberalis, ingenuus, Politiſſimæ facetiæ, familiaris jocus, faceta ridicula, locus ſuavis, utilis, Magnus in jocando lepos, joci multo urbanitatis ſale aſperſi, joci liberales hominis ingenui, veteres & urbani ſales, genus facetiarum peracutum & breve, genus jocandi elegans, urbanum, ingenioſum, facetum.

Loſe Poſſen.

Genus jocandi illiberale, petulans, obſcœnum, jocus illiberalis, ſcurrilis, inimicus, Scomma, moleſti aculei ſcommatum, dicacitas ridicula, perappoſita mimis. Ridiculum mimis frequens, ſubobſcœnum, petulans, ſcurrile, improbum, inhumanum, aſperiores facetiæ, Stomachoſa & ſubmoroſa ridicula, joca inepta.

Narren Poſſen.

Nugæ, gerræ Siculæ, nugatoria, ſtulta blateramenta, deliria, neniæ, nugæ illepidæ, invenuſtæ, plenæ ruris.

Der frölich iſt/ vnd Schertz treibet/ höfflich.

Ludens, jocans, facetus, feſtivus, dicax. perfacetus, perurbanus, aulicus, politicus, nemo jucundior, dicatior, nihil urbanius, ſuavius, Vrbanus, venuſtus, jucundus, ſuavis, dulcis, ſalſus, Lautus, cavillator, feſtivi ſermonis, multi joci, elegans, perſalſus

Poſſenreiſſer.

Ludio, Ridiculus, riſus concitator, ſcurra, ſcurra de trivio, paraſitus.

Poſſen reiſſen.

Magno conatu nugas dicere, farcire centones alicui, ſcurrari, eſſe laſcivum, incidere in ſcurrile vitium.

Schimpfflich/ lächerlich.

Jocoſè, joculariter, facetè, feſtivè, ridiculè, perridiculè, perfacetè, ſubridiculè.

Höfflich.

Vrbanè, lepidè, feſtivè, alsè, perſalsè, ſatis jocosè.

Er iſt höfflich/ frölich/ treibt fröliche Rede.

Inſtructus eſt lepore, floret, affluit, excellit lepore, venuſtate, Hilaritas multa in eo, plenus hilaritatis, feriis, jocisque accōmodatus, excellit facetiis, præſtat omnibus lepore, humanitate, feſtivitate, ſuperat, vincit omnes ſale, facetiis, eſt facetus, ſuavis, urbanitate limatus, habitat lepor in labris ejus, iis utitur dictis, ita facetiis valet, ita bellè, ſcitè, venuſtè, argutè, ingenioſe, feſtive jocatur, ut ſingulis verbis riſum excitet,

commoveat,faciat, ut audientes mirâ voluptate perſundat, ejus facetiis & jocationibus mirè capiuntur omnes, ſermones ſuos urbanitate condit, urbanitatis ſale conſpergit, aſpergit multos ſales orationi, Ejus oratio multo lepore, feſtivitate, ſale, conditur, coloratur urbanitate, Multa jocatio, jucunditas urbanitas, lepor, facetiæ in eo, Præditus, limatus eſt lepore.

Schertzen/Schertzerey treiben.

Jocari, facere, dicere aliquid per luſum, jocum, riſum, ridiculum, feſtivè aliquid narrare, Perfundere aliquem ſuavitate, Liberè, humaniſſimè, animo hilari, promto jocari, familiariter & cum dignitate ludere, admiſcere literis plurimum nativi leporis, Libare ex omni genere urbanitatis facetiarum leporem, Dicere jocum, dicere aliquid joco, fluere facetiis, torquere vocem ad jocum, Ducere, movere ridicula, uti ludo, joco, lepore, facetiis, ſalibus, adhibere, adjungere jocum, leporem, proferre joca, dicere ridicula, argutias habet.

Es iſt ein kurtzweilig Ding.

Eſt in ipſa re feſtivitas, res prædita, condita ſale, facetiis, urbanitate, ſuavitate, res habet leporem, feſtivitatum, urbanitatem, conjunctum eſt hoc cum feſtivitate & venuſtate, verſatur lepor in re, res plena facetiarum, condita ſale & facetiis, venuſtiſſima.

Einen vexieren/ Schertz mit einem treiben.

Jocari in aliquem, illudere alicui, aliquem, & in aliquem, perſtringere aliquem facetiis, Figere adverſarium ridiculo, acerbius jocari in aliquem, Ludificare, ludificari, deludere, eludere aliquem, ſatis jocosè aliquem ludere, multùm & diu aliquem ludere, apertè ludificari, moleſtis ſcommatum aculeis aliquem pungere & lacerare.

Vexieret werden.

Eſſe alicui ludibrio, habere ludibrio, incurrere in alicujus urbanitatem, in facetorum hominum urbanitatem, Ludi à faceto facetè eludi, acutioribus & gravioribus aculeis contumeliarum, per jocum vexari, Luſus, illuſus, graviter, contumeliosè.

Luſt haben an eines Schertzreden.

Amplecti ſuavitatem alicujus, capi alicujus ſuavitate, Duci urbanitate, Delectat me ejus lepos, urbanitas, exhilaror ſuavitate ejus, frui alicujus ſuavitate, lepore, Ridere alicujus joca, ſales, non aſpernari jocum.

Nicht mehr Schertz treiben.

Deponere urbanitates, removere jocum, relinquere, deſerere jocum, miſſa facere ridicula, omittere ſalem, tacere & mittere ridicula, interit, exareſcit urbanitas, fugere, vitare ridicula, jocum.

Ohne Schertz. Extra

Extra jocum, joco remoto, seriò dico, non joco, per jocum, non joci causâ.

Der keinen Schertz treiben kan.

Carere sale, expers est urbanitatis & humanitatis, deest ipsi urbanitas.

De Calumnia.

Verleumbdung/ Afftterredung.

Calumnia, obtrectatio, tacitum convicium, rumusculi malevolorum, malevolentiæ plena oratio, improba ars malevolorum, iniqua & infensa quorundam hominum opera.

Epith. Calumnia summa, acerbissima, maxima, Obtrectatio malevolentissima, occulta, domestica.

Ein Verleumbder/ Afftterreder/ Lästerer/ Ehrenschänder.

Obtrectator, obtrectans, conviciator, cavillator, calumniator, calumnians, invidus vituperator, communis obtrectator, frigidus obtrectator, tetrum, impurum animal, contemtor alienæ industriæ, alienæ industriæ nimium iniquus æstimator, Emissarius, calumniator subornatus, Magna malevolorum nostris temporibus copia est, qui omnem judicii laudem in vituperandis aliis positam putant.

Schänden/ lästern/ verleumbden/ vbel von einem reden.

Traducere aliquem, calumniari, detrahere alicui, rodere, carpere, vellicare, Invidiosè criminari, mordere clanculum, indignè obtrectari, adhibere calumniam, carpere dente maledico, lacerare contumeliis, Fingere, confingere, excogitare, componere, contexere in aliquem crimen, deferunt indigna obtrectatores, Inhonestè de aliquo loqui, ita loqui de aliquo ut acerbiùs aut inhonestiùs non possit, acerba nimis adversus ejus dignitatem oratio fuit. Aspergere alicui labem cula, inferre alicui labem, infamiam, splendorem, vitæ alicujus maculis aspergere, maculâ aliquem afficere, lacessere alicujus famam, detrahere alicui famam, detrahere de fama alicujus, detrahere famæ alicujus, Infamare, diffamare, defamare, infamiâ aliquem afficere, offendere alicujus existimationem, lædere famam alicujus, Spoliare, privare aliquem famâ, eripere alicui famam, Obtrectare alicui & aliquem, sinistros rumores de aliquo spargere, derogare alicujus existimationi, clãculum alicujus industriam extenuare, aliorum labores elevare, Veteris comœdiæ licentia effutit hæc, Scurrilis quorundam libido in Philosophiam hosce aculeos conjecit.

Du gehest drauff umb / daß du mir ein Schandfleck anhängest

Vehementer studes de mea fama detrahere, meam famam lædere, detrimento afficere: Obesse, nocere, officere meæ famæ, id agis, ut æternas mihi infamiæ

notas inuras, ut iis meum nomē
ſordibus, iis maculis afficias, in-
ficias, inquines, inſpergas; eas
meo nomine ſordes, eas macu-
las injicias, inſpergas, inferas
quas nulla dies, nulla deniq; res
poſſit eluere, abſtergere, auferre,
delere, Tuum conſilium, tuum
ſtudium illud eſt, ut me in omne
tempus, in omnes annos, in per-
petuum infamem reddas, infa-
miâ notes, infamię tradas, id ſpe-
ctas ut perpetuò malè audiam,
perpetuā in infamiam adducar,
ut æternâ infamiâ flagrem, labo-
rem, ut in ſordib⁹ infamiæ nun-
quam non jaceam, ut in perpe-
tua verſer infamia.

Verleumbder haben.

Habere, ſuſtinere obtrectato-
res, lædi voce obtrectatorum,
obtrectatorum aculeos ſentire,
recidere, incidere in obtrectato-
res, ferre, perferre calumniam,
impediri obtrectatione.

Etwas zum ärgeſten deuten/ außlegen.

In pejorem partem rapere, In
contrariam partem rapere, ver-
tere, Arripere aliquid in ſiniſtrā
partem, Senſum alicujus ſiniſtrè
arripere, interpretari quid per-
versè, In contumeliam aliquid
arripere, trahere, arripere, inter-
pretari benè dicta alio modo,
Accipere duriùs aliquid quàm
quiſpiam vult, pervertere ali-
quid calumniando, cavillari, vi-
tio aliquid alicui dare, ducere,
aliorſum capere, accipere.

Etwas zum beſten deuten.

In meliorem, in dexteriorem
partem interpretari, Accipere in
bonam partem, interpretari in
mitiorem partem, Patiēter, mo-
deratè aliquid accipere, ſine of-
fenſione, æquo animo accipere,
non accipere in contumeliam,
in bonam, optimam partem in-
terpretari, amicè de aliqua re ju-
dicare, præbere ſe æquum judi-
cem, judicare liquidiùs de alicu-
jus ſententia.

Sich retten von den Verleumbdern.

Defendere rem ab obtrectatio-
ne, proſternere & obterere ob-
trectationes, impedire obtrecta-
tores, ſatisfacere momo, non re-
formidare obtrectatorum vocu-
las, eripere obtrectatoribus an-
ſam maledicendi, locum non re-
linquere ſermoni obtrectatorū.

Den Leuten aus den Måulern kommen.

Effugere calumniam, liberari
obtrectatione, abeſſe ab obtre-
ctatione, remota eſt calumnia.

De Mendacio.

Eine Lügen/ Mendacium, men-
daciunculum.

EPITH. Mendacium hone-
ſtum, miſericors, non inface-
tum, impudens callidum.

Ein Lügener.

Mendax, mentiens, vanus, in-
anis, levis, futilis, aſſuetus mēda-
ciis, compoſitus, factus totus ex
fraude & mendacio, Eſt menda-
cium, vanitas in eo, Eſt, putatur

mendax

mēndax,scatet,affluit mēdaciis.

Erlogen/Mentitus,ementitus, commentitus, adulterinus,tota res apertè,pueriliter ficta,remotum est à vero , nugatorium est res plena futilitatis,levitatis.

Es ist erlogen/was du sagest.

Quicquid dicis,falsum est,minimè verum,alienum à veritate, sejunctum à veritatc,abest à vero , adversatur veritati , mendacium est , Falsa est omnis oratio tua , quicquid loqueris falsò loqueris.

Die Lügen ist daher kommen.

Mendacium hinc ductum est, hinc conflatum est.

Liegen.

Mentiri,ementiri,fingere,confingere, comminisci, dicere falsum,dicere mendacium, jurarefalsum,objicere alicui falsa,fallere aliquem mendacio , Proloqui alicui mēdacium, dicere aliquid falsi,fingere quid falsi, memorare falsa,fingere quid falsi,memorare falsa , fundere mera mendacia,non referre verum, deflectere à veritate, fallacissimè se venditare alicui,Largiri alicui plusculum quàm concedit veritas, Mentiri admodum , plurimis in rebus,multum,apertè, impudēter,impudentissimè,libenter,cupidè,improbè, persæpè, sæpissimè, Dicere , nunciare, narrare monstra , nugas agere , certatim mentiri , certare mentiendo, ultra fines jaculum mittere.

Eine Lügen dran hengen.

Aspergere rem mendaciunculis,accomodare rei mendacium, à mendacio sibi non temperare, affingere aliquid, fucum addere mendacio , tegere aliquid mendacio,delitescere in mendacio.

Einen beliegen.

Onerare aliquem mendaciis, mentiri de aliquo,calumniari aliquem,falsum rumorem de aliquo spargere.

Nicht liegen.

Temperare sibi à mēdacio,minimè mentiri,nihil unquā mentiri, non sum mendax hujus rei, *hoc est,in hac re non mentior.*

Der Lügen Glauben geben.

Probare falsum pro veris,credere mendacio , approbare falsum, falsa habere pro veris , moveri falsis , Stare à mendacio cōtra verum,mendacium obtinet, Falsa in re valent pro veris.

Die Lügen widerlegen.

Refellere & coarguere mendacium, falsa , Explicare veritatem,diluere falsum, arguere,cōvincere falsa, delere commenta, dissolvere mentientem.

Falsch/Falsitas,falsum,apertè, perspicuè falsum,vanum.

Sehen/mercken / daß etwas falsch ist.

Sentire,putare falsum,videre, cernere,invenire,cognoscere, comperiri falsum.

Erdichtigung/Fictio,confictio.

Gedicht / Figmentum , commentum,fabula.

Erdicht.

Fictus, confictus, commentitius, falsus, non probabilis, tralatitius, apertè, pueriliter fictus, simulatus, plena res futilitatis, levitatis, res concluditur in fabulam, nititur mendacio.

Erdichten.

Fingere, confingere, excogitare aliquid, comminisci, conglutinare, machinari corde aliquid, aspergere mendaciunculâ, fabricari aliquid.

Fälschlich erdichten/ Falsè, falsò, fictè.

Nichtigkeit/ lose Sachen/ leichtfertigkeit.

Vanitas, inanitas, levitas, futilitas, vaniloquentia, insomniũ, nugæ, logi, somnium, Summa inanitas, incredibilis vanitas, blanda, turpis vanitas.

Leichtfertigkeit hassen.

Odisse vana, falsa, fallentia, odisse vanos.

Es ist keine Leichtfertigkeit in dieser Sache.

Amputata. circumcisa est inanitas, excluditur levitas, vanitas.

De Arrogantia.

Ruhmredigkeit / vermessen/ Vbermuth.

Arrogantia, jactantia, jactatio, ostentatio, vendicatio, Arrogãs, insolens, inanis ostentatio, Plenus arrogantiæ sermo, fucatus splendor sermonis.

Epith. Arrogantia inanis, desipiens, inflata, summa, odiosa, molestissima, inaudita, intolerabilis, Ostentatio gloriosa, magnifica, popularis.

Ruhmretig/ vermessen.

Arrogans, jactans, jactator, ostentator, gloriosus, stultè arrogans, ostentator pecuniæ, sui præco, sui ipsius tubicen, suarũ virtutum apud omnes cantor, ineptè gloriosus, ventosus, ventosissimus, plenus gloriarum.

Sich rühmen/ grosse Wort haben/ pralen.

Arrogare sibi, jactare, ostentare se, sumere, assumere sibi, multum sibi sumere, Gloriari de se ipso, de rebus gestis, jactitare aliquid, efferre se magnificè, efferri immoderatione verborum, extollere se gloriando, prædicare de se aliquid gloriosus, suas pugnas alicui narrare, uti arrogantiâ, profiteri magna, explicare suas virtutes, intolerantiùs, sumtuosiùs, magnificè, insolentiùs se jactare, nimium sibi sumere, specie simulationis ostentare aliquid, fallacissimè se venditare alicui, sumere sibi arrogãtiam, arrogantiâ efferre se, de se elatè & nimis magnificè sentire, acriter efferri, immoderatione verborum magnum se facere, flagitiosè venditare eloquentiã, gloriari apud aliquem, Venditare se inanibus verbis, magnificè, immodestè de se loqui, sesquipedalibus uti verbis, gloriâ & prædicatione efferri.

Sich seines Geldes/ seines Adels rühmen.

Jactantem esse in pecunia, intolerantissimè gloriari de suis divitiis, verbis se locupletē facere cum nihil habeat, jactitare suas divitias, Gloriari, de majorum nobilitate, jactare natales suos, Prædicare majorum imagines, jactitare se de natalitium splendore.

Ihm selbst gefallen / von sich am meisten halten.

Amare, diligere ipse se, esse amantem sui, assentatur sibi ipsi, mea me maximè delectant, Cunctis se anteferre, omnes despicere, se unum suspicere, amare se sine rivali, mirari se, Est sibi ipsi magnus & eximius, Rex sibi videtur, suis ipsius suffragiis Deus est, mirè sibi placet de specie corporis, mirum quàm sibi pulcher est judicium suum omnibus anteponit, dignum se aureâ statua putat.

Kleinlaut werden / grosse Wort fallen lassen.

Minuere arrogantiam, vitare suspicionem ostentationis fugere arrogantiam, projicere ampullas & sesquipedalia verba.

Ohne Ruhm sagen.

Citra arrogantiam dicere, procul sit arrogantia, absit invidia verba.

De Superbia.

Hoffart / Stoltz / Hochmuth / Auffgeblasenheit.

Superbia, fastidium, fastus, supercilium, animi, spiritus, tumor, insolentia, impotentia, cōtumacia, intemperantia animi, elatio animi.

EPITH. Superbia magna, singularis, intemperans, inaudita, intolerabilis insolentia, contumacia singularis, immoderati spiritus.

Stoltz / hoffertig.

Superbus, insolens, contnmax, fastidiosus, Ventosus, inflatus, tumidus, insolens, superbior in pecuniis, spe atque animo inflatus, animus levissimâ aurâ vulgi turgens, inflatus.

Hoffertig / *Adv.*

Superbè, insolenter, intoleranter, fastidiosè, arroganter.

Hoffertig / stoltz seyn.

Esse superbum, elatum rebus secundis, esse inflatum, & insolentem in pecunia, efferre se in potestate, efferri aliqua re, præferre se aliis, sumere sibi spiritus, arrogantiam, autoritatem, Inflatum esse insolentiâ, regio spiritu esse, magnâ insolentiâ esse, sublati animi esse, fastidio efferre se, superbire, uti superbiâ, efferre animos insolentiâ, præbere se superbum, efferre se insolenter, adhibere cotumaciam, efferri contumaciâ, furere contumaciâ, inflatum esse superbiâ, erigere cristas.

Du bist gar zu stoltz / gar zu hoffertig.

Nimiùm tibi places, plus tibi assumis quàm decet, quàm licet quàm convenit, nimiùm te effers, arrogas tibi plus quàm li-

cet,altiûs quàm oporteat ipſe te attollis, ita ſuperbè agis ut ferri non poſſis, ſuperbiâ es prorſus non ferendâ, parem tibi eſſe neminem vis,te cunctis antefers,omnes deſpicis,te unum ſuſpicis, omnia putas eſſe in te uno collocata, fortunam ipſam minùs eſſe teipſo fortunatam putas, non potes ferre parem, nemini tecũ putas conferri poſſe,omnibus te anteferendum exiſtimas.

Das groſſe Gůt macht dich ſtoltz/ du vberhebeſt dich deiner Gůter.

Opum affluentia te inſolentẽ facit, dat facultatem, materiam ſuperbiæ, Ex opum afflũtia nata, prognata, genita eſt tua ſuperbia, Opes afferunt tibi ſpiritus, faciunt te ſuperbiorem, inſolentem, nimis te extulerunt, neſcio quos ſpiritus tibi attulerunt, Tuæ te efferunt divitiæ nõ propriæ virtutes, Inſolentia tua, arrogantia, ſuperbia non ex ingenii tui præſtantia, ſed ab opibus tuis manat, Iſtam inſolentiã, elationem animi, ſpiritus imoderatos in te parit non meritorum tuorum conſciẽtia, ſed copia, divitiæ, opes, res domeſtica plus æquo major, commodorum abundantia animos tibi facit, tollit te ad iſtam animi intemperantiam, gentis nobilitas facit te tumidum.

Nach eines andern Hoffart nicht fragen.

Deridere alicujus ſuperbiam, arrogantiam, Aſpernari, odiſſe, contemnere ſuperbos.

Die Hoffart hinlegen/die Federn fallen laſſen.

Continere inſolentiam ſuam, remittere ſpiritus, comprimere animos, demittere animos, fugere ſuperbiam, deponere ſpiritus, minus de ſe elatè & magnificè ſentire.

Pracht in Kleidern.

Pompa, faſtus, oſtentatio veſtium theatrica.

Prangen.

Pompam agere, agitare, magno faſtu incedere, ſuperbire in veſtium ſplendore & apparatu.

De Loquacitate.

Geſchewetz.

Garrulitas, loquacitas, urbana, quotidiana, inepta loquacitas, Inanis quædam profluentia loquendi vel ſermonis levis & inerudita loquacitas, inanis & nullo ſententiarum pondere fibrata oratio.

Nichtig Geſchewetze

Futilitas, nugæ, tricæ, ſtultiloquentia, ineptiæ maximæ, meræ nugæ, plena futilitatis res.

Nichtig Geſchwetz treiben/ waſchen/plapppern.

Garrire, garrire nugas, quicquid in buccam venerit, oggannire, nugari, Agere, dicere, prædicare nugas, fabulari, proferre fabulas aniles, funditare verba, narrare tricas, ſomnium, ineptire, delectari nugis, multa ineptè effundere, ſtultè, inconſideratè loqui,

loqui, non inscitè nugari, Scurrilia loqui, quicquid in buccam venerit loqui.

Ein Wäscher/Plauderer/vnnützer Schwetzer.

Garrulus, garro, dicax, loquax, nimium loquax, loquacissimus, loquaculus, largiloquus, multiloquus, unus omnium loquacissimus, largior linguâ, homo volubilis, inaniloquus, nugator, Blatero, vaniloquus, linguax, loculejus, locutor futilis, importunus, verbosus, frivolus, naturâ loquacior, Plenus rimarum hac illac perfluens.

Viel schwatzen.

Lacerare diem loquendo, cædere sermones, Non desunt ipsi verba, supersunt ipsi verba.

Sich des weschens enthalten.

Continere loquacitatem, relinquere nugas.

Nachschwatzen / außschwatzen/ nicht verschweigen können.

Divulgare aliquid, in vulgus efferre, enunciare, Aliquorum cõsilia obnunciare porrò, garrulè aliqud dicere, dicere aliquid inconsultè, effutire aliquid foris, proferre temerè apud aliquem, plenum rimarum esse, hac illac perfluere, dissipare sermones, Cave ne cuiquã dixeris, ne mortalium ulli aperias, taceas de hac re, Continere non potuit, quod sibi in arcanis comissum fuit, tacere non potest, ut in quẽcunq; amicorum inciderat, hęc sparsit, sermonibus divulgare, pervulgare.

De Simulatione.

Gleißnerey/Heucheley/Stellung/ Schein.

Simulatio, assimulatio, species, venditatio, prætextus, diverticulum, latebra, multa involucra simulationum.

Epith Species honesta, probabilis, idonea, inanis.

Simulatio aperta, ficta, insidiosa, vitiosa, difficilis, diuturna simulatio rei.

Das einen Schein hat.

Simulatus, assimulatus, fucatus, infucatus, Nihil simulatum diuturnum.

Ein Gleißner/Heuchler.

Simulator, fictus, fucarus, Homo fictæ, simulatæ, fucatæ sanctitatis, Hypocrita.

Es sind nicht alle Köche / die da Messer tragen.

Non omnes qui habent citharam, sunt citharœdi, Multi thyrsigeri pauci Bacchi, multi præ se ferunt, quod non sunt.

Ich bin kein Heuchler/ich bin auffrichtig/ohne falsch.

Simplex est mihi animus, directus, apertus, nulla simulatione tectus, non arte coloratus, Simulationem, simulandi studiũ mea natura, mea cõsuetudo respuit, neq; libenter, neque facilè fingo. Simplicem veritatem amo, Odi artes quibus veritas ut involucro quodam obtegitur, simulandi artificium à me prorsus abest, Purus sum ab omni fraude. Nihil in me insidiosum

aut fallax invenies, absum ab omni dolo, ab omni fraude, Minimè sum dolosus, astutus, fraudulentus, cognosces me hominem sinceri animi, simplicis ingenii, apertæ voluntatis, rectæ mentis, alienum ab arte simulandi.

Ein ehrlicher Mann sol ohne falsch seyn/ sol sich nicht verstellen.

Virum bonum simulatio non decet, ab omni simulandi studio vir bonus longè abest, viri boni non est fingere, vir bonus non est artem simulandi qui sequitur, qui simulatâ mente loquitur, qui non ex animo verè loquitur, qui secus sentit quàm loquitur, Vir bonus, bonâ fide sententiam suam profert, sine dolo, sedulò, nihil dissimulat, nihil in pectore clausum habet, tectus esse non potest ad alienos, sine venditatione, fuco aliquid facere.

Zweyzüngig/ der anders redet/ vnd es anders meynet.

Orationi facta non conveniunt, vultus cum oratione non consentit, Rex aliter atque animo gerebat placidè respondit, Aliud clausum in pectore, aliud linguâ promtũ habet, in melle sunt linguæ vestræ & orationes sitæ, corda in felle sita sunt, atq; acerbo aceto, Linguis dicta dulcia datis, corde amara facitis, Aliter loquitur, aliter animo affectus est, simulatâ mente loquitur, secus sentit, quàm loquitur vel scribit.

Sich stellen.

Simulare, assimulare, Afferre, objicere speciem, vultum simulare, fingere, perbellè simulare, peritissimè & callidissimè se venditare fallacissimè, flagitiosè se venditare, contegere aliquid fronte, vel frontis integumentis, decipere aliquos rugis superciliorum, Simulatio sustinetur fronte & vultu, personam alicujus rei sibi sumere, Præ se ferre quandam probitatem, Scientiã bonarum artium præ se ferre, in squalorem mœstiamq; compositus, Sum alienus ab illo idque præ me fero, sermo illius eximiã eruditionem præ se fert, fingere se astutum, Frons oculi, vultus persæpe mentiuntur, Natura multis simulationum tegetur involucris & velis, quibusdam obtenditur, vulpes sui ipsius simulat cadaver.

Er stellet sich also/ oder verstellet sich/ vnd meynet es anders.

Fallit vultus, mentitur, fraudem facit, in fraudem inducit, decipit, dissentit animus à vultu, non convenit animus cum vultu, Index animi, verus non est vultus, Falsâ vultus imagine, fictâ specie dissimulatur anim⁹, aliud vultus præ se fert, aliud animus cælat, occultat, tegit, aliud in animo latet, tegit animũ vultus, mendax vultus est, latet animus in vultu, simulatâ men-

te loqui, non ex animo & verè, secus sentit quàm loquitur, veram imaginem animi vultus non præ se fert, Sensus animi cum specie vultus minimè congruit, aliud vultu significatur, aliud in animo latet, dissẽtit animus à vultu.

Es scheinet/ es läst sich ansehen.

Præbet, gerit, reddit, refert, repræsentat, præ se fert speciem boni viri.

Mit beyden Parten halten / auff beyden Achseln tragen.

Duabus sedere sellis, cum utraq; parte colludere, incertarum, diversarum esse partium, Modo in has, modò in illas inclinare partes, Ex uno eodemq; ore, calidum simul & frigidum efflare.

Verstellung/ Verhelung.

Dissimulatio, dissimulantia.

Verheler / Dissimulator, dissimulans.

Verhelen/ verstellen/ verbergen.

Dissimulare, facere aliquid dissimulanter, agere occultiùs, tegere aliquid dissimulatione, dissimulatione uti, Præstare dissimulantiâ, Occultare sententiam, Occultam, abditam, retrusam habere voluntatem, Contegere libidines fronte & supercilio, obscurè aliquid ferre, dissimulanter ferre dolorem, vultu tegere, occultare, velare odium blanditiis fallacibus

Sich nicht mehr verstellen.

Tollere simulationem, dissimulationem, Detrahere, deponere, abjicere personam, Perspicere aliquem evolutum integumentis dissimulationum.

De Fraude.

Betrug/ Triegerey/ Tücke.

Fallatio, fraus, fraudatio, dolus, captio, captiuncula, astus, astutia, machina, machinatio, præstigiæ, sophisma, circumscriptio, fucus, sycophantiæ, offuciæ, tenebræ.

Epith. Fraus summa, maxima, singulare genus fraudis, plena fraudis negocia, Captio magna, Dolus non sine ratione, dolus malus, Astutia confidens, audacia callida, sophismata contorta & aculeata.

Verschlagen/ tückisch/ Betrieger/ verschmitzt.

Fallax, fallens, fraudulentus, fraudator, deceptor, veterator, sophista, machinator, dolosus, captiosus, astutus, callidus, versutus, vafer, improbissimus machinator omnium, nihil fallacius, constans totus ex fraude, & fallaciis, factus totus ex fraude & mendacio, versutus in capiendo, magnus veterator, constat totus fallaciis, fallaciis totus consutus est, ad malitiam doctus, Planus, impostor.

Trieglich/ betrieglicher weise.

Fallaciter, dolosè, subdolosè, captiosè, astutè, versutè, vafrè, veteratoriè, callidè.

Es ist ein Betrug dahinder.

Inest in hac re fraus, subest fraus, captio, habet aliquid captionis, est fraus, occurrunt captiones.

Einem Betrug anstifften.

Dolos consuere, creare fraudẽ, dolum commoliri, intendere fabricam in aliquem, fingere fallaciam, confingere dolum, astutiã struere, instruere, struere sycophantias, tractare rem arte, astu texere,

texere plagas, concipere frau
dem, ſuſcipere fallaciam, inten
dere fallaciam, dare alicui inſi-
dias, admovere fabricam, verſa-
re mentem ad malitiam & frau-
dem, callidum eſſe ad fraudem,
convertere aliquid in fraudem,
aggredi aliquem artificio.

Einen betriegen / vber den tölpel werffen.

Fallere, decipere, fraudare, cir-
cumvenire, Adhibere dolum,
fraudem, machinas, artem, gere-
re aliquid dolo malo, Fallere, lu-
dere, inceſſere, deludere, decipe-
re aliquem dolis, illudere aliquẽ
& alicui, dare verba, dare quid
verborum, facere fucum, falla-
ciam, Expedire fallaciam, inter-
pretari aliquid fallaciter, contẽ-
dere dolo, Imponere alicui, ad-
movere alicui fabricas, circum-
venire, fruſtrari aliquem, illice-
re aliquem in fraudem, ſubline-
re os alicui officiis ſuis, ductare
aliquem dolis, Inducere, dedu-
cere, conjicere aliquem in frau-
dem, fallere aliquem fraude, Fal-
lere, prodere aliquem ſimulatio-
ne, fraudẽ admittere, facere, cir-
cumvenire aliquàm fallaciis,
ferre alicui fraudem, injicere in
aliquem tragulam, fruſtra ali-
quem habere, Ille amor tibi jam
acuto & perſpicaci tenebras of-
fudit, Fallere maximè, multùm,
in omnes partes, omni fraude &
perfidiâ, vehementer, ſtudio, oc-
cultè, nonnunquam, ſæpè, ſæ-
piſſimè, Fraudare minutis mu-
tationibus, improbiſſimè, ſine
pœna.

Durch Betrug etwas erlangen.

Conſequi aliquid fraude, ma-
litiâ, invenire rem fallaciis, effi-
cere aliquid artificio.

Betrogen werden.

Decipi dolo, fraudari, in frau-
dem induci, fraude circumveni-
ri, irretiri, capi, decipi, Fellis
verbis induci, à veritate fallaciis
deduci, incurrere, incidere in
fraudem, in fraudem delabi, de-
ferri, incidere in laqueos & frau-
des. Præſtigiis & captionibus de-
pelli ab his, quæ clara ſunt, Splẽ-
dor ille mihi occæcavit animos.

Er mercket den Betrug.

Fraus illi patet, manifeſtæ ſunt
fallaciæ, Patefactus eſt dolus, a-
perti jam ſunt doli.

Sich hüten für Betrug.

Cavere ſibi à fraude, obſiſtere
aſtutiæ, diſcutere, refellere ca-
ptiones, ſolvere captiones, præ-
ſtinguere dolos, fallacias, præſti-
gias, Exagitare alicujus fraudes
& fallacias, vindicare fraudem.

Ich bin den Leuten feind / welche mit Betrug vmbgehen.

Aſtutiæ mihi non placent, a-
ſtus non amo, Artem ſimulandi,
fraudem artificio tectam, mores
ab aperta quadam ſimplicitate
alienos, fucum & fallacias, va-
fritiem, nimiam calliditatem, a-
ſtuta ingenia, verſuta, vafra, ni-
mis callida, ad aſtutias, ad vafri-
tiem, ad calliditatem propenſa,

naturali quodam odio prosequor, sum ab abstutiis alienus, ab horret animus meus ab astutiis, â malitia refugio.

Es ist kein Betrug dahinden.

Abest fraus, exclusa est omnis fraus, Fit hoc sine fraude, sine fallaciis, sine fraudatione, sublatæ sunt astutiæ.

De Perfidia.

Trewloß/Meineyd.

Perfidia, infidelitas, summa infamia, perfidiæ, subdola levitas, Punica fides, Græca fides, Omne scelus & perfidia, plena omnia perfidiæ.

Trewloß/ der nicht Glauben hält.

Infidus, infidelis, perfidus, perfidiosus, malitiosus, omnium perfidiosissimus, homo parùm bonæ fidei. Est magnâ perfidiâ, præditus insigni perfidiâ, nunquam putassem sub tanta simplicitatis spe tantam perfidiam latere.

Man hält jhn für trewloß/ für vntrew.

Venit in suspicionem infidelitatis, in suspicionem adducta est, fides ejus in dubium venit, in dubium vocata est, venit in suspicionem parùm bonæ, sinceræ, rectæ fidei. Non omnes de ejus fide rectè existimant, Suspectus est nomine infidelitatis, secùs existimant homines de ejus fide.

Einen verleiten auff vntrew.

Deducere aliquem de fide.

Des Vntrewen Geselle seyn.

Voluntatem suam asscribere alicujns perfidiæ.

Sich besorgen für vntrew.

Timere perfidiam, extimescere infidejitatem, percelli destitutione.

Vntrewlich handeln/nicht Glauben halten.

Violaee, lædere, polluere aliquid perfidiâ, Non optimâ fide cum aliquo agere, Violare, frangere, prodere, infirmare, fallere, negligere fidem, abuti perfidiâ, decoquere fidem,

Durch Vntrew betrogen werden.

Experiri alicujus perfidiam, agnoscere aliquem perfidiosum, insidiosum, Decipi, falli alicujus perfidiâ, Detrimenti aliquid accipere, spoliari rebus, amittere aliquid perfidiâ.

Sich für Vntrew vorsehen.

Munire se contra perfidiam, à perfidia tutum esse.

Vntrewlich/ Trewloß.

Infidenter, perfidiosè, malitiosè.

Verrätherey.

Proditio, traditio, scelerata collusio, nefaria proditio.

Verräther.

Proditor, traditor, proditor reip. civitatis, patriæ.

Verrathen.

Prodere, tradere aliquem, Colludere cum hostibus.

De Suspicione.

Argwohn/Verdacht.

Suspicio, prava de aliquo suspicio,

EPITH. Suspicio verisimilis, firma, firmata, stabilis, firmior, certa, vehemens, inhærens, penitus insita improba, mala, incommoda, indigna, atrox, durior, atrocissima, odiosa, minùs honesta, turpi

turpis, turpissima, tacita, obscura, cœca, minuta, infirma, nulla, minima, tenuis, pertenuis, tenuissima, ficta, falsa, stulta, subita, repentina.

Der ein Argwohn hat.

Suspiciosus, suspicans, suspicatus, non nihil suspicans, suspiciosus in suos, Naturæ suspicaces pessimæ.

Der verdächtig ist / der im Argwohn stecket.

Suspectus, vehementer, graviter, falsò, sæpè, semper suspectus, Est, videtur suspectus, Res posita in suspicionibus, non caret suspicione res, Fides ejus suspecta est, Fides ejus suspecta est in tractandis nummis.

Argwöhniglich.

Suspiciosè, Neminem novi suspiciosiùs dicere.

Sich für Argwohn hüten.

Revereri suspicionem, Pertimescere, perhorrescere suspiciones, Vitare, fugere suspicionem.

Einem einen Argwohn machen / Vrsach zum Argwohn geben / einen verdacht machen.

Facere, efficere suspicionem, facere aliquem suspiciosum. Movere, commovere, excitare, conflare, constituere suspicionem, afferre suspicionem, Locum, materiã dare suspicioni, Suspicionem injicere; suspicionem augere, firmare, confirmare, certissimæ res accedunt ad suspicionem.

Einen in einen Argwohn bringen / einen verdächtig machen / in verdacht ziehen.

Vocare, adducere aliquem in suspicionem, suspicione aliquem attingere, commovere in aliquẽ suspicionem, quærere suspicionẽ in aliquo, inferre alicui suspicionem, perstringere aliquem suspicionibus, ponere aliquem in suspicione, conferre in aliquem suspicionem, importare, jacere, injicere, conjicere in aliquem suspicionem, augere, confirmare suspicionem.

Einen Argwohn haben / einen Argwohn schöpffen.

Suspicari, suspicari aliquid mali, colligere suspicionem, discedere in suspicionem, dedere se suspicioni, residet in eo suspicio, Credere, moveri suspicionibus, suspicionem habere de aliquo, Incidit mihi suspicio ex hac re, Esse suspiciosum, percelli suspicione, accipere falsam de aliquo opinionẽ, Existimare secus de aliquo, Insidet mihi suspicio, suspiciones insiderunt animo, suspicari aliquid falsò, suspicari aliquid alienum à natura, à vita alicujus, Suspicari aliquid valdè, dolore magno, obscurè, difficilimè, temerè, injuriosè, levissimè, sceleste, quotidie, magis atque magis.

Der Verdacht / der Argwohn kompt daher.

Suspicio oritur, nascitur ex hac re, Sumitur, elicitur suspicionis aliquid ex hac re, reperitur suspicio facti, suspicio oritur, increbrescit, suspicio subest, causa datur suspicioni, hæc res habet suspicionem.

In Verdacht kommen / verdächtig werden.

Adduci in suspicionem sceleris, vocari, devocari, trahi in suspicionem,

nem, Aspergi, lædi suspicione, In suspicionem venire, pervenire, cadere, suspicionem recipere, pertinet ad eum suspicio, affinis est suspicioni, suspicio cadit, recidit in me, suspicio in eo residet, consistit.

Dem Argwohn widersprechen/ den Argwohn widerlegen.

Sedare, minuere, pellere suspicionem, hoc reclamitat suspicionibus, suspicionem evellere; dimovere, tollere, delere,

Sich aus dem Argwohn heraus wircken.

Depellere, propulsare à se suspicionẽ, vindicare, liberare se à suspicione, removere se à suspicione

Keinen Argwohn mehr haben.

Remotũ, vacuum esse à suspicione, suspicionem deponere, abhorrere à suspicione, non suspicacem esse, nullo modo suspicari, nunquam suspicari, nihil malæ suspicionis in animum inducere potui, hæc suspicio dimota fuit ex animo meo.

Es ist ohne verdacht.

Res procul abest à suspicione, caret suspicione, falsa de hac re animo concipi opinio non potest.

De Assentatione.

Schmeichelung/ glatte/süsse Wort.

Assentatio, adulatio, palpitatio, blanditiæ, blandimenta, blandiloquentia, blanda vanitas. Iucundissima principia, amarissimi exitus assentationis.

Epith. Assentatio nimia, callida, faceta, molesta, vitiorum adjutrix, turpis, non digna homine, perniciosa, pestis amicitiarum assentatio, adulatio, Blandimenta multa, nimia, minima, Blanditiæ apertæ, malitiosæ, flagitiosæ.

Fuchßschwäntzer/Liebkoser/Streicher/Schmeicheler.

Adulator; adulans; assentator, eruditus ad assentationẽ; callidꝰ, occultus, perniciosus, Græcus assentator; apertè adulans, Blandus, nihil blandius, Palpator; minus, minimè blandus; minister alienæ voluntatis.

Schmarötzer/Tellerlecker.

Parasitus, Gnato, parasitaster.

Schmeichlerisch.

Assentatoriè, blandè, blandiùs, blandissimè,

Schmeicheln/Liebkosen/rc.

Adulari, assentari, blandiri, Palpare, mulcere, permulcere; Adulamur serviliter gestu, ut canes, Assentamur verbis, Homines adulantur principem licentiâ acclamationum & studiis inanibus. Mirificè blandiri alicui, suaviter blãdiri, adversando assentari, Servire auribꝰ alicujus, ad voluntatẽ alicujus, ad gratiam loqui, Influere blanditiis in aures aliquorum, Supplicare alicui blandiloquentiâ, assentatores titilans levitatem aliquorum voluptate quadam, Converti ad alicujus nutum, vultum, voluntatem, supparasitari alicui, dare aliquid assentationi & consuetudini, Largiri aliquid alicui, non veritati, auribus inservire, loqui ad voluntatem, blandũ esse assentatione, obtrudere alicui palpum.

Sich in eines Freundschafft einflicken.

Immergere ſe in conſuetudinē alicujus blanditiis, familiariter ſe inſinuare in alicujus amicitiam, aucupari gratiā jaſſentatiunculâ, colligere benevolentiam aſſentationibus & blanditiis, aſſentationis artificio gratiam alicujus aucupari, quęrere, loqui ad colligendam alicujus benevolentiam, ut gratiam ab aliquo ineat, ut ſe in amicitiam alicujus inſinuet. Laudas me gratiæ causâ, ad colligendam benevolentiam, ut ineas à me gratiam, ut gratiam meam his laudibus aucupares, dat hoc auribus meis non veritati, ſed ut meum tibi amorem hoc artificio, hoc quaſi tuo merito adjungas.

Sich in die Zeit ſchicken / den Mantel nach dem Winde hängen.

Tempori cedere, neceſſitati parere, Res ad tempus accommodare, uti tempore, quæ tempus poſtulat ea ſervare, & exequi, Inſervire, ſervire tempori. Accomodare, applicare ſe tempori, uti foro, ſervire ſcenæ, habere rationem temporis. Vide ſupra **Zeit.**

Sich von Fuchßſchwentzern einnehmen laſſen.

Patefacere aures adulatoribus, aſſentationem recipere, blanditiis ad aliquid allici, elici, capi aſſentatione, corrumpi blandimentis, blanditiis deliniri, corrumpi, Delectat eum aſſentatio, recipit aſſentatores & iis delectatur, valent apud eum blanditiæ, allectare & invitare blandam vanitatem.

Schmeichler nicht gerne hören.

Moleſta eſt ei aſſentatio, pertæſus eſt aſſentationis, non patitur ſe adulari.

Nicht ſchmeicheln wollen.

Veritatem loqui, procul à ſe amovere aſſentationem.

De Pertinacia.

Halßſtarrigkeit.

Pertinacia, pervicatia, contumacia, obſtinatio.

Halßſtarriger.

Pertinax, pervicax, obſtinatus, præfractus, propoſiti tenax, tenaciſſimus, nulli cedens, nimis pugnax, perpugnax, nimis pertinax, duræ cervicis, cervicoſus, Inſtituere certamen vincendi pertinaciâ, Permanere in eadem pravitate & obſtinatione animi.

Halßſtarriglich/ſteiff.

Pertinaciter, contumaciter, præfractè, pugnaciter, mordicus, nimiùm pertinaciter, nimis præfractè.

De Conviciis.

Schmähung/Läſterung.

Maledictum, maledictio, convicium, contumelia, aculei contumeliæ, invectio, ſuperbia in cōtumeliis faciendis, Nihil tam volucre, nihil latius diſſipatur, quā maledictum.

Epith. Contumelia maxima, ſumma, vehemens, inſignis, nova, par, tolerabilis, minima, cum injuriis conjuncta, indigna, nefaria, extrema, miſerrima, inſanabilis, nova, Multæ, omnes contumeliæ, incredile, ſingulare genus cōtumeliarum, Convicium grande, magnum, mirificum, tacitū, quotidianum, Conviciū honeſtiſſimum, juſtiſſimum, Maledictū aſperè, ferociter & liberè dictum,

pervulgatum, extrivio sumptum, Maledictio tolerabilis, ferenda.

Schmäher/ Lästerer/ beissiger/ Holhipler.

Contumeliosus, conviciator. Calumniator, exprobrans, mordax, aculeatus, dentatus, maledicus, obtrectator, oblocutor, satis aculeatus, maledicus conviciator, multa dicens, quæ neq; eum cui dicuntur, neque eum à quo dicuntur, decent, Garinantes, die sich schelten/ Sycophantæ.

Der der Scheltwort nicht gewohnet ist.

Insuetus, imperitus conviciorum, contumeliæ.

Schmählich.

Contumeliosè, subcontumeliosè, maledicè.

Einen schelten/ außmachen.

Increpare, increpare ferociter, objurgare, objurgare molli brachio, accipere aliquem malè, adoriri aliquem jurgio, castigare aliquem dictis, dicere multa acerba in aliquem, dicere in aliquē gravius, vehementer, insectari aliquid, exagitare aliquem, invehi in aliquem, confutare aliquem dictis, dimittere aliquem multis verbis, malè acceptum, prosequi aliquem verbis vehementioribus, magno verborum hiatu in aliquē invehere, petulanter & procaciter in aliquem invadere, magna vi laterum in aliquem invehere, criminatione in aliquem uti, acriter aliquem insectari, emittere aculeos severitatis.

Einen angreiffen mit Scheltwortē.

Provocare, lacessere aliquem maledictis, Ponere aliquid alicui maledicti & contumeliæ loco, maledictis aliquem appetere.

Einen schänden/ lästern/ schmähen/ verfluchen/ sehr außmachen.

Conviciari alicui, distringere linguam in aliquē. Dicere alicui convicium, contumeliam, dicere injustè in aliquē, ingerere in aliquem dicta, ingerere mala multa, execrari aliquem, conferre in aliquem omnia maledicta, Facere alicui convicium, contumeliā, lædere aliquem contumeliosè, evomere in aliquem maledicta, debacchari, invehi in aliquem acerbiùs, dicere in aliquem maledicta, intorquere contumelias, jacere contumeliam in aliquem, objicere aliquid in maledictis, conjicere maledicta in vitam alicujus. Conferre, congerere, conjicere, profundere in aliquem maledicta, emittere maledictum, onerare, operire aliquem contumeliis, Invehi contumeliis in aliquos, Insequi aliquem contumeliis, consectari aliquem conviciis, insectari maledictis, imponere alicui contumelias, afficere aliquem contumeliâ, figere aliquem maledictis, vexare aliquem maledictis, contumeliis, Contumeliosissimè alicui maledicere, vexare aliquem contumeliosissimè, maledicere turpissimè, Concidere aliquem maledictis, Verberare aliquem convicio, carpere dente maledico, superbè in aliquem insultare, Contumeliosum in aliquem esse, Attingere contumeliâ dignitatem alicujus, congredi criminibus, inquinare aliquem nomine criminoso,

minoſo, maledictorum notis aliquem inurere, conviciis inſectari, nominatim aliquem conviciis proſcindere, traducere.

Es iſt eine Láſterung.

Ineſt contumelia orationi, locum obtinet maledicti, factum hoc eſt contumeliâ, convicio.

Geſchándet / geláſtert werden/ Scheltwort müſſen hören.

Operiri, opprimi contumeliis, convicio jactari, notari ignominiâ, pati, perpeti maledicta, contumelias, inuri notis, maledictis, ſubire contumelias, accipere contumeliam, excipere convicia, audire convicia, Ferre, perferre, ſuſtinere contumelias, convicia.

Durch Scheltwort zu etwas gebracht werden.

Cogi conviciis, contumeliis, moveri, permoveri contumeliis. Expreſſum hoc eſt ipſi per contumeliam, Dejicitur animus cõvicio, impeditur ille conviciis, maledictis.

Dem Láſterer antworten.

Reſpondere maledicto, convicio, Reſpondere contra contumeliam, Refutare maledicta, Coërcere, repellere, propulſare contumeliam, reſpondere conviciatoribus, à contemtu & intolerabili in eruditorum hominum inſolentia aliquid vindicare.

Auffhören zu láſtern.

Abſtinere maledictis, ſine contumelia aliquid facere.

Sich hüten für láſterungen.

Vitare, fugere contumeliam effugere maledicta.

Ein Fürwurff.

Probum, opprobrium, exprobratio, Magna, multa probra.

Einem etwas fürwerffen/ auffrücken.

Exprobrare, objicere, objectare alicui caſus fortunæ, vexare aliquẽ probris, Exprobrare boni aliquid, quod quis fecit, dicere aliquid exprobrãdi causâ, objectare aliquid alicui, cum aliquo expoſtulare, evomere aliqua in aliquem, In maledicti loco objicere, in contumeliam aliquid vertere, Inferre, objicere, ingerere probrum, probri inſimulare, vitio vertere, dare, Crimen jacere in aliquem, Objicere alicui furta, perfidiam, ignobilitatem generis, probro aliquid alicui habere.

Es wird jhm fürgeworffen.

Probrum alicui objicitur. Eſt res ipſi probro, opprobrio, audit probra.

Aus der Schande herauß kommen.

Ex probris emergere, maculam eluere.

De Irriſione.

Hohn/ Verſpottung.

Ludibrium, Indificatio, illuſio, irriſio, ſanna, ſcomma, deriſio, deriſus, cavillatio, dicacitas.

Verlachung.

Ironia, Ironia bella, germana, faceta, elegans, lepos, lepor & huma-

humanitas in ironia dissimulanda.

Spöttlich/lächerlich.

Ridiculè, perridiculè, non irridiculè, facetissimè.

Spötter/Speyvogel.

Derisor, irrisor, cavillator, illudens, mimus, scurra, sannio, dentatus, dicaculus, dicax, nasutus, risus concitator, ridiculus histrio. Scurra facetus, improbus, petulans, improbissimus, exhausti ruboris.

Lächerlich Ding.

Ridicularia vanitudo, consilium puerile. Quisquiliæ, materies ad jocandum, joculare quippiam, à multis derisum, joculare malum, scopæ solutæ.

Außlachens werth.

Dignus irrisione, jocularis, futilis, materies ad jocandum, puerilis, ineptus, absurdus, plenus larvarum, futilitatis, levitatis, qui debet alicui ludibrium.

Außlachen/verlachen.

Ridere aliquem, Irridere, contemnere, venire aliquem derisum, irrisum, Putare aliquem pro de ridiculo, & delectamento. Salutare aliquẽ ridiculi causa, consumere salem in irridendo aliquo. Res luditur irrisione omnium, excipere aliquem risu, naso suspendere, ludos aliquem facere, omnibus eruditis ludibrium debere videtur, Ridere de aliquibus, habere aliquem derisui, habere aliquem in ludibrio.

Einen höhnen/spotten/vexieren.

Ludificare, ludificari, eludere, deludere, subsannare, ludificare dictis, habere aliquem ludibrio, exhibere alicui molestiam alieno naso, Exordiri argutia versùs aliquem, suspendere aliquẽ naso. Illudere aliquem, vel in aliquo, vel alicui, Ludere aliquem, Ponere aliquem ad ludibrium, habere aliquem in ridiculo, Exagitare aliquem, despicatui aliquem habere, pro delectamento aliquem habere.

Außpfeiffen/außrauschen.

Consectari aliquem sibilis, terrere animos fremitibus, sibilis aliquem conscindere; sibilo explodere, exsibilare, explodere.

Außgepfiffen werden.

Explodi sibilis, consputari, Peti luto saxisque.

Verspottet/verlachet werden.

Esse alicui ludibrio, sustinere cõvicium scurræ, lædi ludibrio, præberi deridendum pro delectamento alicui esse, Ludibrio haberi, esse alicui ostentui, non effugere risus hominum.

De Artibus.

Kunst.

Ars, artificium, Forma, formula, descriptio artis.

Eine schwere Kunst.

Ars magna, major, maxima, summa, exquisita, politissima, perfecta, pravissima, difficilima, recondita, subtilis, intima, abdita, retrusa, Scientia minimè cõmunium contritarumq; rerum, multis, magnisq; obscuritati-

bus involuta, & in intimis naturæ recessibus abdita & retrusa. Artificium magnum, summum, intimum, egregium, mirum, singulare, callidissimum, exquisitum, excellens.

Eine leichte Kunst.

Ars facilis, facilima, humilis, vulgaris, communis, contrita, disputationes nimiùm apertæ, claræ, perspicuæ, cognitu faciles. Obvia, in medio posita, vulgaris, per se nota res, quam quilibet è populo per se intelligit, pervulgata ars, Artificiũ leve, tenue, comicũ, hæc ars nihil ad farinas.

Freye Künste.

Artes bonæ, optimæ, honestę, laudandæ. honestissimæ, liberales, liberalissimæ, elegantes, ingenuæ, Studia bona, optima, Disciplinæ honestæ, honestissimæ, ingenuæ, elegantes, liberales, liberalissimæ, Disciplina literarũ, elegantiorum literarũ cultura.

Ars, Epith. Alia. Artes multæ, plurimæ, uberrimæ, mediocres, amplissimæ, elegantes, Ars jucunda, multiplex, opinabilis, sordida, artes, forenses, civilis, magnitudo artis, Artificium certum, liberale, elegans, necessarium, moderatum, sordidum, accusatorium, comicum, vetus, antiquum.

Lehr/Geschicklichkeit.

Facultas, scientia. Magna, major, maxima facultas, summa, quantacunq; incredibilis, popularis, singularis, accusatoria, comica. Vis summa, infinita, incredibilis, Scientia, splendor scientiæ, tenuis, obscurior.

Ein Meister in einer Kunst.

Artifex, summus, egregius, politus, callidus, probus artifex, est in eo ars, scientia, facultas, Antistes artis, præstantissimus in arte, admirabilis in sua arte, excellens in quoq; genere artium, artifex haud imperitus, penitus cognovit, tenet, callet, artem, excellit in ea arte, perfectam, absolutam, singularẽ ejus artis scientiam possidet, antecellit omnibus, nemini secundus est, non habet parem, valet, floret, præstat, excellit in sua arte.

Künstlich/nach der Kunst gemacht.

Distinctum artificio & expolitione, summo artificio factum, Præclarè, scitè, venustè, optimè, pulcherrimè, summâ arte perfectum, opere mirabili perfectum est, opus multæ artis, particeps artis, præclaro operę perfectum, artificiosè factum, maximo artificio fabricatum, antiquo opere & summâ arte factũ, politissimâ arte, singulari operâ artificioq; perfectum, hydria præclaro opere, grandi pondere, cælatum opere Corinthio, pictum magnificis operibus.

Kunstkammer/ Technomatophylacium.

Lust haben zu einer Kunst.

Inflammatum esse, ardere, flagrare, teneri, duci aliquo studio expetere studium, eligere disci-

plinam

plinam, Probare, comprobare, amare, deſiderare artem, cupidum eſſe artificii.

Eine Kunſt erdencken/erfinden.

Excogitare, effingere artificiũ, reperire artem, parere artem. Inſtituere, efficere, facere, componere artem, artificium, Conſtituere, edere artem, invẽtor, ſcriptor, princeps ejus artis.

Sich auff eine Kunſt zu lernen begeben.

Convertere, conferre, referre ſe ad aliquam artem diſcendam, Suſcipere & ingredi rationẽ ſtudiorum, Proficiſci ad mercaturã artium, ſequi, perſequi diſciplinam, Addicere ſe ſtudio, accedere ad artificium, Dare, dedere ſe arti, diſciplinæ, ſtudio, ſcientiæ, addicere ſe alicui arti.

Eine Kunſt lernen/ſtudieren/Fleiß auff eine Kunſt legen.

Deditum eſſe arti, diſciplinæ, ſtudio, impertire tempus artificio, ſtudere arti diſciplinæ, ſciẽtiæ, Collocare ſtudium ſuum in aliqua arte, ponere curam & operam in arte, colere ſtudia, artes, ſervire artibus evigilare in ſtudiis artium, Induſtriam in aliqua arte ponere.

Eine Kunſt faſſen/begreiffen.

Progreſſum facere in ſtudiis, conſequi, aſſequi, comparare artem, ſciẽtiam, Memoriâ complecti, continere artem, comprehẽdere ſcientiâ vim artiũ, Aſſumere, percipere, accipere artem, artificium, diſciplinam, ſcientiam,

Diſcere, ediſcere artem, adipiſci facultatẽ, guſtare, haurire artẽ, infici artibus. **Kunſt wiſſen.**

Noſſe, cognoſcere, ſcire, habere artem, vim, facultatem, ſcientiam, Scientiorẽ eſſe artificii, nõ inſcium eſſe artificii, tenere artem, artificium, præditum, ornatum, inſtructum, eruditum, tinctum, politum, expolitum, perpolitũ eſſe artibus, ſtudiis, diſciplinis, callere artem, diſciplinã.

Die Kunſt gehet im ſchwange/iſt hoch geſtiegen.

Studia vigent, ars viget. Literarũ cultura viget, ad ſum̃um pervenit, eò proceſſerunt artes, quò maxime potuerũt, quò longiùs nõ datur, quò nõ licet ulteriùs.

Eine Kunſt/Handwerck treiben/üben.

Tractare, factitare artem, verſari in arte, vivere in artibus, Tẽpus, operam, laborem conſumere vel conterere in artibus, ſtudiis, occupatum eſſe in artificio, uti artificio, facultate, profiteri artem, tueri artificium.

Etwas aus der Kunſt machen.

Facere, inveſtigare, reperire aliquid artificio, Elaborare, perſequi, perficere arte, Aſſequi, conſequi aliquid artibus, per artes, adjuvari arte, arte quæſitus dentium candor.

Die Kunſt hat jhm die Geſchickligkeit geben/vnd nit die Natur.

Non naturæ munere, ſed diſciplinæ beneficio facultatẽ hanc habet, Non à natura, ſed ab arte,

 & di-

& disciplina hæc facultas proficiscitur, contingit, manat, Non naturæ beneficio conceditur, sed ab arte & disciplina petitur, facultatem hãc non debet naturæ, sed arti, non accepit à natura, sed hausit à studio, ab arte à disciplina, sita est hæc facultas in studio, arte, disciplina, ratione, doctrina, Est ejusmodi, quod doctrina traditur, à præceptis ducitur, discitur à magistris.

Die Künste seyn verdunckelt/ Künste ligen danieder.

Ignorantia exiguarum rerum, magnas tenebras in omne disciplinarum genus invexit, superioribus seculis densissimâ quadam caligine animis hominum offusa, omnes propemodum bonæ artes oppressæ & sepultæ jacuerunt, artes concidunt, studia occidunt, conticescunt, silent studia, evanescunt artes, studiũ obsolescit.

Die Kunst ist wieder an Tag kommen.

Omnes disciplinæ à teterrimo barbarorum dominatu liberatæ nitorem ac splendorem suum receperunt, in pristinam dignitatem restitutæ sunt.

Eine Kunst nicht mehr treiben/ die Kunst ligen lassen.

Desinere artem, vel abjicere artem, transferre se ad aliud studium, deponere, deserere studium, recedere ab artificio, desiit artem, quam factitavit, desita est disciplina tibiis canendi.

De Eruditione.

Studierung/ Fleiß/ so auff Kunst geleget wird.

Studium, Studium summum, maximum, honestum, præclarum divinum, acerrimum, jucũdum, magnum, majus, honestissimũ, rectum, optimum, amplũ, admirabile, certum, flagrans, quietum, moderatum, leve, desidiosum, similitudo; turpitudo, amor studiorum, Studia comunia, paria, eadem, militaria, oratoria, externa, nova perennia.

Kunst/ Geschickligkeit/ Erudition/ Freye Kunst.

Eruditio, doctrina, literatura, literæ, humanitas, Musæ, fructus doctrinæ, remota à captu vulgi cognitio & intelligentia, Studium discendi, cognitionis, officina scientiæ, Cupiditas cognitionis & scientiæ cognitio rerum & scientia, mercatura bonarum artium, levioris operæ studia, Philosophia, nomen philosophiæ, præcepta institutaq; philosophiæ, disciplina philosophorum, scientia philosophandi, splendor scientiæ, studium sapientiæ, inventa philosophorũ, Sententiæ, judicia, decreta, dogmata disciplinæ, præcepta Philosophorum, Ars magistra vitæ, mater, procreatrix artium, Medicina, cultura animi, dux vitæ, virtutis indagatrix, vitæ gubernatrix, virtutum omnium parens, vitiorum expultrix, Literulæ altrices adolescentiæ, & fidelissimæ

lissimæ omnium temporum comites.

Epith. Philoſophia præſtans, optabilis, bene conſtituta, optima, florens, præpotens, nobiliſſima, acutior, perfecta, vera, veraciſſima, elegans, fructuoſa, vetus, antiqua, avita, aſpera, ſalebroſa, frugifera, dives, neceſſaria, Studium philoſophandi amœnum, dulce, jucundum, Pulcherrimum, veriſſimum, minimè arrogans, maximè conſtans & elegans, Philoſophia rudior, ſimplicior, politior, ad uſum civilem accommodatior.

Doctrina uberior, excellens, eximia, exquſita, mediocris, optima, liberalis, ingenua, homine nobili digna, ſubtilior, moderata, ſubtilis, aſperior, durior, mitis, latina, Græca.

Eruditio ſumma, præclara, optima, liberalis, ingenua, homine nobili digna, perfecta, latina, Græca.

Literæ illuſtriores, plurimæ literæ in aliquo, omne genus literarum in aliquo, varietas literarum alicujus, aliquid literarū, interiores, reconditæ, non vulgares, communes, forenſes, domeſticæ literæ, Occultum genus literarum.

Muſæ manſuetiores, agreſtiores.

Künſtlich/nach der Gelehrten Art.

Doctè, eruditè, literatè, ſatis doctè, erudititiſſimè, loqui perbenê, literariùs.

L[illegible]afftig.

Docilitas, ſolertia, ſagacitas, perſpicacitas, ſummaſolertia, perſpicacitas, celeritas ingenii, celeres motus ingenii.

Lehrhafftig/ſpitzfindig.

Solers, ſagax, perſpicax, acutus, ſubtilis, acer, argutus, inprimis acutus, ſatis docilis, ad ſtudia aptus & accommodatus.

Unlehrhafftig/tölpiſch.

Ingenium infimum, imbecillior natura, infirmitas ingenii, tardum ingenium, ingenii tarditas, Socors, negligens naturâ, hebes ingenium, hebes acies ingenii, obtuſior acies ingenii, ingenii tarditas, qui non aſſequitur aliquid ingenii tarditate, Stupidus, indocilis, hebes, obtuſus, retuſus, planè plumbeus, hebes æquè ac pecus, naturâ tardior, nimis indocilis, tardus, immemor.

Der ein Ding lernen wil.

Studioſus, valdè ſtudioſus, Mirificè, penitus, magnoperè deditus rei, à pueris, à pueritia huic rei deditus, propenſus ad diſcēdum, acerrimus ad perdiſcendum, quem natura defert ad magiſtros, cui nulla ſacietas literarum, auditor frequens, bonarum artium ſtudiis deditiſſima juvētus.

Gelehrt/ſehr gelehrt.

Doctus, eruditus, philoſophiæ peritus, literatus, eruditus do-

ctrinâ, eruditus artium ſtudiis, omni doctrinâ, literis, Præſtans abundans, politiſſim⁹ doctrinâ, inprimis eruditus, inſtructus doctrinâ & ornatus, ornatus eruditione, doctrinâ, cognitione rerum, ſcientiâ, optimis artibus, ornatiſſim⁹ omni doctrinâ, Homo doctiſſimus, eruditiſſimus, pererudit⁹ multâ doctrinâ, ſummo ingenio, ſummâ diſciplinâ, unus omnium doctiſſim⁹, princeps ingenii, ſummâ præditus ſcientiâ, omnium eruditiſſimus diſciplinâ juris eruditiſſimus, rerum varietate & uſu perdoctus, pereruditus, per literat9, optimè inſtitutus, inprimis eruditus, doctus, à puero doctus & ingenuis artibus eruditus, florens artibus à pueritia. Studiis literarum doctrinæq; præditus, omni liberali doctrinâ politiſſimus, Doctrinâ atq; optimarum artium ſtudiis eruditus, Summâ ſcientiâ injure civili, peritus rerum & exemplorum, multâ doctrinâ, plurimo rerum uſu. Quæ à ſapientiſſimis tradita ſunt, ſũmo ſtudio curâq; didicit. Expolitus ingenuarum artium ſcientiâ, eruditorum Coriphæus. Liberalium artium ſcientiâ excultus, perpolitus, Eſt ei magna doctrinæ copia, magna varietas literularum, floret ſuper cæteros in omni elegantis doctrinæ tractatione. Conſecutus eſt elegantẽ exquiſitoris doctrinæ elegantiam, omnium artium ſcientiam animo comprehendit, flos hominum politiorum, omni genere elegantioris doctrinæ excult⁹ doctrinæ ſpecimen, Singulari Romanarum rerum intelligentiâ inſignis. Omnium liberaliũ artium varietatem deguſtavit, pertractavit, novit, Doctus græcarum literarum, doctus græcis literis, eruditus in græcis literis, In ſtudiis humanitatis & literarum egregiè verſatus, artium diſciplinis inſtructus, in ſcriptis veterum volutatus, Græcarum literarũ peritiâ clariſſimus, ſingulari Græcæ litereturæ ſcientiâ clariſſimus, eruditus ad militaris rei peritiam non literis, ſed rebus geſtis, literis tinctus, politus in philoſophorum officina politus & limatus, Philoſophiâ munitus, animus Philoſophiæ præceptis conſitus & excultus.

Ein fürnehmer *Philoſophus*.

Philoſophus magnus, maxim⁹, ſummus, præſtãtiſſimus, doctiſſimus, elegantiſſimus, politiſſimus, clariſſimus, longè princeps, ſeverus, perfect⁹, acutus, acutiſſimus, nobilis, nobiliſſimus, prudentiſſimus, optimus, graviſſimus, gravitate, antoritate maximâ, ſeveriſſimus, ſeverus, Philoſophi antiqui, noſtrates Academici, Peripatetici, Philoſophus imperioſus, glorioſus.

Nicht ſonderlich gelehrt.

Mediocriter doctus, literatus, ſemidoctus, parùm eruditus, minùs doctus, non doctiſſimus, minùs

nûs doctrinâ valens, neque ingenio, neq; doctrinâ præter cæteros præstās,, redolet hoc doctrinam penè puerilem, ad medio critatem aliquam pervenit, Grçcâ doctrinâ oretenus exercitus, animū bonis artib⁹ nō induerat.

Ein loser *Philosophus*.

Philosophus mollis, superstitiosus, plebejus, fanaticus, minutus, enervatus, languidus, turpis, non mediocris, nō moratus.

Lust zum studieren haben.

Inflammatum esse, ardere, flagrare, teneri, duci aliquo studio. Amare, desiderare disciplinam. cupidum esse artis, delectari aliquâ arte, ad honesta studia vehementer propensus est, amare, adamare literas, delectari, studere literis, Studiosum, perstudiosum, cupidum esse literarum, doctrinæ, humanitatis, trahi, duci ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, teneri studio philosophiæ, flagrare studio sapientiæ, delectat me philosophia, tenet me admirabile studium philosophandi, expetere complecti, probare philosophiam, anteponere philosophiam rebus omnibus, philosophia ipsi in amoribus & deliciis est, capi scientiâ & cognitione, Expetere cognitionē, amor cognitionis innatus, insitus est cuivis, cupiditas cognitionis ingenerata, insita, innata est omnibus.

Ich hab je länger je mehr Lust zum studieren.

Studium quotidie magis ingravescit, quotidie magis cupiditate studiorum incendor, meā studiorum cupiditatem dies auget, tantum abest, ut meum studium dies iminuat, ut etiam augeat, incitor ad studia quotidiè, magis studia complector, in studia incumbo, plus quotidie operæ in studiis pono, literis quotidie magis utor, Studiorum amore, consuetudine, usu magis, magisq; capior in dies singulos.

Nicht Lust zum studieren haben.

A versum esse à musis, literis, abhorrere à musis, alienum esse à literis, odisse, contemnere literas, non amare literas, animum habere à literis alienum, sapere nil generosum, inimicum esse philosophiæ, bellum indixisse philosophiæ, negligere, aspernari, contemnere philosophiam, Cum Musis commercium non habere, abstinere à studiis.

Sich auff das studiren begeben.

Adjungere, appellere mentem ad studia, sumere sibi studium philosophiæ, convertere se ad studia, applicare animum ad studia, dicare suum studium philosophiæ, applicare studium ad philosophiam, applicare se ad studia, sequi philosophiam, Conferre, referre, applicare se ad philosophiam, Dare, dedere, tradere se philosophię, gustare philosophiam, gradū facere ad studia philosophiæ, exerceri in disciplina, pleno gradu tendere ad

studia,

dia, Dare ſe in vitam eloquentiæ, conferre ingenium ad ſcientiã, transferre ſe totum ad cognitionem rerum, addicere ſe alicui parti, rerum cognitionem conſectari. Ad manſuetiores Muſas ſe referre, cum Muſis ſe delectare, rationem inire ſtudiorum, comparare rationem ſtudiorũ.

Ich habe mich auff den Ciceronem geleget.

Uni Ciceroni meum ſtudium dicavi, ad unum Ciceronem meam operam contuli, meum in uno Cicerone ſtudium pono, cõſumo, colloco, uni Ciceroni operam do, unus me Cicero delectat, capit, tenet, unus mihi placet, unius animum meum lectio paſcit, uni meam operam, mea ſtudia, meas vigilias dedi, dedidi, tradidi, addixi, perpetuò dicatas eſſe volo.

Ich habe mich von Jugend auff drauff geleget.

Huic me doctrinæ à pueritia dedi, hæc me à puero doctrina delectavit, hanc ego doctrinam, hanc ſtudiorum rationem, hoc ſtudiorum genus ab ineunte ætate ſum ſecutus, meam operam ad hæc ſtudia jam inde à puero contuli, in hoc ſtudiorum genere conſumſi, collocavi, his dedi ſtudiis, Hæc ſtudia inprimis annis colui, huic literarum generi à teneris annis devinctus fui, incubui puer in hæc ſtudia.

Studieren/lernen.

Diſcere, addiſcere, condiſcere, Eſſe diſcipulum alicujus, eſſe in ſtudio, eſſe deditum ſtudiis, artibus, Eſſe perſtudioſum literarum, ſervire ſuis ſtudiis, ex alicujus ſermone & convictu aliquid diſcere, combibere doctrinam præceptoris pendere ex ore præceptoris, ponere operam in Philoſophiæ cognitione, deditum eſſe arti, diſciplinæ, impertire tempus artibus, ſtudet hiſce artibus, collocare ſtudium ſuum in doctrina, ponere curam & operam in ſtudio, incumbere ad ſtudia, vel in ſtudia, detineri in ſtudiis, colere artes, ſtudia, recolere ſtudia, excolere ingenium diſciplinâ, evigilare in ſtudiis, educari in diſciplinis, imbuere ſe ſtudiis, induſtriam ſuam in aliqua re ponere. Diſcere multa, plura, præclarè, facilè, dilucidè, libenter, ſtudioſè, libẽtiùs, ſummo ſtudio, ſummâ curâ, ſemper, citò, celeriter, Avidò arripere, ſerò, curſim arripere, velociter addiſcere.

Allen Fleiß auffs ſtudieren legen.

Ponere operam omnem in literis, omne ſuum ſtudium ponere in cognoſcendis artibus, involvere ſe in literis, conferre omnem curam atque operam ad philoſophiam, conſumere operam, curam in ſtudio, conſumere omne tempus in literis, conſumere ætatem in literis, conterere ocium tempusq; in literis, abdere ſe in literis, In literas, Cõ-

mercium

mercium tantum habere cũ Musis, Vivere, ætatem agere, ducere in literis, excolere animũ doctrinâ, literis, Scrutari, attingere literas, doctrinam, hęrere in libris, collocare omne suum studium in doctrina, conterere philosophorum monumenta, tribuere tempus philosophiæ, consumere operam, curam, años, ætatem in philosophia, Excolendi ingenii causâ multis difficultatibus se objicere, urgere studia, omnia sua seria & joca in literarũ studiis collocare, consumere ocium in tractatione studiorum, persequi studia magno atque alacri animo, toto pectore in artes incumbere, in studiis omni cogitatione defixâ dies noctesq; exerceri, Multũ studii consumere in audiendis philosophis, & inperscrutandis & penitus cognoscendis eorum præceptis, Philosophiam ex animo colere, incumbere in studia omni aliâ cogitatione posthabitâ, Magnam diligentiam in linguarum cognitionem conferre, imbuere se optimis studiis ac artibus ab ineunte ætate, toto triduo libris affixi fuimus, consenescere in literis.

Ich studire auch des Nachts.

Cœpi vigilare de nocte, noctu, per noctem studiorum causâ, nocturnas vigilias cœpi ad diurnũ studium adjungere, diurno cum studio conjungere, Ad studia etiam aliquantum noctis assumo. Nocturnas lucubrationes non defugio, etsi videntur valetudinẽ offendere.

Lucubratio vespertina, Wenn man des Abends studiret.

Lueubratio antelucana, wenn man des Morgens studiret.

Du studirest gar zu fleissig.

Nihil aliud agis quàm studes, nulla est tibi studiorum satietas, nimium affixus es libris, imodico studio te maceras, nullam facis studendi neque finem neque modum, totus es in literis, Studes dies noctesq;, nunquam non legis assiduè, omnibus horis, die noctuq;, Noctem cum die legendo conjugis, heluo librorum es, tua legendi sitis nunquam extinguitur, satiatur, expletur, totus es in studiis, literis nimiùm deditus es, nunquam studia intermittis, nũquam te sejungis à studiis, immoreris libris, libros de manibus nunquam deponis, Libros assiduè in manibus habes, tractas, evolvis, lectitas, legendo conteris, modum in studiis non tenes, non servas, nullum agnoscis, immoderatè legis, non infra modum, sed supra modum sunt tua studia nimiũ operæ in studiis consumis, usum studiorum nunquam dimittis nimus es in studiis.

Er hat sich kranck studiret.

Ægrotat ex labore studiorum, jacet ob labores studiorum, morbo languet ex intemperantia studiorum, male se habet, incidit in morbum quòd immoderatè studiis utitur, quod ei studiorum nullus est modus, quia minimè sibi parcit in studiis, Ex nimia studiorum consuetudine, ex immoderato usu studiorum languet.

Er iſt zu zart/er kan die Arbeit im ſtudiren nicht außſtehen.

Infirmior, imbecillior eſt, corpore eſt infirmiore, tenuiore, &c. quàm ut ſtudiorum laborẽ, grave ſtudiorum onus ferre, perferre, ſuſtinere poſſit, quàm ut ſtudiorum labori par eſſe poſſit, quàm ut ferendo ſtudiorum labori poſſit eſſe. Labor ſtudiorũ eum facilè opprimit, Laborioſa ſtudiorum tractatio, aſſidua literarum tractatio, graviſſima literarum ſtudia requirunt, poſtulant, deſiderant, exigunt majores corporis vires, in ſtudia quantum res poſcit ratione valetudinis non poteſt incumbere.

Gelehrter werden/ forthfahren im lernen/ein Ding faſſen.

Progreſſus facere in ſtudiis, ediſcere artem, adipiſci facultatem, Conſequi, aſſequi artem, comparare ſcientiam, comprehendere ſcientiâ artem, percipere diſciplinam, ſcientiam, facultatem, infici artibus, proficere, progredi ulterius, cognoſcere, diſcere, vocare literas, percipere humanitatem, inſtitui, erudiri doctrinâ, fingi ad humanitatẽ, fieri doctum, doctiorem, eruditionem à magnis viris accipere, progreſſum facere in literis, ut hę artes in me eſſent magno ſtudio eſt â me elabo ratum, magnas meæ eruditionis acceſſiones feci, acceſſit mihi doctrina, indui animum bonis artibus, proficere, procedere in philoſophia, ſangiùs procedere diſcẽdo. Progreſſus, gradus, progreſſio diſcẽdi. Meliorem fieri diſciplinâ, tenere præcepta, Philophia docet hoc, erudit nos, ſanat animos, tollit ægritudinem, Aſſequi, cõprehendere aliquid ingenio, parere ſibi aliquid ingenio ſtudioque cognoſcere diſcendo ex libris, conſequi aliquid ſtudio, imbibere penitus aliquid, notitiã ſumere rerum ex Rhetorũ ſcriptis, ad cognitionem rerum progredi. Provehi ad alicujus rei intelligentiam, Literas Græcas ſic avidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens, aſciſcere cognitionem, aſſumere ſcientiã, conſequi notitiam, venire ad alicujus rei notitiam.

Gelehrt ſeyn/Doctum eſſe, perpolitum, tinctum eſſe literis, benè peritum eſſe literarum, Eſt in eo literatura, eruditio præclara, præſtare, excellere literis, doctrinâ, Abundare, florere eruditione, ſuperare alios doctrinâ, eruditione, perfectum eſſe literis, eſſe literatiſſimum, ſcientiã habere, Habere philoſophiam, ſapientiam, abundare præceptis philoſophiæ, perpolitũ, inſtructum, eruditum, probatum, clarum & nobilem eſſe, excellere, nemini cedere, ſingularẽ, principem eſſe in philophia, Philoſophari maximè, animum ejus infuſa prius philoſophiæ præcepta penitus irrigaverũt, recepta eſt in philoſophia penetralia.

Etwas/ein wenig lernen/ Guſtare aliquid primis, primoribus labris, attingere aliquid ut dicitur extremis digitis, Salutare bonas artes à limine.

Außwendig lernen/ Ediſcere, perdiſcere, ad verbum ediſcere, neceſſariò perdiſcere, dilucidè, facilè ediſcere, mandare aliquid memoriæ, inſculpere, infigere memoriæ, diſcere memoriter.

Sich gelehrt dũncken laſſen.

Præ ſe ferre ſpeciem doctrinæ, Putare ſe literatiſſimum.

Verlernen/zurũck lernen.

Dediſcere, dediſcere quod didicit aliquando, obliviſci inſtitutorem, deſciſcere ab inſtitutione.

Nicht gelehrt ſeyn.

Sapere nil generoſum, inermẽ ac nudum eſſe in parte philoſophiæ, ignarum & negligentem eſſe inſtitutorum, Græcarum literarum rudis, indoctus Græcè, Græcæ linguæ omninò ignarꝰ, ad iſtam artem eruditus non eſt, oretenus Græcâ doctrinâ exercitus, animum bonis artibus non induerat.

Philoſophiam üben / ſeine Luſt am ſtudiren haben.

Philoſophari maximè, toto animo, paucis, Præclarè ponere ſtudium philoſophandi, totos dies philoſophari, confugere ad philoſophiam, opem petere, recipere curationem, uti opibus philoſophiæ, medicinam petere à philoſophia, Referre ſe ad literas, Profugium, perfugium mihi ſunt literæ, habere oblectationes ex doctrina, ſtudiis meis paſcor, delector, perfruor, delectare ſe cũ Muſis, Literis recreari, conſolari ſe, confirmare animum, Petere ex Muſarum cantibus graviorum cogitationum allevationem.

Philoſophia oder Kunſt iſt ſehr nütze.

Literæ levant moleſtiam, ægritudinẽ, delectant, oblectant, voluptatem afferunt, Suſtentor, recreor, adjuvor literis, Literæ me conſolantur, Doctrina animum relaxat, ſuſtentor optimarum artium ſcientiâ, Philoſophia docet hoc, erudit nos, ſanat animum, tollit ægritudinom, pellit mœſtitiam ex animo, eſt medicina, medetur animis. Studia nunquam non proſunt, non utilia ſunt, non utilitatem pariunt, ſtudiorum utilitatem dies non imminuit, Studiorum utilitas non terminatur ſpacio temporis, non definitur ulla die, perpetua eſt, eadem eſt omni tempore, Studiis ſecundæ res ornantur, adverſæ adjuvantur, A ſtudiis delectatio petitur in ſecunda fortuna, ſalus in adverſa, Studiorum fructus in omni fortuna idem eſt, Studiorum tractatio nunquam non utilis, nunquã eſt infructuoſa, Habẽt ſtudia quo juvemur in omni vita, in omni fortuna, in omni loco. Ecquando ſtudiis non juvamur; quæ dies utilitatem ſtudiorum extinguit aut imminuit? de ſtudiorum utilitate nihil fortuna, nihil hominum injuria, nihil ne dies quidem ipſa detrahit.

Einen vermahnen zum ſtudiren / Luſt zum ſtudiren machen.

Cohortari, movere, commove-

re,incitare,concitare,ducere, adducere aliquem ad ſtudium, cōtinere aliquem in ſtudiis, Compellere, excitare aliquem ad philoſophiam, Excitare aliquem ad cognitionem, incendere cupiditatem cognitionis, Cupiditatem dare cognitionis, revocare ad cognitionem; convertere aliquos ad cognitionem, ad intelligentiam, appetitionem movere cognitionis.

Abhalten vom Studiren.

Deterrere & adducere aliquem à ſtudio, avocare à ſtudiis, Revocare,abſtrahere, movere aliquem à ſtudiis, reſtinguere ſtudia, deeſſe ſtudio alicujus.

Hindern am ſtudiren.

Tardare alicujus ſtudia, reſtinguere alicujus ſtudia,omnem colendi ſtudii facultatem, poteſtatem eripere, nullam ſtudiorum copiam alicui relinquere, Nullā ad colenda ſtudia horam,nihil ad excolendum, literis animū ſpatiī relinquere, Nihil ad exercendum ſtudiis ingenium, ocii, temporis alicui dare,

Verhindert werden/ abgehaltē werden vom ſtudiren.

Abduci à ſuaviſſimo bonarum artiū complexu & contubernio, Removeri,repelli à ſtudiis, ſtudia excutiuntur alicui de manibus.

Ruhen oder feyren im ſtudiren.

Relaxare animum à Philoſophiæ ſtudiis,animum relaxare ludo,feriari à ſtudiis, ſtudiorum uſum parumper dimittere, intermittere aliquantum ſtudia,deponere aliquantiſper ſtudiorum onus; intermiſcere requiē ſtudiis, levare animum onere ſtudiorū, Vacatio datur à ſtudiis, avocare animum à ſtudiis; feriæ ſtudiorum conceduntur.

Ablaſſen vom ſtudiren/ die Schule durch den Bauch ſtechen.

Multam ſalutem dicere alicui ſtudio, Peregrinari à Muſis & literis omnibus, deponere,deſerere ſtudia, mutabilitate animi à ſtudiis abduci, Relinquere, vitare,negligere philoſophiā; Aſpernari,contemnere,irridere, omittere ſtudium ſapientiæ,cœpit me odium & ſatietas literarum,conticeſcunt literæ, ſilent muſæ, intermittuntur ſtudia, literulæ obleſcunt, deſinere artem, ſe ad aliud ſtudium transferre, abhorrere, alienum eſſe à Muſis,abeſſe à ſtudiis, obmuteſcere in ſtudiis, recedere ab artibus;abjicere ſtudia, ſejungere ſe à ſtudiis, uſum ſtudiorum in perpetuum dimittere, minimè de ſtudiis laborare, induſtriam à ſtudiis aliò traducere, transferre, conferre, ſtudia deponere, ſejungere ſe à ſtudiorum conſuetudine, à ſtudiis diſcedere.

Wieder zum ſtudieren kommen.

Revocare, referre ſe ad ſtudia, datur reditus ad ſtudia, repetere, renovare ſtudium, redire cum literulis in gratiam,reddere ſtudiis operas intermiſſas, ad ſtudiorum conſuetudinem & uſum redire, priſtina ſtudia revocare, ſe rurſus ad ſtudia conferre.

De Lectione.

Das Leſen.

Lectio,lectiuncula.Diligens,assidua lectio.

Offentliche Lesung/Recitatio.

Durchlesung/Evolutio.

Er ist belesen.

Multa legit &c.diligenter volutatus est in scriptis veterum.

Ein Leser/der da lieset.

Lector,legens, recitator, anagnostes,anagnostes festivus.

Lesen/Legere,lectitare,recitare, studiosè,studiosissimè,cupide legere,se dare ad legendum, lustrare veterum scripta,manibus terere veterum scripta, temporis aliquid tribuere Propertianæ lectioni, uti recitatione, adhibere lectionem, consumere tempus lectiunculis,Rectè, diligenter legere,pertractare,ex ordine recitare, conferre se ad Poëtas, habere tritas aures consuetudine legendi, perspicere ex libris quid aliquis gesserit, dixerit, Legere per se omnis generis libros attentè, cum animi attentione legere,inspicere quid sit scriptum,gustare aliquid

Offentlich verlesen.

Recitare,recitare literas,recitare de scripto,dicere de scripto, recitare clarâ voce, clarè, submissâ voce,palam recitare, in concione recitare,exordine,denuò recitare

Durchlesen.

Perlegere,volvere,evolvere,volutare,pervolutare,Rectè, diligẽter relegere, in Poetis evolvendis tempus consumere, perlegere à capite ad calcem, à principio ad finem legendo aliquid percurrere, Accuratè, avidè pervolutare, diligenter evolvere, translegere, Evolvere volumen,conterere aliquid legendo,librum non dimittere, deponere de manibus, diligentissime librum cognoscere.

Wieder lesen/ noch einmal lesen.

Relegere, repetere lectionem, denuò legere, recitare, regustare aliquid, non ponere de manibus literas.

Ich habs mit Lust gelesen.

Delectatus sum lectione hac,voluptatem mihi attulit evolutio.

Einen lesen lassen/oder etwas zu lesen geben.

Constituere lectorem, anagnostem,alienis oculis legere, dare alicui aliquid ad legendum vel recitandum.

Es ist wol zulesen.

Res est in legendo jucunda, aptum est ad delectationem lectoris,retinet lectorem, animus expletur voluptate lectionis, studium in legendo hoc libro facile retinetur.

Einem vorlesen.

Pronunciare,recitare,legere aliquid alicui, uti auribus alicujus,prelegere.

De Scriptione.

Papyr/Charta,papyrus.

Buch Papyr/ Codex chartæ, scapus chartarum, scapus papyrius,volumen chartaceum,papyracium.

Ein Bogen Papyr / Folium papyri,scheda integra.

Seite des Blats/ Pagina,pagella,paginula.

Epith.Pagina longa,tota,prior, altera,postrema,extrema.

Blätlein Papyr / Schedula,frustulum chartæ.

Der Rand/Margo paginæ.

Das Papyr ist vngleich am Rande/Extremæ oræ papyri inæquales sunt.

Papyr beschneiden/Demarginare chartam, resecare chartam cultello, forfice.

Papyr zusammen legen/ Complicare chartam.

Papyrmacher/Chartarius.

Papyrmühle/Officina chartaria.

Gemein Papyr / Charta scholastica.

Regal Papyr/Charta regia, imperialis decumana, claudiana.

Cantzeley Papyr/Postpapyr/Charta Augusta, subtilis, mollis, epistolaris, tenuis.

Glatt Papyr/Charta levis, lævigata, polita.

Das Papyr glätten / Levigare chartam.

Rauch Papyr/Charta aspera, scabra.

Durchschlagend Papyr/ Charta bibula, subhumida, perfluida, quæ tam tenuis est, ut non sufficiat tolerandis calamis.

Das Papyr schlägt durch / Charta transmittit literas, perfluit.

Dick Papyr/Charta densa.

Außschuß/Charta rejecula.

Rein Papyr/Charta pura.

Beschrieben Papyr/ Charta impura.

Maculatur / Charta bibula, qua siccamus recentem scripturam.

Blaw Papyr / Charta emporetica.

Pergament / Charta, Pergamena, membrana ex coriis animaliũ præparata.

Schreibtafel / da man wider außleschen kan / Pugillares, palimpsestus, charta deletitia.

Ich hab kein Papyr/Non restat mihi charta ad scribendum.

Eine Feder / Penna, calamus scritorius.

Vngeschnittene Feder/Calamus rudis.

Geschnittene Feder / Camalus pararus.

Gute geschnittene Feder / Benè temperatus calamus.

Kiel an der Feder/Caulis pennæ, canna.

Harte Feder / Caulis pennæ firmior, penna firmior.

Weiche Fever / Caulis mollior, penma mollior.

Grosser Kiel/Caulis amplus, pẽna caule amplo, amplà cannâ.

Kleiner Kiel/Caulis brevior, canna brevior.

Die Seel in dem Kiel / Medulla calami.

Eckfedern/Pennæ extremæ oræ in quavis ala.

Der Schlitz in der Feder / Crena calami, fissura calami, incisura pennæ.

Schlitz reissen/Facere crenam.

Die Feder schaben / Levigare pennam, scabritiem pennæ abradere.

Eine Feder schneiden/ Acuere pennam.

Die Feder mittelmässig schneiden/Acuere, exacuere pennam ad formam scripturæ mediocrem.

Feder klein schneiden/Acuere, exacuere penam ad minutas literas.

Die Feder anders schneiden/Cuspidem, mucronem pennæ mutare.

tare, rescindere aliquid, de cuspide.

Feder nicht wol schneiden können/ Malè tractare peñam in acuendo.

Eine kleine Feder / Penna cuspide tenui.

Eine grobe Feder/Penna mucrone crassiore.

Eine harte Feder/Penna mucrone duriusculo.

Eine weiche Feder/Penna cuspide molliore.

Eine gute Feder/Penna egregiè habilis.

Pennal/Theca pennaria, calamarium, pennarium, graphiariũ.

Eine Feder verderben / Abuti pennâ, retundere mucronem pennæ.

Eine Feder herfür langen / Proferre pennam ex calamario.

Eine Feder beythun / Reponere pennam in thecam pennariam.

Die Feder spritzet im schreiben/ Penna respergit chartam atramento.

Ein Federmesser. Cultellus scriptorius, cultellus graphiarius.

Radier Messer/Scalprum.

Mein Federmesser ist stumpff/ Acies scalpelli mei obtusa est.

Dinte/Atramentum, atramentum scriptorium.

Dintenfaß/Atramentarium, vasculum atramentarium.

Schwam im Dintenfaß / Penicillum atramentariũ, Gossipium.

Stöpsel/Operculum.

Dintenflasche / Ampulla atramentaria.

Bleiche Dinte/Atramentum dilotum, remissum aquosum, subalbidum.

Dicke Dinte/Atramentum crassum, spissum, densum.

Die Dinte wil nicht fliessen.
Atramentum tam densum est, ut hæreat in summa crena, nec ad characteres formandos defluat.

Lose Dinte / Atramentum decolor.

Fliessende Dinte / Atramentum liquidum, penetrans chartam, quod destituitur gummi.

Dinten vmbrüren/Pennà miscere atramentum.

Dinten fliessend machen / Atramentum diluere aquâ, Instillare aliquot guttas aquæ in atramentum.

Die Feder eindunken / Intingere penam in atramentum,

Rote Dinte/Rubrica, minium.

Rot vnterstreichen/Miniare.

Schuster schwärtze / Atramentum sutorium.

Färberschwärtze / Atramentum tinctorium.

Sandbüchse / Theca arenaria, pulveraria, arenarium.

Linial / Regula, canon, lineę ad canonem ductæ.

Ein Buchstabe / Litera, literula, elementum, characteres, notæ literarum, literarum apices.

EPITH. Literæ maximæ, grandes, innumerabiles, minutæ literulæ, aureæ, argenteæ, una litera, prima, singulæ, integræ, longa, producta, brevis, salutaris, tristis, vastior, literæ vacillantes, expressæ, oppressæ, assimulatæ, veteres, pressæ, truncæ, mutilæ, integræ,

Selbstlautende Buchstaben/Vocalis, concursio vocalium, concursus vocalium, & hiatus.

Doppelt lautender Buchſtabe/ Diphthongus.

Mitſtim̃ender Buchſtabe/ Conſonans, ſemivocalis, muta litera.

Schrifft.

Scriptura, ſcriptio, literarum conformatio, literatura, Diffuſa, diligens, aſſidua, contraria ſcriptura, liberum, incitatum, elatum ſcripturæ genus.

Schreiben wollen.

Cogitare deſcribendo, admovere manum calamo, calamum in manus ſumere.

Schreiben.

Scribere, ſcriptitare, tempus dare ſcriptioni, elementa conformare, ducere literas, literarū formas pingere, efformare literas, effingere elementa, diligenter, diligentiſſimè, cum magna cura & diligentia notare, diu multumq; ſcriptitare.

Mit eigener Hand ſchreiben.

Scribere ſuâ manu, *non manu propria*.

Einem ſeine Handſchrifft nachmachen.

Imitari alicujus chirographū, imitari alicujus formulas, imitari aliquem ſcripturâ.

Schön/hübſch ſchreiben.

Scribere ſcitè, benè, ductus literarum belliſſimi ſunt, literæ ſunt integræ, conſtant ſibi, Scribere peritè, ſubtiliter.

Gleich ſchreiben.

Ordine ſcribere figuras elementorum, ducere verſum ad rectitudinem, ad amuſſim.

Vertitteln.

Notis ſcribere, ſcribendi compendiis uti, notis verba excipere, perſequi, ſubſequi.

Behende ſchreiben.

Celeriter ſcribere, ſunt illi celeres articuli in ſcribendo.

Ubel/nicht ſchön ſchreiben.

Exarare literas diſtortè, inæqualiter, perturbatè, ſcribere literas truncas, caducas, mutilas, literæ negligenter obſcurantur, concurrunt, fugiunt, liber minùs, luculentè, exaratus, literas fugientes, exoleſcentes, vacillantes exarare.

Langſam ſchreiben.

Lentè ſcribere, tardè ſcribere, citiùs totum deſcripſeris, quàm ego quinque verſiculos.

Einem eine Vorſchrifft machen.

Scribere alicui exemplum, Abecedarium.

Nach der Vorſchrifft ſchreiben.

Scribere ad exemplum, obſervare, ſequi literas ſui exempli.

Schreibeſt du / oder fantaſireſt du? Scribis ne ſeriò, an ineptis?

Enge ſchreiben.

Anguſtè ſcribere, verſus denſiores ducere, parum intercapedinis verſuum relinquere.

Weit von einander ſchreiben.

Magnam intercapedinem verſuum relinquere, magna interſtitia, magna intervala.

Eine Zeile/ Verſus, linea.

Ein halb Blat voll geſchrieben/ Columna.

Die Buchstaben im schreiben vnrecht setzen.

Trajicere, immutare, transferre, commutare, producere, bis ponere literas.

Was new geschrieben ist/vnd nicht trucken ist.

Scriptura recens, nondum exsiccata, vel desiccata.

Sand auffstrewen.

Scripturam recentem pulvere conspergere, pulverem de pariete radere, & recētem scripturam conspergere.

Ich kans nicht alles drauff bringen.

Minor est charta, quàm ut omnia capiat, papyrus non est omnium capax.

Nicht gerne schreiben.

Pigrum esse ad scribendum, avocat me hæc res à scribendi occasione.

Etwas auffschreiben.

Describere, exscribere, transscribere lectionem, & describere, exscribere tabulas, totidem verbis descripta sunt.

Original/Authenticum, tabulæ authenticæ.

Abschrifft/Copey.

Exemplum literarum, descriptum exemplum, apographum.

Abschrifft schreiben/. Exemplum literarum scribere, Exemplum exarare, describere, exscribere, exemplum transferre.

Auffzeichnen/verzeichnen.

Signare, consignare, notare aliquid, persequi aliquid scripturâ.

Verzeichnuß/ Consignatio, designatio.

Etwas einschreiben/ in ein Buch schreiben.

Scribere tabulas, vel rem in tabulam perscribere, transscribere aliquid in tabulis, Conficere adversaria, tabulas, acta, codicem, in adversaria referre, in libello, codicillis, annalibus, adversariis aliquid scribere, asscribere, perscribere in fastis, monumentis. Referre in tabulas, literas, libellum, codicem, volumē, implere codicem multis rebus.

Darzu schreiben / zusammen schreiben.

Asscribere, conscribere, enucleatè perscribere, conquisitè conscribere, vicatim conscribere, aspergere aliquid, subjungere aliquid alicui rei, appingere, admiscere aliquid, adjicere, apponere.

Auffschreiben/ zum Gedächtniß auffschreiben.

Mandare aliquid memoriæ, literis prodere, mandare literarum monumentis, Literis consecrare, scriptū relinquere, scriptis mandare, Scribere, conscribere, tradere memoriæ hominū sempiternæ scriptis, trophæa ad omnem æternitatem commendata literis, Exprimere ingenii alicujus imaginem in scriptis, Scripta quædam posteritati relinquere, subtilissimè & accuratissimè aliquid persequi, libris complecti memoriam rerum,

Scribere aliquid metro , carmine, verſu, ſcribere aliquid prosâ, ſolutâ oratione , perſequi aliquid ſcripturâ.

Man ſchreibet man lieſet.

Literis proditum,traditum eſt, Annalibus,commentariis annalium inſertum hoc eſt,in monumenta relatum eſt,Veterum literis proditum,Extat in annalib⁹, memoriæ proditum eſt , habetur,legitur,extat,Invenimus,legimus,Prodit hoc Cicero.

Auff ſteinern Tafel ſchreiben.

Incidere , inſculpere literas, perſcribere in tabnlas eburneas, imprimere, exprimere literas in tabulis lapideis.

Cantzley/ Grammatophylacium,Tablinum,tabularium.

Cantzler/à libellis, libellorum magiſter Archigramateus, Cancellarius.

Secretarius/à Secretis,Secretarius.

Schreiber/Scriba, ſcriptor,amanuenſis , amanuenſis curiæ, deſcriptor.

Brieffſchreiber/ Ab epiſtolis.

Gegenſchreiber/Antigraphus.

Behender Schreiber/Notarius, exceptor.

Oberſter Schreiber/Protonotarius,

Der etwas regiſtriret / Perſcriptor.

Copiſt/Formularius.

Landſchreiber / Scriba provincialis.

Schreiber in der Einnahmſtube/ Scriba rationum.

Zollſchreiber/Scriptuarius,magiſter ſcripturæ, qui præeſt ſcripturæ,vectigalibus.

Falſch geſchrieben.

Mendum ſcripturæ, huic libro mendæ multæ inſiderunt, Liturarum & macularum plenum ſcriptum.

Außgeleſcht.

Litura,flagitioſa litura,eraſio literarum , eraſio literarum deturpat ſcripturam , demerguntur literæ in litura.

Darzwiſchen geſchrieben/Interpoſitiones.

Etwas falſches emendiren.

Tollere, corrigere mendum liturâ.

Etwas außkratzen.

Expungere , eradere literas cuſpide cultelli.

Durchſtreichen/Interlitum,inductum,cancellatum.

Durchſtreichen/außleſchen.

Obliterare,delere,extinguere, planè extinguere , inducere nomina,lituram inducere literis.

Etwas vnterſtreichen.

Tenuem liturã inducere literis.

Etwas zeichnen / Notabenè darzu machen.

Aſteriſcis vel ſtellulis aliquid ſignare , apponere notam,obelo,obeliſco aliquid notare.

De Interpretatione.

Deutung / Außlegung / Erklärung.

Interpretatio, expoſitio, explicatio

plicatio, explanatio, enodatio, declaratio, lumen.

EPITH. Interpretatio callida, malitiosa, Declaratio ſatis acuta, diſerta, jucundiſſima, propria, Expoſitio ſimplex, dilucida, perſpicua, illuſtris, brevis, duplex, perpolita, undiq; cõpleta, perfecta, Explicatio facilis, difficilis.

Außführlich/klärlich/deutlich.

Clarè, luculentè, luculenter, inſignitè, inſigniter, dilucidè, ſignificanter, explicatè, enodatè, enucleatè, planè, explanatiùs, expreſsè, liquidò, palàm, nihil dilucidiùs, clariùs, liquidiùs.

Außgelegt/erkläret.

Interpretatus, expoſitus, explicatus, enodatus, evolutus, enucleatus, explanatus, patefactus, expreſſus, nihil explicatius,

Klar/offentlich/erwieſen/erklärt.

Evidens, manifeſt⁹, perſpicuus, apertus, clarus, dilucidus, illuſtris, luculentus, planus, patens, promtus, nihil apertius, clarius, manifeſtius, evidentius, apud omnes pervulgatus, apertus omnibus, certiſſimis monumentis teſtatus, non parùm clarus, ſatis perſpicuus, tritus, ſatis abundanter, dilucidè demonſtratus, explicatus, notus, ſatis accuratè explicatus, nondum ſatis explanatus, illuſtratus, ſatis diligenter explicatus, enodatus, diligentiſſimè explicatus, ſemper apertiſſimus,

Es iſt klar/deutlich.

Eſt hoc perſpicuum, reperitur hoc perſpicuum & apertum, fit hoc apertum & manifeſtum, verſatur in luce, conſtat liquidò, apparet, comparet,

Verſtehen/was da deutlich iſt.

Videre aperta, habere alquid perſpectatũ, ſpectum, Tenere interpretationem, cedere perſpicuis, manere in perſpicuis, inſiſtere rebus illuſtribus, intelligere quædam ſine interpretibus.

Es bedarff außlegens/es iſt nicht deutlich.

Indiget enodationis, deſiderat hæc res doctrinam, lumen, explicationem, eget interprete, Poſtulat interpretem, ſine interprete intelligi non poteſt, opus eſt ut adhibeatur interpretatio, abeſt perſpicuitas, erepta eſt lux rebus, Locus hic non eſt omnibus pervius.

Einen Interpretem darzu nehmen.

Audire aliquos de aliqua re, adhibere explanationem interpretum, uti interprete aliquo.

Dardurch wir dieſes erkläret.

Hinc exoritur interpretatio, affert lumen huic rei, præfert lumen, apparet, elucet ex hiſce ſignificatio, præfert huic loco facem. Labore, induſtriâ vel caſu veniã fortaſſis ad aliquid, quod lucem hiſce affert, uſui eſt ad explicationem horum locorum, Ex Cicerone repetam intelligentiam hujus rei.

Etwas erklären/ außlegen/deutlich machen.

Explicare, enodare, declarare, exponere, monſtrare, demonſtrare aliquid, Definitione aliquid declarare, illuſtrare & patefacere obſcura, Explanare, illuminare veritatem, adhibere lumen, dilucidare, facere dilucidius, dilucidum aliquid reddere, dilucidè expedire, Aperiendum, quid ſit voluptas, Exponit hoc Cato in originibus, facere perſpicuum, diſcutienda ſunt ea, quæ obſcurant, ille orationes addit à brevi declaratione faciliores ad intelligendum efficit, Eruditi copioſis & uberibus ſcriptis cõmentariis leges illuſtrarunt, diſcutere caliginem, præferre facẽ alicui loco. Adhibere explanationem, ponere in promtu, in oculis, declarare ſignificationẽ, facere rem perſpicuam, planam, illuſtrem, proferre, referre in apertum, Illuſtrare, aperire dubia perſpicuis, enucleare, Hoc nullius interpretatione aut ornatiꝰ explicari aut planius exprimi poteſt, Explanationes adhibere interpretum, Explicare aliquid uberiùs, ornatius, etiam atque etiam, paucis, breviter, brevi, elegãter, accuratiùs, ſubtiliter, ſubtilius, enodatiùs, diligenter, diligentiſſimè, dilucidè, apertiſſimè, planiſſimè, verè, graviter, amplè, copiosè, magnifice, ornatiùs, expedite, commodiùs, Interpretari prudenter, ſapienter, ſcientiſſimè,

Vbel außlegen / ein Ding nicht recht außlegen/erklären.

Interpretari aliquid malè, perversè, ridiculè fallaciter, gloſſam adhibere contortam, violẽtam, coactam Obſcurare & contaminare aliquid ineptiis, interpretari ſtultè, interpretes hæc non animadverterunt, Extiterunt in illis tenebris homines audaces & præfidentes, qui nullâ latini ſermonis elegantiâ, nullâ veteris reip. Romanæ cognitione, imbuti cùm Dialecticã, ſine qua nihil rectè atque ordine tractari poteſt, aut non attigiſſent, aut iſta attigiſſent, ut non attigiſſe præſtaret, arreptâ, ut inter cœcos juris interpretandi provinciam verboſiſſimis & inſulſiſſimis cõmentariis illas qualeſcunq; veterum prudentum reliquias onerarunt.

Dolmetſchung/ Interpretatio.

Dolmetſcher / Außleger / Erklärer.

Interpres, explicator, explanator, prudens, ſeverus, gravis explicator, prudentiſſimus interpres, multò commodior explicator, Exercitatiſſimus, vaferrimus, diſertus, indiſertus interpres, Fallax, inſcius interpres, vetus, idoneus poëtarum interpres.

Verdolmetſchen/in ein ander Sprache bringen.

Exprimere rectê ſententiam autoris, Hippocratis verba expreſſi, Hæc latinè ita expeditè

aut

aut ut ita dicam, rotundè explicari nõ possunt, Conabor, si qua possim hæc Græca ita latinè eloqui, reddere, vertere, Convertere aliquid latinè, reddere singulas voces, Traducere, vertere, transferre aliquid in aliam linguam.

De Schola.

Eine Schule/hohe Schule.

Schola, ludus, ludus literarius, gymnasium, pædagogium, officina virtutis & doctrinæ, augusta Musarum ædes, pulvis scholasticus, eruditorum hominum umbracula, domicilium literarum, seminarium præstantium virorum, Academiâ, lycæum, Amplissimum, nobilissimũ gymnasium, nitidum Lycæum, vetus, nova, recentior Academia.

Lesestube/Auditorium, aula.

Studierstube/Musæum.

Inspector/Cui studiorum cura commissa est.

Ein Præceptor / Rector / Schulmeister.

Ludimagister, Gymnasiarcha, Rector gymnasii, Gubernator, præfectus, moderator gymnasii, ludi, Moderator cœtûs scholastici, ordinis scholastici. Formator disciplinæ puerilis, Præceptor, pædagogus, pædotriba, moderator juvẽtę, Magister studii aliquorum, Archididascalus, literator, literatus.

Epith. Maximus, summus, exquisitus, gravissimus, bon⁹, eruditus, optimus, præstantissimus magister, Optim⁹ & exercitatissimus in docendo, summus doctor, Probitas, fides magistri, pædagogi.

Ein Præceptor seyn.

Esse, fieri magistrum, ducem esse ad eruditionem, hortatorem & impulsorem esse alicui ad studia.

Ein vngelehrter Schulmeister.

Magister ineptus, communis, splendidarum ineptiarum magister.

Ein Schůler/Discipel.

Discipulus, auditor, alumnus doctrinæ, alumnus disciplinæ, cui cordi sunt literarum studia, tyro ludi literarii. Alphabetarius, tenellus auditor, puer Abecetarius.

Schulgesell.

Condiscipulus, iisdem studiis initiatus, æqualis, in eodem ludo doctus, in eodem ludo discens, qui eundem præceptorem audit.

Mit einem zugleich lernen.

Audire aliquem unà, exercere inter se studia, Teneri, delectari, frui iisdem studiis, Perfrui cum aliquo literarum studioso honestissimo ocio, non abhorrere à studiis alicujus, Versari in studio quo aliquis maximè delectatur, habere studiorum suorum socium, vivere unà in studiis, vivere cum aliquo in studiis communibus, studia nostra sunt paria.

Baccalaurus / Vnterschulmeister / Magister pedaneus, Hypodidascalus.

Locat/Adjutor magiſtri, pædagogus, ſubſcholus.

Der Depoſitor / Præfectus vexationibus novitiorum, initiator tyrunculorum.

Pedell/Viator Academiæ, miniſter Academiæ, famulus communis.

Stubenhitzer/Calefactor.

Eine Schul anrichten/ Aperire ludum, Habere ludum, inſtituére ludum,

Einen Knaben in die Schule thun / Tradere aliquos in diſciplinam vel ad diſciplinam, mittere filium ad magiſtros, Tradedere magiſtris liberos, Dare filiũ magiſtrum ad virtutem.

Jn die Schule gehen.

Frequentare ludum, itare in ludum, mitti à parentibus in diſciplinam, concurrere ad quendam diſcendi causâ, proficiſci aliquò diſcendi causâ, capere magiſtrum, dare ſe philoſophiæ magiſtris recoquendum, frequẽtare gymnaſiũ, edoceri in ludo.

Zu einem in die Schule gehen/ einen Præceptor haben.

Tradere ſe alicui erudiendum, ex ore alicujus pẽdêre, alicujus doctrinam combibere avidiſſimè, uti aliquo magiſtro, habere magiſtrum, nanciſci magiſtros bonos, operam dare aſſiduam magiſtro, exerceri apud magiſtrum in aliqua re, accipere ab aliquo diſciplinam, audire aliquẽ hoc doctore ad Evangelii cognitionem uſus ſum, confugere ad alicujus diſciplinam, accedere ad alicujus diſciplinam, vel in alicujus diſciplinam.

Claß/Claſſis, ordo ſcholaſticorum, decuria ſcholaſticorum.

Er ſitzt in tertia Claſſe.

Eſt tertiæ claſſis auditor, adſcriptus eſt tertiæ claſſi ſcholaſticorum, in tertiam claſſem receptus eſt, deſtinatus tertiæ claſſi.

Jn ein ander Claß kommen.

Mutare claſſem, altiorem accedere claſſem, in aliam adſcribi claſſem, altiori deſtinari claſſi, in altiorem aſſcribi claſſem.

Sich einſchreiben laſſen.

Curabo meum nomen inſcribi in matriculam, ut inſcribari in catalogum ſcholaſticorum.

Stillſchweigen heiſſen/ Præcipere, indicere ſilentium.

Schweigen/ ſtill ſeyn / Servare ſilentium, ſilere, tacere,

Schwatzen / Rumpere ſilentium, non ſervare ſilentium, fabulari, garrire, ineptire, movere turbas, clamores.

Einen anſtechen.

Signare aliquem, Notare aliquem vernaculæ locutionis, maternæ linguæ, quod uſus ſit Germanica lingua, quod locutus ſit Germanicè. Sic notari barbariſmi, illatinæ locutionis, depravatæ locutionis. Notare aliquẽ non exhibitæ præceptori aperto capite reverentiæ, ſignare innoxium.

Vnterweiſung.

Inſtitutio, doctrina, educatio pue-

pueriliſ, inſtitutio antiqua, nova, præcepta artis vivendi, diſciplina juventutis, doctrina vivendi, ſtudia diſcentium.

Fürleſũg/Prælectio, Præſcriptio.

Fürgeſchrieben/Præceptus, præſcriptus, traditus, inculcatus.

Eine Regel/ Ordnung/Gebot.

Regula, forma, norma, formula, inſtituta, præcepta, præceptio.

EPITH. Norma, formula acerrima, certa, naturalis, conſentanea rei, breviſſima, publica, inſtituta præſtantiſſima, pulcherrima, agreſtia. Præcepta multa, permulta, plurima, præclara, cõjuncta naturæ, ſtabilia, firma, dilucida, Præceptum majus, breve, non difficile, acutum, neceſſariũ ſpinoſius, exile, cõmune, pervulgatum, vetus, Præceptiones novæ, brevitas præceptionis.

Art vnd Weiſe einem fürſchreiben/ Conſtituere formulam diſciplinæ, deſcribere, præſcribere formulam, concludere, comprehendere rem formulâ, Inducere, exprimere formulam, Aperire, ſancire, dare diſciplinam; dare normam, Dare, ſancire præcepta, præſcriptum edere, tradere, decantare præcepta.

Nach der Regel machen.

Sequi inſtitutum, præceptionem, formulam, perſequi præcepta, uti formulâ, regulâ, Noſſ, etenere præceptum, habere regulam, facere omnia ad normam, ad præſcriptum, ſatisfacere formulæ, parêre obtemperare pręceptis, ſervare præſcriptam regulam, præcepta tenere.

Nicht nach der Regel machen.

Aberrare à normâ, regula, præſcripto, hoc abhorret à norma, à formula, abeſt à formula.

Ein Probe/was einer gelernet hat.

Documentum, rudimentum, elementum, tyrocinium.

Eine Probe thun.

Ponere rudimenta, principia, ſtatuere documentum; deponere tyrocinium.

Auffgeben zu lernen.

Præſcribere, injungere aliquid ediſcendum, inflectendum, pretermiſit aliquid diſcendum preſcribere, nihil injunxit ediſcendum.

Lection können/Lectionem tenere, memoriter tenere. didiciſſe.

Lection auffſagen.

Reddere lectionem memoriter, denuo, de integro, memoriter, reddere lectionẽ perperàm, Reddere inter ſe lectionem.

Laſſen auffſagen.

Repoſcere lectionem, exigere ſcripturæ rationem, perquirere ex puero ſingula, quæ ad lectionem pertinent.

Einem etwas vorſagen.

Præire verba, præire verbis, voce præire carmẽ, præire alicui verba orationis dominicæ.

Nachſprechen/ Se qui ſigillatim præeuntem.

Einen vnterweiſen/ lehren.

Docere, tradere literas, ſcientiam,

tiam, Dare alicui ſcientiam, reddere aliquem doctiorem, efficere aliquem meliorem doctrinâ, exemplo, docere diſciplinam, Erudire, inſtruere, informare, tingere, inficere, inſtituere aliquem artibus, diſciplinis, præcipere diſcentibus, ſementē quandam virtutis & doctrinæ facere, præbere ſe ducem ad bonas artes diſcendas, viam alicui commonſtrare ad facultatem latinæ linguæ conſequendam. Præceptores ex veterum monumentis, tanquam ex opimis & pinguibus paſcuis colligunt, quæ ad ſaturandos humanitate animos pertinent, Tradere artem, in arte tradere viam rei, Præſcribere, explicare artem, Regere alicujus ingenium, digitum ad fontem intendere, demonſtrare alicui fontes, unde haurias, & itinera, expolire aliquem doctrinis, augere ſcientiâ aliquem, patefacere alicui aditum ad cognitionem, Inſtituere, erudire aliquos ad inſtituta majorum in diſciplina, regere aliquem diſciplinâ, dirigere aliquem ad normam diſciplinæ, convertere animos ingenioſorum adoleſcentū ad meliora, præire alicui iter ad ſtudia, meliores aliquos facere docendo, prodeſſe docendo, pręceptis erudire, Tradere præcepta, præcipere, præſcribere, Præcipere ſapienter, rectiſſimè, ſummo ſtudio, amiciſſimè, Adhibere alicui diſciplinam, doctrinā, excolere diſcentium ingenia omni genere diſciplinarum liberalium. Præire voce ad omnia laudabilia, ſummo labore & ſtomacho erudire, difficulter docere, ſummo ſtudio inſtituere, erudire aliquem ad modeſtiam, ad pietatem, literis, imbuere aliquē humanioribus diſciplinis, formare linguam puerorum, manu ducere aliquem, adjuvare aliquem monitis & præceptis, Edocere, condocefacere, perdocere, ſubdocere.

Wol unterweiſen.

Bene docere pueros, fideliter & accuratè inſtituere juventutem, enarrare aliquid diligenter, accuratè, ſummâ curâ, ad captū puerorum, inſtituere aliquos eleganter, fideliter, diligēter, Docere dilucidè, amicè, ſimpliciter, commodè & diligenter aliquid tractare.

Nicht recht unterweiſen/Ineptè & alieno tempore aliquid docere, per imprudentiam inculcare, leviter, parùm præcipere.

Etwas publicè **leſen.**

Suſcipere aliquid publicè docendum, illuſtrare aliquid quotidianis diſputationibus, auſpicari lectiones, Prælegere, enarrare, interpretari, explicare autorem aliquem.

Die Lection zum ende bringen.

Abſolvere lectionem, perducere ad umbilicum.

Philoſophiam **lehren.**

Docere, explicare, illuſtrare philo-

philoſophiam, fontes aperire philoſophiæ, Profiteri philoſophiã, ſementem facere virtutis & doctrinæ.

Ich wil dich in Tugend unterweisen.

Omnem meam cogitationem in oſtendenda virtute fixi & locavi, in tradenda tibi virtute ſum totus, hoc unum ſpectat mea induſtria, ut theſauros tibi virtutis aperiam, tradam, ut aditum tibi ad virtutem patefaciam, ut ornẽ te virtute, ut ad virtutem duce me pervenias, ut intelligas quæ ſit dignitas, qui ſplendor, quæ pulchritudo virtutis, Hortator & impulſor tibi ſum ad viam virtutis perſequendam, Hoc curo ut doceam te pleno gradu ad divina properare.

Viel Discipel haben.

Habere, accipere diſcipulos, acquirere diſcipulos, magnus ad eum fit concurſus.

Discipel abspenstig machen / Abducere ab aliquo diſcipulos.

Unterwiesen werden/lernen.

Inſtitui, erudiri doctrinâ, fingi ad humanitatem, fieri doctum, doctiorem, Eruditionem à magnis viris accipere, diſcere à philoſophis, primis literis imbui, ſuſcipere inſtitutionem, imbui præceptis, Guſtare, cognoſcere, percipere mandata, Exerceri in diſciplina, meliorem fieri diſciplinâ, inſtrui à doctoribus, commodiùs doceri, erudiri egregiè, liberaliter educari, ex alicujus ore pendêre, Alicujus doctrinam combibere avidiſſimè, Hoc doctore ad evangelii cognitionem uſus ſum, exerceri apud magiſtrum in aliqua re, informari, erudiri honeſtis artibus.

Unterwiesen/unterrichtet.

Inſtitutus, informatus, conformatus, imbutus, optimè inſtitutus, informatus, liberaliter, ingenuè educatus, inſtitutus, ſummo ſtudio doctus.

Fleissig/unfleissig zu hören.

Auſcultare præceptorem enarrantem attentè, animadvertere omni diligentiâ, Oſcitanter, non attentè auſcultare.

In der Statt sind viel gelehrte Leute/Es ist da eine gute Schul.

Civitas dedita optimis ſtudiis, affluens bonis artibus, parens omnium laudandarum artium, atque adeò ipſius humanitatis, Referta aſſiduè, & ut ita dixerim, fœta erudituſſimis hominibus, fœcundiſſima parens virorum omni doctrinâ & virtutum laude præſtantium.

Aus der Schuel sind viel gelehrte Leute kommen.

Prodierunt ex hac ſchola innumerabiles viri, incertum doctiores an meliores, produci è ſchola, talis evaſit ex hac ſchola, Exire è ludo, è ſchola doctus, facundus.

Die Schule zuläufft.

Exinanitur hæc ſchola, relinquunt hanc ſcholam diſcipuli, ſeducuntur alio.

Böse Disciplin/Perturbatio diſciplinæ, diſciplina perverſa, mala, indulgens.

Durch böse Disciplin verderbet werden/ Depravari diſciplinâ mala.

Degeneriren/der Institution vergessen.

Deſciſ-

Deſciſcere ab inſtitutione, ignarum aut negligentem eſſe inſtitutorum, diſciplinæ, mutationem facere inſtitutorum, obliviſci inſtitutorum, relinquere diſciplinam, elapſa eſt ipſi de manibus diſciplina.

De Interrogatione.

Eine Frage/ Interrogatio, quæſtio, percontatio, diſquiſitio, rogatio, quæſtiuncula, interrogatiuncula.

Eine weitleufftige Frage/ Quæſtio latè patens, diffuſa, vaga, libera.

Eine ſchwere Frage.

Quæſtio obſcura, perobſcura, perdifficilis, ſubdifficilis, interrogatio captioſa, fallax.

Eine loſe/närriſche Frage.

Vitioſum, ignavum, iners genus interrogationis, ſtultiſſima interrogatio.

Eine rechte Frage/ Apta, gravis, concinna interrogatio.

Alia. Epith. Communis, nova, perpetua, magna, maxima, duplex quæſtio, infinitæ quæſtiones, multę quæſtiunculę, minutæ, anguſtæ interrogatiunculæ, ſervilis percontatio.

Gefragt/ Rogatus, interrogatus quæſitus.

Einer der da gefraget.

Interrogans, rogans, quærens, percontans, percontator.

Es iſt ſtreitig/ man kan allhier fragen/ man fraget billich.

Vocatur res in quæſtionem, diſceptationem, Res habet aliquid quæſtionis, Naſcitur, exiſtit quæſtio, in quæſtionem venit, in quæſtione eſt, eſt quæſtio de hac re, opus eſt mihi quæſito, Eſt cauſa, cur aliquem audire velim, quæritur in quæſtione, verſatur hoc in quæſtione, Hæc obſcuriora pervicaciores ad quæſtionum deliria invitare poſſunt.

Eine Frage anſtellen.

Ponere, proponere quæſtionem, quæſtionem afferre, libenter quæſierim ex illis.

Fragen/ außforſchen.

Interrogare aliquem, interrogare aliquid, Percontari aliquid, percontari aliquem, Sciſcitari, ſciſcitari aliquid ex aliquo. Quærere ex aliquo, quærere ab aliquo, requirere ab aliquo rationē, exquirere aliquid ex aliquo, Rogare aliquid, rogitare aliquē, obtundere aliquem rogitando, expetere aliquid ſcire, deſiderare ab aliquo rationem rei, conſumere tempus percontationibus, expiſcari ex aliquo, expiſcari aliquid ab aliquo, uti quæſtionis genere, pungere interrogatiunculis, captiosè minutatim interrogare, acutè rogare, per literas ſciſcitari, interrogare ſemel, breviter, ſæpe, ordine, viciſſim, Exquirere alicujus ſententiam, voluntatem, judicium, Rogare te unum volo, Eſt quod volo exquirere ex te. Quæſo quod te percunctabor, ne id te pigeat proloqui, Quæro te hanc rem, quæro te de hac re, quæro hanc

rem abs te, ex te, Percontationē facere ex aliquibus, ſcrutari omnia, ſciſcitari, leve quid & nugatoriū.

Mit Fragen etwas heraus bringen/ Elicere ſententiam alicujus interrogando, Extorquere, eripere alicui orationē ex ore, reperire percontationib9, invenire aliquid ex aliquo, ſcire aliquid ex aliquo.

Eine Frage verwerffen/ Infirmare quæſtionem, profligare, rejicere, exterminare quæſtionem, occurrere quæſtionibus.

Vmb Antwort anhalten.

Inſtare interrogationi, vel interrogatione, urgere aliquem ad reſponſionem.

De Reſponſione.

Antwort.

Reſponſio, reſponſum, gravitas, contumacia reſponſi.

Epith. Reſponſum præclarum, aliquo dignum, alicujus ſapientiâ dignum, ſuperbum. Reſponſa vera, apertiſſima, veriſſima, accõmodata, firma, acuta, acutè, Reſponſio brevis, inimica.

Antworten.

Reſpondere, referre, referre ſimpliciter, Reſpondere ad rogatum, ad interrogata, Explicare quæſtiones, quæſtionem ſolvere, diſſolvere, Dare, reddere reſponſum, Reſpondere verbum, ſurgere ad reſpondendum, Proloqui verbū, Reſponſum ſatis eſt ab eo de hac re, reſpondere ad ea quæ quæſita ſunt, reſpondere ad ſingula, reſpondere literis, & ad literas, reſcribere ad ea quæ quæruntur, Nihil habeo, quod reſcribam tuis literis, nihil eſt quod reſpondeā, hoc volo ipſi reſpouſum, renidens inquit, ad ea rex placidè & benignè verba facit, rependere affatim verborum, Reſpondere copiosè, cumulatè ad omnia, ſatis. dilucidè, conſtanter, benè, rectè, quâm commodiſſimè, honeſtè, honorificè, planiſſimè, veriſſimè, conſideratè, argutè, diligentiſſimè, acutè, conſtanter, liberaliſſimè, graviter, nõ gravatè, libentiſſimè, perbenignè, facilè, venuſtiſſimè, humaniſſimè, minùs vehementer, audacter, confidentiſſimè, amicè, demiſsè, ſuppliciter. Nugatoriè, captiosè, ſuperbè, ferociter, impudenter, triſtius, abſurdè, aſperè, malè, improbiſſimè, ineptè, Ineptè ſciſcitanti ineptè reſpondendum eſt, ſimpliciter referre.

Widerpelffern.

Reſponſitare, reſponſare, obſtrepere, obmurmurare, reclamare, refragari, repugnare, contradicere, obloqui, verborum affatim rependere.

Du antworteſt nicht recht / du antworteſt nicht auff das / das ich dich frage.

Aliter reſpondes ac rogo. Non reſpõdes ad ea, quæ quæſita ſunt. Ego de alliis loquor, tu de cepis reſpondes, non convenienter reſpondes ad interrogata, aliud quæro aliud reſpondes, reſpondes abſurda, quæ reſpondes ad rē non periinent.

Antwort bekommen.

Ferre, auferre, referre reſponſū ab aliquo.

Mit der Antwort zu frieden ſeyn.

Probare, reſponſa, acquieſcere,

non

non commoveri responso, gratū est mihi responsum.

Es darff keiner Antwort.

Non necesse est respondere ad hanc rem, non indiget res responsione, indignum est responso.

De Disputatione.

Disputation/Wortgezäncke/ Vnterredung.

Disputatio, disquisitio, Ars, via, artificium, scientia, ratio, prudentia disputandi, nobilis ingenii doctrinæq; contentio, verborum pugnæ, conflictus, conflictationes, contentiones, altercatio.

Epith. Longa, satis litigiosa, copiosa, abstrusior, unius diei, simplex, acris disputatio. Disputationes in omnem partem diffusæ, infinitæ, concertationum plenæ, eruditæ, eruditissimæ, elegantes, ancipites, splendidæ, subtiles.

List in der Disputation.

Argutiæ, strophæ, tergiversatio, ambages, vafricies.

Ein Disputator/Vnterreder.

Disputator, disputans.

Epith. Subtilis, vehemens, acutè disputans, diligēs, promtus, clemens, quietus, facetus, versutus, vafer, pertinax, perpugnax, probatus in certamine.

Etliche anstellen zum Disputiren.

Inducere, facere aliquos disputantes.

Eine Disputation anfangen.

Accedere, aggredi, ingredi disputationem.

Lust zum Disputiren haben.

Delectari disputatione, incumbere in disputationes.

Disputiren/sich vnterreden/ Colloquium, Gespreche halten.

Disputare, disserere, conferre sermones, altercari, contendere, philosophari, versari in re difficili ac multum ac sæpe quæsita, quærere aliud ex alio, congredi cum aliquo, contendere inter se verbis, altercatio orta est inter aliquos de re aliqua, Est disputatio inter nos, uti disputatione, habere disputationem, altercationem, consumere tempus vel diem disputatione, altercatione, digladiatur inter se de tricis, summâ contentione disputare, de hac re serram inter se reciprocant eruditi, Disputare benè, malè, subtiliter, multum, multis, pluribus, copiosè, fusè, liberè, variè, optimè, rectè, commodè, præclarè, eleganter, splendidè, prudenter, eruditè, acutè, doctè, argutè, Studiosè, enucleatè, accuratè, diligenter, amanter, liberiùs, facetiùs, audaciùs, palàm, severè, acerrimè, inimicissimè, infestissimè, inscitè, lentiùs, timidè, temerè, negligentiùs, jejunè, exiliter, leviter, tenuiter, verbotenus, separatim, coràm, subitò, diu, quotidiè, perpetuâ oratione.

Den statum in der Disputation endern.

Commovere, convertere cornua disputationum.

Einen vberwinden im Disputiren.

Irretitum tenere laqueis disputationum, vincere pertinaces.

In einer Disputation seyn.

Interesse

Interesse, adesse disputationi, disquisitioni, operam dare sermoni disputantium, audire studiosè disputantes.

Nicht gern disputiren.

Defugere disputationes, abesse ab altercationibus.

Durch Disputation wird die Sache verdunckelt.

Disputatione frangitur & extinguitur res.

Widerpart Haltung.

Contradictio.

Widerpart/Contradicens, contrarius. Widerpart halten.

Contradicere, adversari.

De Imitatione.

Nachfolgung.

Imitatio, imitatio depravata, periculosa, æmulatio.

Ein Ding dem man folget.

Imitabilis, imitandus.

Ein Nachfolger.

Imitator, imitatrix, æmulator, sectator, assectator, imitator facetus, temerarius, inconsideratus. Tacitus est maximus assectator Salustii.

Einem ein Exempel geben nachzufolgen.

Deducere aliquem ad imitationem paternæ constantiæ, revocare aliquem ad exempla virtutis paternæ, proponere alicui exemplar.

Einem nachfolgen / einem etwas nachthun / einem nacharten.

Imitari, æmulari, contendere ad imitationem, versari in alicujus rei imitatione, Exemplum habere, sequi, persequi mores alicujus, exprimere vitam alicujus, simulare aliquid imitatione, esse, existere imitatorem, assectatorem alicujus, non magnoperè imitari, Studiosè, perversè, fallaciter imitari, exemplum petere, proponere sibi, proponere sibi aliquem imitandum, eodem itinere gradi quo Cicero olim, progredi ad alicujus exemplum, persequi alicujus vestigia pro virium suarum modulo, sequi in aliqua re Philosophos, æmulari alicujus industriam. Se componere ad alicujus imitationem. Cicero Platonem sequebatur, Platoni tribuebat plurimum, Platoni planè credebat, ut oraculo credebat, errare cum Platone malebat, quàm cum aliis benè sentire. Cicero Platonē spectabat, imitabatur, ad ejus gloriam exequendam magna industria contendebat, Optimum omnium sequebatur & propositū sibi habebat, cupiebat se simillimum Platonis. Sermo ostendit eum versatum in bonorum scriptorum lectione, affert hoc haustum ex veterum fontibus, apparet id è priscis illis esse imitatum & effictum. Cicero multas loquēdi formulas à Trentio desumtas in sua scripta transtulit, formulas à Terentio acceptas in suum usum transtulit.

Wol imitiren/recht nach thun.

Consequi, exprimere aliquid imitatione, feliciter exprimere, mirificè, perfectè imitari. Respondet filius paternæ gloriæ omni ex parte, Poëtam hunc feliciter expressit.

Zu sehr imitiren / einem etwas außstelen.

Epistolam hanc totam ex Cicero-

ne mutuatus eſt, hujus epiſtolæ bonam partem tranſſcripſit ex Cicerone, Euſebius ex Africano omnia in ſuum librum transfudit tanta ſecuritate, ut ore Africani loquatur, verba ipſa Africani obſervet, nihil denique boni ibi repoſuerit, quod lege Atiniâ ei Africanus condicere non poſſit.

De Examine.

Probierung/Examen.

Examen, inveſtigatio rei, periclitatio,

Examen in der Schuel.

Tempus agendi delectum ingeniorum, tempus periculum faciendi puerorum eruditionis.

Examiniren in der Schuel.

Agere, habere delectum ingeniorum, expiſcari alicujus ingenium, periculum facere puerorũ eruditionis.

Nach der Kunſt reguliren/ examiniren.

Ad examen artis exigere, redigere, ad artem redigere, revocare. Inſpicere, explorare & excutere aliquid diligentiùs. Ad Ciceronis autoritatem tanquam ad Lydiũ lapidem omnia ſunt examinanda, examinare pondera verborũ. *Examinare rem dicimus, non examinare Petrum, Paulum, &c. dicimus tamen examinare Canditatos, hoc eſt, explorare & excutere doctrinam* & *mores candidatorum,* aliquẽ introſpicere penitiſſimè.

Sich ſelbſt prüfen.

Examinare & explorare ſuam conſcientiam, inſeipſum diligenter inquirere.

Verſuchen/Probiren.

Novum experiri calamum, probare, explorare calamum, amicum tentare, periculum facere alicujus rei, periclitari rem, experiri cum periculo, Tentare, periclitari fortunam.

De Experientia.

Erfahrung/Vbung/Gebrauch.

Experientla, experimentum, mirificus uſus rerum, inſignis & illuſtris rerum uſus, multarum rerum uſus, longinqui temporis uſus, maximum experimentum, longinqui temporis periclitatio, quotidianus uſus.

Geübet ſeyn/viel erfahren haben.

Valere, antecedere, uſu præditum, ornatũ eſſe uſu, homo plurimarum rerum uſu ſpectatus, præditus uſu, exercitatione, imbutus uſu, ſuperior uſu, peritus ad uſum ac diſciplinam, peritus rerũ & exemplōor & omnis vetuſtatis, & maximarum rerum, perdoctus rerum varietate & uſu, non rudis, uſus ipſi acceſſit, cœpit aliquid experiri, animus occalluit uſu, poteſt conferre uſum & ſcientiã ad rem.

Einen auff die Efahrung weiſen.

Excitare aliquem ad experientiam, deducere aliquem ad rerũ uſum, docere aliquem uſum.

Erfahrung/durch Vbung lernen.

Experiri, cognoſcere experiendo, vagari in rebus & uſu. Notare, animadvertere, diſcere uſu. Percipere utilitatem aliquam longi tẽporis uſu & periclitatione, perdiſcere hoc eſſe verum, experiri, diſcere ſuo malo, periculum alicujus rei facere, uſu comperire, addiſcere, diſcere, habere.

Die

Die Erfahrung lehret viel.

Experientia magiſtra eſt multarum rerum, Multa diſcuntur, percipiuntur ab experientia, Multarum rerum ſcientia, cognitio, intelligentia, doctrina capitur, ſumitur, hauritur ab experientia & uſu. Multa cognoſcuntur experientiâ duce. Multarum rerum magiſter eſt uſus, multa docet, oſtendit, patefacit, Ad multarum rerum ſcientiam viam aperit uſus. Erudimur valdè, inſtituimur, expolimur, ex ignorantiæ tenebris educimur, ad ſcientiam multarum rerum pervenimus experientiâ duce, Multarum rerum ſcientiam conſequimur, experientiam ſecuti, experientiâ docti, experientiâ magiſtrâ, uſus rerum hoc docet, dies multa affert, Vita longa uſusque docet, vetuſtas affert ſcientiam in obſervatione lõginqua. Compertum eſt, perſpectum eſt crebra animadverſione.

Man ſihet es täglich.

Videre licet, videre eſt, obvium hoc eſt quotidie, experientia teſtatur, quotidie videas, cernas.

Vnerfahrenheit.

Ignorantia, inſcitia, imperitia.

Vnerfahren/ vngeübt.

Rudis, ab uſu rerum imperitus. qui experientiâ caret, uſum rerũ ignorat, non ſatis in tractandis rebus verſatus, nullius experientiæ, uſu minimè doctus, uſu expers, rudis in rebus, tanquam novus hoſpes, planè peregrinus, parùm verſatus in rebus, rerum inſciens, ignar9, expers, qui experientiâ vacat, res non tractavit, uſum rerũ non habet, peregrinatur in rebus.

De Exercitatione.

Vbung.

Exercitatio, tractatio, habitus, Conſuetudo, conſuetudo & exercitatio, Exercitatio & uſus quotidianus.

EPITH. Exercitatio maxima, multa, plurima, modica, ſumma, honeſta, egregia, laborioſa, ludicra, campeſtris, Exercitationes crebræ, magnæ, aſſiduus uſus, aſſiduitas exercitationis, mediocritas exercitationis.

Geübet.

Exercitatus, exercitus, verſatus in aliqua re, conſuetus, ſuetus, aſſuetus, Aſſuefactus, In magna varietate multùm verſatus, inprimis exercitus, valdè exercitatus, ſatis exercitatus, habens uſũ, qui uſu valet, nactus eſt conſuetudinẽ, obduruit conſuetudine.

Es bedarff Vbung.

Indiget hæc res exercitationis plurimæ, deſiderat uſum & exercitationem, eget exercitatione.

Einen üben.

Exercere aliquem in aliquem morem, Adducere, deducere, inducere aliquem ad conſuetudinem, imbuere conſuetudine, aſſuefacere exercitatione, continere aliquem in exercitatione.

Ein Ding üben/ſich üben.

Exercere, tractare, terere aliquid, ſubire uſum, dare ſe in exercitationem rei, capere exercitationẽ, Suſcipere, adhibere exercitationem, uti exercitatione, verſari nõ mediocriter in exercitatione, augere exercitationem, multos annos aliquid exercere, in una re totam mentem, verſari, in una

re omni mente, cogitatione, curaque versari, gravi judicio multâque arte se exercere, non mediocriter versari in aliqua re, omni tempore versari in re, quotidiè se exercere, proponere sibi exercitationem, jactari in re aliqua, instituto suo uti, institutũ suum tenere, servare, ad institutum redire, reverti, in instituto manere, Multum studii, laboris, diligentiæ, industriæ, operæ ad aliquam rem conferre, versari in aliqua re & ingenio & industriâ, Exercere se vehementer, vehementissimè, studiosè, diligenter, diligentissimè, accerrimè, studiosissimè.

Durch Vbung etwas lernen.

Exercitatione aliquid comparare, adjuvari exercitatione, augere aliquid exercitatione, consequi aliquid exercitatione, exercitatione rei assuefieri ad aliquid, exercitatio prodest.

Vbung lehret alles.

Exercitatio plurimum prodest, Maximam vim habet assiduitas, usus optimus omnium rerum magister, fabricando fabrilis ars discitur, multis ictibus dejicitur quercus.

Vbung vnterlassen.

Relinquere exercitationes, deserere studium, abstrahi ab exercitatione à Decedere, discedere, rec..d re, consuetudine, exercitationem rei alicujus perdere.

De Peregrinatione.

Wanderschafft.

Peregrinatio, peregrinatio molesta, tempus peregrinationis, peregrinatio longinqua.

Bündel / Sarcina, sarcinula, pera.

Wandern.

Peregrinationes longinquas suscipere, in alium orbem deferri, sustẽtare se in extera nationes versari peregrinum in aliqua regione.

Frembder/Außländischer.

Peregrinus, extraneus, advena, alienigena, exterus.

De Exemplo.

Exempel/Vorbild.

Exemplum, exemplar, documentum, specimen, typus, factũ ex antiquitate repetitum.

Epith. Exemplum honestũ, clarum, grave, præclarissimum, mirabile, illustre, insigne, malum, perniciosum, notum, multum, domesticum, externum, vetus, novum, antiquum, recens, vivum, spirans, ratissimum, æternum.

Exempla maxima, antiqua, multa, plurima, quàm plurima, mirifica, insatiabilis copia exemplorum.

Ein Exempel suchen.

Quærere, conquirere, petere alicunde exempla, expetere, rapetere exemplum.

Einem gut Exempel geben.

Præire alicui exemplo, Præbere, suppeditare, dare exemplũ esse alicui exemplo, subministrare exemplum, copiam exemplorum,

plorum, Incitare aliquem exemplo ad aliquod animi propositum, statuere documentum, Relinquere, prodere, proponere ~, edere exemplum, nocere exemplo.

Ein Exempel nehmen / etwas jhm zum Exempel setzen.

Capere documentum, sumere exemplum, capere, petere exemplum, proponere sibi exemplar, Constituere proponere sibi imaginem alicujus, periculum ex aliis facere, Nosse, habere, eligere, intueri exemplum, uti exemplis, hoc est mihi exemplo, hoc est mihi exemplum, ex aliis capere exemplum, inspicere vitas aliorum tanquam in speculum, capere de aliquo exemplū, aliorum exempla me docent, dare possum hujus rei exempla.

Einem Exempel folgen / etwas nachthun.

Sequi, imitari exemplum, alicujus exemplo aliquid facere, renovare alicujus exemplum ~, facere aliquid ad exemplum alicujus, exemplar exprimere, ponere sibi ante oculos aliquem ~, proponere, constituere sibi ante oculos exemplum, imaginem ~, Hoc non est meum exemplum, *id est, non primus fui, qui hoc fecit.*

Etwas mit Exempeln beweisen.

Confirmare, docere repetitis ex veterum memoria exemplis. Exemplum ponere, apponere, supponere, proponere, copiâ exemplorū refellere aliquid magis quàm argumentis, Proferre exēpla vetera, aliena, recentia, adjungere exempla rebus, Revocare aliquem ad exempla veterum, Repetere autoritatem ab ultima antiquitate, illustrare iliquid vita & factis summorum virorum, Exemplum hoc nō videtur prætereundum, Exempla sequuntur ex eorum numero, opponuntur exempla, collectis exemplis patefacere, Liquidò constat hoc exemplis, exponere aliquid exēplis, illustrare, exornare aliquid copiâ exemplorum insatiabili, docere aliquid exemplis.

Als zum Exempel.

Exempli causâ, gratiâ, loco, verbi gratiâ, ut puta, ut ecce, veluti, ut non longè abierimus.

De Inscitia.

Ungeschickligkeit / Ungelehrheit.

Barbaries, inscitia, inscientia summa, ignorantia, seculum ineruditum, inficetum.

Ungelehrt / der nichts gelernet hat.

Indoctus, ineruditus, illiteratus, idiota, iners, rudis, inscius, ignarus, imperitus, agrestis, barbarus, Tam indoctus, ignarus, planè indoctus, admodum indoctus, omninò rudis, omnium rerum ignarus, rudis & inscius, nullo literarum cultu politus, morum incivilitatem cum summa literarum imperitia conjungit. Parùm est & à doctrina & à judicio

Judicio parat⁹, omnis eruditionis expers, literas neſciens, homo ſine ingenio, ſine literis, homo comunium literarum & politioris humanitatis, expers, plũbeus, omnium rerum imperitiſſimus, maximè rudis, maximè inſcius, cujus ignorantia, inſcitia, inſcientia ſumma eſt, omnes vincit inſcitiâ, non invenias inſcitiâ ei parẽ, omnia eum latent, nihil prorſus novit, nullam partem doctrinæ tenet, alieno ingenio, alienâq; linguâ ad omnia uti neceſſe habet, ejus animus caret doctrinarum luce. Græcarũ literarum rudis, indoctus Græcè, græcæ linguæ omninò ignarus, Rudis artium, rudis in artibus, rudis ad bella, non eruditus artibus, nullâ cognitione rerum ornatus, ignar⁹ omnis eruditionis, rudis omnium rerum ignarusque, parùm ille philoſophus eſt.

Er war nicht ſonderlich gelehrt.

Literas vix attigerat, guſtaverat, literas à limine ſalutaverat, abditis literarum fontibus aut nihil aut parum hauſerat, literis erat mediocriter, leviter, vulgariter, non admodum, haud ſatis, haud multùm eruditus, inſtitutus, inſtructus, planè, perfectè, abſolutè, exquiſitâ quadam ratione, excellenter, egregiè, præclarè literatus non erat, longê aberat à perfecta literũ ſcientiâ, Reconditæ, exquiſitæ, ſingulares, egregiæ in illo literæ non erant, vulgares in illo literæ erant, Literas non planè noverat, parum in via literarum proceſſerat, in margine adhuc & finibus Latii hæret.

Vngelehrt ſeyn.

Expertem, ignarum eſſe doctrinæ, eruditionis, neſcire literas humanitatis, Sine literis, eruditione, humanitate eſſe, ne primoribus quidem labris attigiſſe literas, hæc illum fugiunt.

De Libris.

Schrifft.

Scriptum, ſcripta.

Verzeichniß / Literæ, monumenta.

Ein gantz Werck / Opus, corpus.

Ein Buch.

Liber, libellus, volumen, codex.

Geſchrieben alt Buch.

Manuſcriptum, monumenta manuſcripta.

Tafel / Tabula, tabella, album.

Schreibtafel.

Pugillares, membrana deletitia, lituraria.

Patent / Pugillar bipatens,

Gedächtniß Buch.

Commentarius, commentarium.

Jahr Buch.

Codex exceptorius, collectaneorum libellus.

Denckbüchlein / Hand-Buch.

Diarium, ephemeris.

Denckzettel.

Hypomnemata, libellus memoriæ, memorialis.

Schmierbuch Sudelbuch.

Adversaria, tabellæ tumultuariâ operâ perscriptæ.

Register / Catalogus, index.

Außzug.

Epitome, compendium, breviarium.

Original / Archetypus, autographum.

Schreibebüchlein / Codicilli, ceratæ tabulæ.

Meßbücher / Libri sacri, rituales, libri liturgiæ.

Reisebuch / Itinerarium, Hodœporicum.

Stambuch / Album amicorum, liber πολύχειρος φιλοτήσιος.

Schmeheschrifft / Invectiva, charta dentata.

Ordnung des Wercks / Cõtextus.

Ein Theil der Bücher / Tomus.

Ein Capitel / Caput, capitulum.

Ein Theil / Pars, sectio.

Ein Absatz im Druck / Paragraphus.

Ein Defect / Lacuna.

Ein gemeiner Locus, Locus, magnus latè patens, locus philosophiæ gravis, necessarius locus.

Einen *Locum* tractiren.

Exponere, tractare, absolvere locum, partes, locus hic breviter tangitur, prætermittitur, relinquitur.

Ein Quodlibet / Collectanea, analecta.

Kurtze Anleitung / Institutiones, introductiones, Isagoge.

Handbuch / Enchiridium, manuale.

Der Vberzug am Buche / Involucrum, operculum, involucrũ de pelle ovina, suilla.

In Pergament gebunden / Involucrum membranaceum,

Buckel / Umbilicus, uncinuli angulares.

Damit man das Buch auffbehält/Retinaculum.

Buchkasten / Libraria, Scrinium, scrinium librarium, repositorium, foruli.

Bücherstube/Liberey.

Bibliotheca, libraria.

EPITH. Bibliotheca mirifica, referta libris, vetus, pulcherrima, augusta, magna, permagna, Instructa optimorum librorum, signorum, numismatum veterũ, cæterorumque antiquitatis monumentorum copiâ, bibliotheca multorum librorum, bibliotheca fraude exhausta & exinanita.

Eine Liberey anrichten.

Concinnare, instruere, instituere bibliothecam, sumtus suppeditare ad ornandam bibliothecam.

Ein Buch auffthun/ Explicare librum.

Ein Buch zuthun / Complicare, claudere librum.

Diß Buch ist in der Liberey.

Asservatur hic liber in hac bibliotheca.

In der Liberey seyn und studieren.

Abdere se in bibliothecam, sedere in bibliotheca libris circumfusum, excutere veterum bibliothecas.

Ein Buch / Liber, volumen, scriptum, commentarius, adversaria, annales.

EPITH. Volumen magnum, maximum, magnitudo voluminis, novum volumen, perantiquum volumen.

Liber, libellus, liber parvus, gratissimus, in hoc abditarum, retrusarumq; rerum, ex uberrimis philosophiæ fontibus haustarum tractatio cõtinetur, Scripta multa, multitudo scriptorũ, præclarè scriptum, meditatum, cogitatum, plenum prudentiæ, politum, absolutum, subtilitas & elegantia scriptorum, lectione dignum, leviora scripta, Græca, latina scripta, commentarii infiniti, commentaria corrupta, cõmentitia, publica, privata, perfectum commentariolum, Monumenta gravissima, certissima, Greca, Latina, antiquissima, sempiterna, Adversaria menstrua, negligenter scripta, fides, vis, autoritas adversariorum, Annales jucundi, novi, veteres, vetustas annalium.

Ein Buchschreiber/ein *Autor*.

Scriptor, autor, magister.

EPITH. Major, bonus, optimus, idoneus, præstans, politus, politissimus, ornatissimus, venustissimus, subtilis, elegans, luculentus, locuples, locupletissimus, gravissimus, ferreus, malus, antiquus, vetus, pervetus autor, scriptor, magister, Boni, probati, utiles autores, commoditas, brevitas scriptoris, Eruditus & scriptis editis nobilis. Quid Plinio in epistolis limatiùs? aut Senecâ

gravìûs? aut Cicerone in omni genere perfectius? Saluſtius accuratus cum primis homo, præſtantiſſimi omnis ęvi ſcriptores, reliquit nobis monumenta ingenii ſui plurima & pulcherrima, In ſcriptis ejus apparent expreſſæ excellentis ingenii, eximiæq; probitatis notæ, tuentur ſeſe ejus libri utilitate, ne negligantur.

Nicht ein guter *Author*, nicht ein gut Buch.

Satius eſt nihil agere, quàm hiſce legendis operam perdere, Recentiorum ſcripta, tanquam vina levia, quãdiu muſtea ſunt, ipſo novitatis ſapore placent, abſurda ſcribere.

Ein Buch das falſch vnd vnfleiſſig geſchrieben wird.

Archetypus minùs luculentè eſt exaratus, aſſcriptionibus & inſertionibus chartarum interpolatus, Magna eſt in veterum ſcriptis & depravatio & difficultas, Multa vel temporum vel hominum culpâ in veterum ſcriptis corruptè & depravatè legũtur, Liber depravatus, multilatus, non integer, mendoſus, mendis ſcatens, refertus mendis, mendoſè impreſſus, mendoſè ſcriptus.

Ein Buch ſchreiben oder Bücher ſchreiben.

Inſtituere opus, tabulas, Deſcribere, conſcribere, ſcriptiare aliquid, appellere animum ad ſcribendũ, applicare ſe ad ſcribendam hiſtoriam, conferre ocium ad ſcribendum, conferre ſe ad ſtudium ſcribendi, conſumere ocium in ſcribenda aliqua re, texere opus, façere, conficere, efficere volumen, comentarium, Perficere, abſolvere commentarium, confectio libri, ſcribere codicem, librum, componere librum, Lucubrare, texere opus, opuſculum, perpolire librum, apparatis verbis cõponere, ſcribere commẽtarium in aliquem librum, Illuſtrare veterum libros, Librum contexere, ſpero me aliquid novi hiſce diebus edolaturum, alta meditor, quæ cogito procudere, elaborare, quod & ſibi gloriæ & poſteris uſui ſit, exornare ſcriptum, Excudere aliquid quod ſibi ornamẽto, aliis uſui, aliis oblectationi ſit, Scribam qualiacunque potero, etſi egregium à me expectari non poteſt.

Du ſchreibeſt gute Bücher.

Scribis egregiè, ſcribendi laude excellis, ſubtiliter & eleganter ſcribis, ita ſcribis, ita verſaris in ſcribẽdo, ita te in optima ſcribendi ratione exerces, ut excellat tua induſtria, ſcribis ut pauci, propriam quandam laudem in ſcribendo conſequeris, præclara ſunt quæ ingenio ſtudioq; paris, quæ tua parit induſtria, mirabiles ſunt, minimè vulgares ingenii & induſtriæ tuæ fructus. Semper aliquid ex te pro-

mis, quod alios delectet, teipsum laudibus illustret.

Man hält viel von deinen Büchern.

Libri tui omnibus vigent, egregia de tuis libris opinio est, existimatio est, Præclarè de tuis libris omnes existimant, sentiũt, judicant, Tui libri magno apud omnes in honore sũt omnium judicio probantur, laudibus ac testimoniis ornantur, in manibus sunt, in manibus habentur, manibus teruntur, sinu vorentur, circumgestantur, circumferuntur, assiduè tractantur, diligenter evolvuntur, accuratè ac studiosè lectitantur.

Die Alten haben wol von der Tugend geschrieben.

Ita veteres de virtute scripserunt, ut in libris eorum singulis eniteat, eluceat, emineat, excellat industria, Præclara sunt à veteribus ad benè vivendum scripta de virtutis præstantiâ traditâ, prodita, memoriæ mandata, monumentis literarum consignata, scriptis explicata, consignata chartis, tradita literis, prodita literis, mandata, consignata, commendata, comprehensa, expressa, explicata.

Alles in ein Buch bringen.

In unum volumen congere, redigere, unum volumen ex omnibus conficere, efficere orationes, quæ dispersæ & errantes vagabantur aut neglectæ in adversariis jacebant, in unum corpus collegi.

Ein Compendium, Außzug machen.

Ex veterum scriptis excerpere, quæ utilia sunt, eaq; in unum corpus, resectis cæteris ordine digerere, ut studiosorum labor minuatur & levetur.

Ein Buch publiciren / lassen außgehen.

Edere librum, dare foràs scripta, emittere, in lucem proferre, evulgare, divulgare librum, liber excidit mihi, referre opus in apertum, in publicum emittere, Passus sum extare meas epistolas, typis descriptum librum emittere, passus sum exire in vulgus, volui hunc mei laboris fructũ in hominum manus pervenire, Liber exiit mihi è manibus, antequam judicio meo satis probaretur, nihil simile exiit in publicum prodiit, Profer in publicum quæ notasti, & laboris tui fructum cum cæteris, antiquâ illâ naturæ & humanitatis lege communica.

Einem ein Buch zuschreiben.

Dicare alicui librum ex more, deferre alicui amico suæ sortis munusculum librarium, mittere ad aliquem opus, honorificâ alicujus appellatione scriptum aliquod exornare, inscribere alicui opus, vigilias suas alicui dicatas velle, inscribere alicui suũ librum & quasi cõsecrare, tu potissimũ idoneus visus es, in cujus patrocinio & autoritate hic liber conquiesceret, testatam hi-

sce

ſce munuſculis volo magnitudinem obſervantiæ erga te meæ.

Wider einen ſchreiben.

Stringere ſtylum in aliquem, invehi in aliquem ſcriptis, orationem contorquere in aliquē, impetere aliquem calamo, ſcribere in aliquem, oppugnare alicujus ſententiam ſcriptis.

In Büchern nachſchlagen / nachſuchen.

Replicare annalium memoriam, repetere aliquid ex literarum monumentis, quærere ex monumentis, Tabulas conquirere, eruere, excitare ex annalium vetuſtate, & monumentis.

Etwas in Büchern finden / es ſtehet in Büchern.

Invenire, aſſequi aliquid ex tabulis, reperire in commentariis, eſt in commentariis, Extant ſcripta, res extat in literis, in annalibus, conſtat ex literis, continetur literis, voluminibus, habetur res in libris, Libri docent hoc, ſcripta indicant, Demonſtratur, planum eſt, comprobatur literis, Patet, expreſſum eſt in tabulis, Scripta illud declarant, apparet ex ſcriptis, teſtari poſſum hoc monumentis, confirmant hoc codices, in codice cōgeſtum aliquid habere.

Die Bücher fälſchen.

Eximere, tollere, evellere aliquid de tabulis, libris, reſignare fidem tabellarum, pervertere, corrumpere, commutare ſcripta, tabulas, Ex codice delere, Delere, obliterare literas, lituram inducere, expungere, eradere literas.

Die Bücher kommen vmb.

Chartæ vel libri obſoleſcunt, intereunt, depereunt, Sic perdere, cōbuerere annales, Vulcano vel tardipedi Deo tradere.

Argument oder Inhalt einer Schrifft.

Argumentum, materia, materies, infinita, bella, vera, ſumma, probabilis, permiſta, confuſa, communis materia.

Häuptpunct/Caput, ſumma.

Einem eine Materien geben.

Proponere argumentum, ſubjicere materiam, componere argumentum, dare, præbere alicui argumentum, materiam.

Diß iſt die Summa / Concluſion.

In hac re conſiſtit ſumma rei, Summa earum rerum hiſce verbis continetur, Dicere, exponere, explicare ſummam rei, referre ad unam ſummam, breviter & ſummatim dicere, colligere de quibus dictum eſt, ſum̄atim aliquid exponere, capita rerum repetere, fuſius ſparſumq́; dicta repetere breviter.

De Typographia.

Buchdruckerey.

Typographia, Calcographia, ars excuſoria.

Ein Buchdrucker.

Typographus, Calcographus, excuſor.

Ein Buchdrucker.

Excudere, imprimere librum, typis describere, Librariis aliquid permittere, operarii hoc uno die describere possunt.

Es ist falsch gedruckt.

Multa peccarunt hic librarii, multa sunt librariorum errata, admodum multæ sunt librariorum mendæ, mendosè hic liber impressus est, nollem tot mendas librariis excidisse.

Druckergesellen/Operarii, operæ typographicæ.

Setzer/Compositor, tactes, collocator, typotheta.

Drucker/Impressor.

Pressenmeister/Preli moderator, dispositor.

Ballenmeister/Moderator pilæ.

Der den Druck lieset/Lector.

Der den Druck corrigiret/Corrector.

Schmutzbube/Mediastinus puer, famulus.

Schrifft/Typi, characteres, typi elegantes sunt, magna est elegantia typorum.

Groß Versal/Typus titularis.

Klein Versal/Majuscula Bibliorum antiquorum.

Bibel Antiqua/Typus Bibliorum antiquorum.

Canon Deutsch/Canonicus Germanicus.

Deutsch Textschrifft/Typus textualis.

Bibelschrifft/Typus Biblicus.

Canon/Canonicus major.

Groß Bibelschrifft/Typus Biblicus grandior.

Mittel Fractur/Media fractura.

Mittel Schwabacher/Media suabacensis.

Cicero Fractur/Ciceroniana fractura.

Klein Schwabacher/Minor Suabacensis.

Fractürlein/Fractiunculæ.

Lateinische Schrifft/Typi charactares Latini.

Text Antiqua/Textualis antiqua.

Grobe Cursiff/Grandior cursiva.

Bibel Antiqua/Biblicus antiquus.

Mittel Antiqua/Medius antiquus.

Mittel Cursiff/Medius cursivus.

Cicero Cursiff/Ciceronianus cursivus.

Cicero Antiqua/Ciceronianus antiquus.

Garmund Antiqua/Garamundius Antiquus.

Petit Antiqua/Parvus antiquus.

Mittel *Græcum*, Medius Græcus.

Cicero *Græcum*, Ciceronianus Græcus.

BuchKasten/Capsa libraria.

Kastengestelle/Capsæ fulcrum.

Schrifftkasten/Loculamenta literarum, foruli.

Format/Forma, typus.

Winckelhacken/Gnomon.

Tenackel/Retinaculum.

Visier/Visorium.

Preß/Prelum, prelum typographicum.

Spindel/Trochlea.
Mütterlein/Cochlea.
Pengel/Lectis,ſuccula.
Büchß an der Spindel/ Theca trochleæ.
Tiegel/Tigellum,
Wand/Tignum.
Wandholtz/Succula.
Fundament/Fundamentum.
Karꝛen/Carrus.
Deckel/Operculum.
Rämlin/Marguncula.
Schienen/Canthi.
Galgen/Jugum.
Ballen/Pila.
Farbeballen/Pila tinctoria.
Schwartze Ballen/Melantheres.
Ballenholtz/Pilæ lignum.
Ballen nägel/Pilæ paxilli.
Schwartze Farbe/ Atramentum typographicum,
RotheFarbe/Minium.
Wölle/Lana.
Schnalle/Obex.
Setzbret/Tabula compoſitoria.
Waſchbret/Tabula lotoria.
Feuchtbret/Tabulahumida.
Rahmeiſen / Ferramenta laminæ.
Steg/Columna.
Mittelſteg/Intercolumnium.
Creutzſteg/Columna tranſverſa.
Schließnagel / Clavi clauſorii. claudentes.
FormSchraube / Typorum cochlea.
Farbeſtein/Lapis tinctorius.
Farbe/Color,
Punctur/Punctura.
Puncturhammer/Marculus.
Gedruckte Form/ Typus impreſſus.
Schöndruck/ Typus emendatus primus.
Widerdruck/Typus reiteratus.
Filtz/Cilicium.
Waſchbürſte/Scopina ſotoria.
Schrifftbürſtlein / ſcôpina typorum.
Charthetſch/Charteca.
Eſel darauff die Wolle gekämmet wird/Onos.
Klopffholtz/Tudes.
Farbeſchauffel / Rutrum tinctorium.
FeuchtZuber / Labrum humectatorium.
Feucht Tücher/Panni abſterſorii.

Ein Buchbinder

Compactor librorum, Bibliopegus, compaginator librorum, glutinator librarius.
Buchbinder Spän / Reſegmina Papyri.
Vngebundene Bücher/Libri ſoluti,rudes.
Planiren/Libros rudes aquâ aluminis glutinoſi macerare.
Schlagen/Libros malleo tundere ad habilitatem.
Hefften/Conſuere,compingere libros.
Buch außmachen/Expolire, côcinnare librum.
Ein wolgebunden Buch/ Liber eleganter concinnatus.
Ein Buch in Pergament gebunden/ Liber conſutus & textus mêbranâ ruditer.
Ein Buch mit Schweinen Leder vberzogen/Liber textus corio ſuillo,vel pelle ovina.
Clauſuren/Vncinuli cuprei.
Clauſuren anſchlagen / Affigere uncinulos codicis in volucro.

De Lingua.

Eine Sprache/Lingua,integri

tas linguæ, copia linguę, Lingua copiosa, uberior, locupletior, inops, natio Græcorum in rebus appellandis disertissima.

Eigenschafft der Sprache/Idioma.

Muttersprache/Lingua vernacula, nativa, sermo vernaculus, nativus, lingua quâ vulgo utimur, sermo patrius, vulgaris, cōmunis.

Ein ander Sprache/ Lingua aliena, peregrina,

Die nicht einerley Sprache können/Civitates divisæ linguis.

Die eine Sprache können/Conjuncti societate linguæ.

Eine Sprache können.

Novisse, intelligere linguam, est mediocri intelligētiâ utriusq; linguæ, intelligere Aristotelem suapte linguâ loquentem.

Eine Sprache nicht können.

Nescire linguam, rudem esse alicujus linguæ, sine cognitione hujus linguæ eò non pervenit, Peregrinitate sermonis aditus ipsi ad audiendum est pręclusus.

Eine stammelnde Zunge.

Lingua hæsitans, titubans, hæsitantia, gravitas, stupor, debilitas linguæ, hæsitare, titubare linguâ.

Lispeler.

Balbus, blæsus, balbutiens, linguâ non satis expeditâ utens, impeditoris linguæ homo.

Lispelen.

Balbutire, impeditè loqui, hæsitare, vacillare linguâ.

De Grammatica.

Grammatica.

Ars Gramatica, literatura, rectè loquēdi scientia, ars merę latinitatis, puræ eloquētiæ magistra.

Orthographia, Recta scriptura, rectè scribendi scientia, rectè scribere.

Prosodia. Accentus, voculatio, vocis nota, vocis modus, moderamentum, tenor, rectè pronunciandi scientia, doctrina accentuum.

Etymologia. Veriloquium, flectendarum vocum ratio, originis verborū notatio, atq; indicatio, origines verborū explicare.

Syntaxis. Constructio partium orationis, ordinatio.

De Vocabulis.

Ein Wort.

Verbum, vocabulum, vox, vocula, dictio, appellatio, dictum, nomen,

Epith. Verbum usitatum, tritum, quotidianum, forense.

Verbum bonum, honestum, splendidum, pulchrum, grave, sanctissimum, gravissimum, invidiosum, triste, invisum, obscœnum, lugubre, contrarium, ambiguum, proprium, verum, idoneum, dignum, usitatum, incognitum, priscum, insolitum, vetus, recens, novum, inusitatum, inauditum, non ita pervulgatum, commentitium vocabulum, nomen, verbum.

Vocabula, nomina plura, multa,

ta verba sesquipedalia, phalerata, ampullæ verborum, affectata, grandia, amplissima, plena, sonãtia, juncta, facta, illustria, magnifica, præclara monumentis consecrata, lenissima, amantissima, non vulgata, cognominata, superlata, delecta, splendida. Verba, vocabula prisca, insolentia, inquinata, abjecta, non aperta, longè petita, odiosa, intolerabilia, inepta, scabra, rigida, desita, obsoleta, inania, ventosa, supervacanea, singula, vox præclarissima, princeps in repub. voces singulæ, suavissimæ. inanes, vox hominum distincta, articulataq; languens, hiulca, Multitudo, copia verborũ

Wort eines Sterbenden.

Interruptæ, morientes voces, extrema vox alicujus, vox semiviva, languens, hiulca.

Außgesagt.

Effatus, prolatu, enunciatus, effutitus.

Ein Wort erfinden.

Invenire, fingere nomen, Ducere, trahere verbũ alicunde, transferre nomina, constituere vocabula, cudere nova vocabula.

Worterfinder/Meister.

Verborum artifex, architectus, concinnator, inventor nominis, opifex vocabulorum.

Die Zunge machet Wörter.

Lingua vocem fingit, terminat.

Wort an einander hängen.

Verba perpetuare, coagmentare.

Nicht gantze Wort machen.

Semesa & tertiata verba admurmurare, semianimi & elisa voce substrèpere.

Es ist nicht wol außzusprechen.

Difficile est dictu, difficile est dicere, exponere ad eloquendum.

Man kans nicht sagen.

Facilimum tictu, proclive dictu.

Etwas nicht außsprechen können/ vnaußsprechlich.

Mentis cogitata, consilia, animi sensa, sensus intimus non est, ut possim enunciare, patefacere, ostendere, Exprimendis animi sensis impar est oratio, verba non sufficiunt, verba desunt, Mentem oratio non assequitur, nõ æquat, exprimere satis non potest, Amorem in te meum verbis exprimere non possum, amorem in te meũ vix cogitatione amplector, ejus magnitudinem vix animo comprehendo, amorem in te meum cogitatione fortasse consequi, amplectiq; possum: verbis quidẽ exprimere, explicare, expromere profectò non possum.

Außsprechen/außreden.

Proferre, pronunciare, eloqui, proloqui, exprimere mentis cogitata, animi sensum dicendo exprimere non potest, non audet proloqui animi sensa, prodere nomẽ, vocabulum, uti vocabulo.

Etwas übel außsprechen.

Dicere, exprimere literas putidius,

Etwas mit Worten andeuten.

Significare aliquid verbis, vocabulis, vocibus, subjicere rem verbo.

Ein Wort heraus locken.

Elicere, excutere verba. exculpere ex aliquo, aliquid.

Ein Wort außlegen.

Expli-

Explicare, enodare nomen, Explicatio, enodatio nominis. Interpretatio nominis, verbi, vocabuli.

Wort Endern.

Vocabula mutare, immutare.

De Sermone.

Eine Rede.

Sermo, oratio, verbum, vis ſermonis, orationis genus, filum orationis, dictio.

EPITH. Sermo longus, longior, prolixus, multus, varius, pervagatus, bonus, honeſtus, præclarus accuratus, illuſtris, decorus, elegans, perelegans, ſcitus, purus, ſerus, paucus, illotus, vulgaris, tenuis, exiguus, demiſſus, humilis, perexiguus, Familiaris, perhumanus, urbanus, ludicer, ſuavis, liberior, multus, vanus, obſcurus, dubius, tectus, exploratus, commodus, honorificus, malevolus, ſtultus, puerilis, quotidianus, venuſtus. inanis, frivolus, illiberalis, venuſtas ſermonis, Emendata locutio, varietas ſermonis, frequentes, crebri, creberrimi, aſſidui ſermones, vox erudita, vera, veridicæ voces, vox magnifica, conſtantia dictorum.

Eine wunderliche Art zu reden.

Varium, multiforme, pro cujuſque ingenio effictum dicendi genus.

Weibiſche Art zu reden.

Molle & ad inanem oblectationem compoſitum ſermonis genus, Oratio mollis, tenera, flexibilis, delicatior,

Dunckel / zweiffelhafftige Rede.

Abſtruſum loquendi genus, Loqui obſcurè, tectè, oratio obſcura, involucris plena, plena ambagib9, ænigma, gryphus, ambiguè dicere, obſcurè commemorare, paulò obſcuriùs, parum planè dicere.

Deutlich / verſtändlich reden.

Articulatiùs loqui, Apertè, planè, dilucidè, dilucidè planeque, clarè, non obſcurè, planè, perſpicuè loqui, Oratio clara, evidens, Planiùs, planiſſimè dicere, exponere, commemorare, perſpicuè, liquidò dicere; expolitè, illuminatè explicare, dicere apertiſſimè, luculenter explicare.

Lauter reden.

Loqui elatiùs, intendere linguâ, dicere clarè, clarâ voce, ut omnes audire poſſint.

Heimlich reden.

Summiſsè diſputare, mutire, muſſare, muſſitare, dicere ſummiſsè, ſummiſsâ voce, Lingua ſonos preſſos facit.

Geſchwinde reden.

Celeriter, & expeditè loqui, incitare celeritatem linguæ, acuere, procudere linguam, præcipitare ſermonem, præcipitanter loqui, linguâ celeri, volubili & exercitatâ eſſe, celeritas, volubilitas, ſolutio linguæ.

Tapffere Art zu reden.

Inaffectatus ſplendor ſermonis, maſcula oratio, & robuſta, ſtyli majeſtas,

Gute Art zu reden.

Mundiſſimum & nitidiſſimum orationis genus, nitidum ſermonis genus.

Wolreden.

Benè, optimè, rectè, commodè,

dè, præclarè, eleganter, splendidè disserere, doctè, eruditè, acutè, argutè, accuratè, enucleatè, subtiliter, studiosè, diligenter disserere, Meliùs, bellè, rectissimè loqui, dicere, scitè, sapienter, diligenter sermocinari, cautè, pedetentimq; dicere, eloqui accomodatè; convenienter, legitimè, congruenter, aptè, politè, appositè.

Lieblich reden.

Condire sermones suos nativo lepore.

Höfflich reden.

Comiter, familiariùs, facetè, perfacetè, commodè, non inurbanè, festivè loqui, dicere,

Freundlich reden.

Faceta, per urbana, affabilis, lepore & festivitate condita oratio, facilitas, comitas, lepor, affabilitas sermonis, jucunda, suavis, dulcis oratio, amicissimè loqui, benignus sermo, oratio.

Mit bedacht reden.

Loqui præmediatè, paratiûs atque accuratiùs dicere, Paratum, meditatum, instructissimum esse ad dicendum.

Fliessende Rede/die Rede fleußt jhm zu.

Volubilis, celeris, concitata, incitata oratio. Expedita est in eo ac profluens loquendi celeritas, sine labore ea fundit, quæ cum omnibus eloquentiæ luminibus interlita, tum sparsa variis eruditionis notis, tenent auditores, Divina hominis in dicendo suavitas, concinnè, aptè, facili quodam sententiarum nexu rem ducere, Fluit, fertur, erumpit flumen orationis.

Lange reden.

Producere, ducere, trahere, perpetuare sermonem, oratio longius fluit.

Weitläufftig von einer Sache reden.

Loqui diu, & longum, nimis, copiosè dicere, dicere de re copiosè, multa, pluribus verbis, paulò latiùs; uti longâ oratione, comparare ad aliquid longam orationem, Esse nimis longum, facere multa verba de re, disserere pluribus verbis, pluribus agere verbis de rebus, agere aliquid multis verbis, versari copiosissimè in omni sermonis disputatione, oratio vagatur, excurrit, oratio de re provecta est longiùs, longior est hæc oratio, quàm putaram, multis verbis copiose disserere, fuse, liberè, variè, parum anguste disserere, dilatare, diducere orationē, Pluribus verbis dicere, exponere, verbose, copiose, copiosiùs dicere, copiosum, locupletiorem, uberiorem, pleniorē esse in dicendo, verbose, ample dicere, longiùs provehi, progredi oratione: fuse, diffuse, latiùs; satis superq;, acervatim, sublate dicere, conquirere orationis copiam, multum esse in aliqua re explicanda; longas diatribas instituere.

Weitläufftige Rede.

Genus sermonis fusum, profluens, copiosum, nitidum. Ampla, copiosa, redundans oratio, Copia & ubertas dicendi.

Vberflüssige Wort gebrauchen.

Verbornm ambagibus uti, verborum in volucris uti, perplexe loqui, ad rem non pertinentia

commemorare, multâ verborum circuitione uti, ambagibus uti, rei scopum non attingere.

Mit vielen Worten auffhalten.

Trahere aliquem longo sermone, multis aliquem morari, pluribus aliquem tenere, diutius aliquem tenere, differcire aliquem dictis suis.

Man hat viel davon zu reden.

Latus sese orationis campus ostendit, si quæcunq; hoc loco se offerunt, persequi & singulis insistere ac immorari velim, urbs satis sermonum præbet, fusiùs hæc explicare liceret, si in singulis dilatandis evehi vellem justo longiùs.

Kurtz reden / in der Summ sagen / kürtzlich berühren.

Breviter dicere, loqui, commemorare, exponere, differere, strictim attingere, summatim dicere, parciùs, præcisè, angustè, attenuatè, presséque dicere; supersedere multitudine verborum, dicere strictim, summatim, Laconicè, paucis perstringere, aliquid compendio dicere, dicere summam alicujus rei, non persequi parvè summatim, non particulatim aliquid dicere, Dicere brevissimè, aliquid acervatim, dicere perpauca de re, pauca de se, uno verbo, narrare tantum argumentum, rem breviter, brevi comprehendere aliquid, jejunè, exiliter, tenuiter, verbotenus differere, agere de aliqua re quàm bressimè, rem circumdare exiguis finibus, perstringere aliquid breviter, eloqui paucis verbis. Referre, conferre in pauca verba, in verba paucissima, ad compendium, absolvere aliquem brevi, respondere paucis, pauca, extemplo dissolvere aliquem, non tenere aliquem pluribus, Esse breviorem, relinquere omnia brevitatis causâ, mittere ambages, percurrere, significare aliquid brevibus, coarctare aliquid, sequi brevitatem, contrahere vela orationis, servire brevitati, facere dictorum compendium, res non desiderat longam orationem, nō est opus multis verbis. Res pulcherrimas brevi oratione comprehendere, Multa quæ fusiùs explicare licuit, compressi & coarctavi, nullâ in re dilatandâ evectus sum justo longius.

Eine hoffärtige Rede.

Inflatum & tumidum orationis genus, arrogans, superbum, dictum, arrogantiæ plenus sermo, vox. Superbiùs aliquem appellare, arroganter, impudenter, arrogantiùs, atrociùs loqui, incitata, acris oratio, vehemens.

Demütige Rede.

Demissa, humilis, abjecta, blanda, supplex, attenuata oratio, tenuis, exiguus, demissus, humilis sermo, Moderatè, modicè, modestè, solutè, suaviter, comiter, amicè, molliùs, liberaliùs, leniùs, remissiùs dicere, Moderata, temperatior, placida, summissa, lenis, remissa, sedata, mitis, mitissima oratio, vox, lenitas, lenitudo sermonis.

Vnerschrocken / frey künlich reden.

Confidenter, audacter, præsenti animo,

animo, intrepidè loqui, Dicere liberè, audacter, agere audacter, Loqui liberè, confidenter, fortiter, protervè, porrectiore fronte, impunè, licentiùs, fidenter, liberiùs loqui, dicere, libertas sermonis, vocis, libera oratio.

Erschrocken seyn zu reden/ nicht frey reden.

Timidè, timido animo aliquid dicere, illic non licet nisi præfinitè loqui, non est ibi libera loquendi facultas, potestas, dicere incipienti hæc timorem facere consueverunt, obstupescere ad conspectum auditorum.

Gemeine Art zu reden.

Vsitatus, quotidianus, facilis, oratorius, forensis, scholasticus sermo, genus dicendi scholasticū populare, vulgare, oppidanum.

Vngebräuchliche Art zu reden.

Nova, insolita ratio dicendi, novum & inusitatum genus dicendi.

Vnzierliche/armselige Rede.

Nudum & inornatum dicendi genus, aridum & incultum & molestis implicatum quæstionibus genus orationis, genus sermonis exile, tenue, aridum, concisum, minutum, jejunum, Oratio nullo studio exculta, jejuna, putida, nullâ diligentiâ expolita, nullo artificio elaborata, Squalens & ut sic dicam, impexa oratio, Rusticè, inconditè loqui. Tenuis & exiguus sermo, perexigua, spinosa, exilis oratio, sermonis genus exile, aridū, concisum & minutū, Vulgaris, exilis, inculta, obsoleta, attenuata, angusta, pressa, concisa oratio, siccitas & tenuitas orationis.

Vbel/närrisch reden.

Absurdè dicere, insulsè loqui, inscitè dicere, malè dicere, inquinatè loqui, vitiosè, dispersè, minùs eleganter, perversiùs, inconditè loqui, dicere.

Närrisch reden/ toll Ding fürbringen.

Stultè, stultiùs, temerè, inconsideratè, inconsultè, imprudenter, errore aliquo dicere, effutire, sermo puerilis, levis, frivolus, illiberalis, stolidus, Vana oratio, levitas, inconstantia orationis.

Garstige/ vnverschämpte Rede.

Protervum, petulans dictum, petulantissima verba, lingua, procacitas linguæ, Turpis, obscœnitate non vacans oratio, impura, nefaria, scelerata vox, Obscenè, turpè, turpissimè dicere.

Zweiffelhaffte/ dunckele Rede.

Oratio vasta & hians, fluctuans, dissoluta, confusa, perturbata, obscura, anceps, lubrica, Dictum obscurum, implicatum, tortuosum in oratione, in sermone.

Vnfreundliche/ verdrießliche Rede.

Acris, acrior, tristis oratio, tristitia sermonis, inimica oratio, acerba, acerbissima vox, Acerbitas, iracundia orationis, vocis, Dura vox, ingrata, invisa oratio, molestissima verba. Contumeliosa, acrior, criminosior oratio, probrosa vox, tristè, severum, fervidum genus dicendi.

Trotzige Rede.

Minaciùs, immaniùs, vehemen-

tiùs dicere, acriter, acriùs, ſeverè, criminoſè loqui. Horribilis, terribilis, plena terroris & timoris oratio, furioſum genus dicendi, Oratio irata, ardens.

Kalt Ding im reden.

Languidiùs, leniùs, remiſſiùs, jejunè, jejuniùs, leviſſimè dicere, lentus & penè frigidus in dicendo, jejuna & nuda dicendi facultas, oratio rancida, inſuavis, ſine viribus & nervis.

Eine ſchöne/ wol außgedachte Rede.

Comta & quaſi unguentis delibuta oratio, ſermonis nitor & elegantia, aureola oratiuncula, diſerta, virilis, commodè, elegãtiſſimè ſcripta, apparata, comẽntata, orationes ſplendidę verbis, acutæ, prudentiæ pleniſſimæ, puriſſimæ, aureum flumen orationis, floridum & ſtellis quaſi illuminatum & diſtinctum orationis genus, floridum, uber dicendi genus, oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis & verbis.

Eine Rede/Oration.

Oratio, oratiuncula, concio,

Orationis Epitheta alia.

Oratio longa, & altè repetita, mollis, liberalis, honorifica, dulcis, aſpera, acerba, contumelioſa, orationis divitiæ, orationis paupertas, Oratio ſcripta elegãtiſſimè ſententiis, verbis, perelegãs, perſubtilis. valdè bonis verbis, copioſiſſima & ornatiſſima, bonis artibus inſtituta, & curâ & vigiliis elaborata, Oratio diu & multis lucubrationibus commendata, puris & electis verbis compoſita, ſapientiſſimis ſententiis & gravibus verbis ornata & perpolita, Compoſita & ornata & artificio quodam & expolitione diſtincta, fortis, lenis, placida, ſummiſſa, plena, teres, gravis, ſuavis, docta, erudita, admirabilis, polita, conſperſa verborum & ſentẽtiarum floribus, oratio juncta, Cohærens, æquabiliter fluens, luminibus verborum & ſententiarum frequentata, orationis genus peracutum & plenum artis, oratio altiùs exaggerata, incitata, volubilis, orationis opimum & tanquàm adipale genus, orationis genus ſolutum, effluens, ſententiis argutum, verbis ſonans, Oratio incitata, vibrans, accutata, tracta, fluens, contorta, acris, plena liberatæ ſenectutis, volubilis & paulò fervidior, pugnax, pacata, ſedata, lenis, turgens, inflata, priſcis, novis & duriter tranſlatis verbis compoſita, ſpinoſa, exilis, aſtricta, contracta, carens numeris diſſoluta, inculta, diffluens, diſſoluta, anguſta, rapida celeritate, aſpera, horrida, triſtis, neque perfecta, neque concluſa. Orationis genus diffluens, diſſolutum, aridum, exangue, exile, inuſitarum, abhorrens ab auribus vulgi, obſcurum, inane, jejunum, Orationis facultas, copia, flos, nitor, lumen, jejunitas, duritas, ſeveritas, & quædam triſtitia,

tia, exilitas, ariditas, conſtantia, firmitas, ſplendor, paupertas, anguſtia, facilitas, comitas, lepor affabilitas, jucunditas, ſuavitas, dulcedo.

Oratio ad dignitatem compoſita, digna perſonâ, ornatiſſima, autoritatem momentũ habens, ad dignitatem accommodatus ſermo.

Durch die Rede handelt man mit Leuten.

Oratio eſt inſtrumentum cō-municandarum & participandarum animi notionum, oratio adhibetur ad notiones animi evolvendas & in medium proferendas, oratio ideo tributa eſt nobis, ut animus haberet quo modo alios ad notitionũ ſuarũ communicationem vocari poſſet, aperire aliis ſuæ mentis cogitata.

Die Rede bedürffen.

Egere, indigere ſermonis, orationis.

Reden können.

Loqui, uti linguâ, eſſe aliquâ linguâ, linguam eſſe alicui, depromere poſſe verba, promtum aliquid habere linguâ,

Etwas außreden.

Exponere, explicare, exprimere aliquid oratione, explicare aliquid dictione aliquâ, narrare ſermone, ſcitè & ex patriæ ſuæ conſuetudine ſic expreſſit Lacon.

Vrſach zu reden geben.

Sermonis anſam dare, ſermoni locum relinquere, ſermonem excitare, materiã ſermonis præber. , ſuggere, dare, Sermonem laceſſere, elicere verbum, impellere aliquem in ſermonem.

Du muſt es ſagen.

Dices etiam invitus, velis nolis, dices tamen.

Herauſſer fahren.

In aliquam vocem erumpere, vox intonat, erumpit. Exeunt, excidunt verba, rumpere ſilentium, diuturni ſilentii hæc res mihi finem attulit, Tollere, fundere, profundere, effundere vocem.

Eine Oration machen.

Facere, excolere orationem, informare, inſtituere orationem, commentari, invenire orationẽ, formare orationem, includere aliquid orationi, complecti rem oratione, aliquid dicendo tractare.

Reden/ſprechen/ſagen.

Loqui, dicere, vocem mittere, facere verba, habere voces, verba, cędere ſermonem, dare dicta, ſermonem inſtituere, proloqui, proloqui aliquid verborum, dictitare, exprimere dicendo ſenſa, pronunciare aliquid, uti voce, memorare aliquid, incipere orationem, verba fundere, emittere verba, animi ſui ſenſus qualicunque orationis genere ad alios proferre, Fari, effari, Ajo, inquio, inquam, ſermocinari, diſſerere, uti oratione, ſermone, voce, uſurpare orationem, referre ora-

re oratione, proferre dictum, habere orationem, ſermonē, exponere, explicare, exprimere aliquid oratione, Emittere, emittere, edere, tollere, profundere, effundere vocem, declarare, contendere, pronunciare voce, dicere orationem, exponere aliquid adhibitis rationibus & exemplis, atq; ex veteribus ſeculis repetitâ memoriâ.

Auff ein Ding kommen/von einem Dinge anfahen zu reden/ein Ding auff die Bahne bringen.

Hoc ſe primum obtulit in ſermonibus, inferre, inducere ſermonem, Traducere, convertere orationē aliquo, prolabi, delabi ad orationē aliquam, Incidere, delabi, venire, dare ſe in orationem, in ſermonem incidere, ſermonem inſtituere, in ſermone eſſe, Ducere ſermonem alicunde, inſinuare ſe in ſermonem, oratio hinc oritur, proficiſcitur.

Von einer Sache reden.

Agere, diſputare, ſcribere, attingere, rem verbis, oratio, dictio verſatur, conſumitur in hac re, conſumere ſermonem in re, conſumere horas in ſermone aliquo, proſeqûi rem voce, verbis, Facere verba de aliqua re, exponere aliquid adhibitis rationibus, ingredi, repetere altè orationem.

Man ſol nicht davon reden.

Abſtinendum eſt de earum rerum ſermone, de aliqua re obmuteſcere, Omittendus eſt, dimittendus, prætermittendus, abjiciendus earum rerum ſermo, ſermo de his rebus non eſt ſuſpiciendus, inducendus, habendus.

Er redet viel von dir.

Habitas in illius ore, ita frequēter, ita cupidè de te loquitur, nō facundior videtur, quàm cum de te dicere ingreſſus eſt.

Von einer Sache wegkommen.

Avertere orationem, vocem, transferre orationem alio, deflectere, declinare ab aliqua re. Præterire quædam, digredi longius oratione, aberrare à propoſito, aberrationem facere ab aliqua re.

Wieder zur Sachen kommen.

Reverti, redire ad propoſitum, ad inſtitutum, Redeat unde aberravit oratio, Sed quò provehimur, quo delati ſumus, vela contrahamus, Noſtra diſputatio ad eum locum revertatur, redeamus unde divertimus, ſed aliò delapſus ſum, redeo ad id quod inſtitui, redire ad id unde cœpimus, quod intio ſcripſimus, unde divertimus, Redire ad ea, quæ conjunctiora ſunt cum re, ad rem ſuam, ad initium, eò unde diſcedere non oportuit, regredi de via in ſemitam, revocare ſe ad ſuum munus perfungendum, revertar ad me, ad primum, ad rem, redeamus ad noſtros, ut eò revertar, quò huc declinavit oratio, Propria videamus.

Etwas vbergehen/ nit sagen wollē.

Mittere, prætemittere, transire leviter, transire silentio, relinquere aliquid, missos eos faciamus, vereor dicere, nolle enumerare, non attingere, Nihil dicere de hac vel illa re, neminē nomino, mitto alia, prætermitto illa, hęc omnia ego omitto, multa consultò prętereo, longum esset dicere, commemorare.

Gnug von diesem / wollen zum andern schreiten.

De hac re plus satis, venio ad illud, sed hæc hactenus, illud extremum videamus, quoniam de hac re diximus, restat, &c. Satis de his dictum est, ad majora veniamus, Huc usq; de primo, reliquum est ut alterum percurramus, , proximum est, reliquum est, restat, sequitur ut dicamus, Venio ad id, quod nescio an primum esse debuerat, uni epistolæ respondi, primæ epistolæ persolvi, venio ad alteram, rescripsi epistolæ maximæ, audi nunc de minuscula, longiori epistolæ, superiorique respondi, nunc breviori quid respondeam? Antemeridianis tuis statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis, Hæc ferè sunt in illa epistola, nunc audi reliqua, Habes ad superiorem, nunc audi ad alterā, Hæcquoque hactenus, redeo ad urbana, hæc de forensibus, redeamus domum, venio ad privata, ferè enim respōdi tuis de rep. rescripsi ad omnia, nunc nostra accipe. Hoc ipsum nimium, quare alia videamꝰ, scripsi antea superiora, nunc cognosce postea quæ sint acta, Dixi de Cæsare, nunc dicam de temporum rerumque natura, sat multa de honoribus, nunc de pœna pauca sunt dicenda, Habes ferè, de omnibus rebus, unum illud addā. Hæc tolerabilia, illud nō ferendum, Hæc non ita necessaria, illud valde necessarium, Hæc eò spectant ut te horter, & suadeam, raliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum, attende quæso, quæ sint consecuta,

Eine Oration zieren/außpoliren.

Ornare, polire orationem, vestire, ornare res oratione, præcepta tradere comēndæ & poliendæ orationis, ex quibusdam articulis accommodata colorandæ orationis pigmenta depromere, rerum præstantiam verborum splendore illuminare, consumere industriam suam in concinnitate vocum & in verbis tanquam ad normam dirigendis, quadrandis, componendis, laborat de comparanda lautæ orationis supellectile, verborum paritatem & similitudinem aucupare, in rotundandis periodis occupatum esse.

Etwas amplificiren/erheben.

Conquirere orationis copiā, orationem exaggerare, oratio crescit, Illustrare, illuminare, augere, amplificare res oratione, verbis illuminare, similiter caden-

cadentibus & ſimiliter deſinentibus canoram, numeroſamque reddere orationem, mortuos excitare, rebus mutis ſermonem dare in aliqua re dilatanda, juſto longius evehi.

Sich luſtig machen in einer Sache.

Jactare ſe in oratione, exultat oratio in aliqua re.

Etwas in Ernſt fürbringen/wie mans meynet.

Loqui ſeriò aliquo modo, Loqui apertè, rem ipſam, ſincerè, planiùs, Proloqui cogitata, Dicere ex animo verè, ſincerè, ſeriò, apertè quicquid eſt, Liberiùs & audaciùs, Dicere id quod res eſt, ex animi mente dicere, ipſã rem dicere, quod videtur, dicere, narrare rem rectâ viâ, ordine, ita ut ſe res habet, enarrare rem omnẽ quo pacto ſe habeat, expedire dilucidè, uti apertiſſimis verbis.

Fortfahren im reden.

Pergere dicere, porrò dicere, ad reliqua pergere, Loquere, ut cœpiſti, progredi longius ad reliqua, pertexere reliqua, non deſinere, perficere id quod ſusceperis, agamus id quod cœpim⁹, ad reliqua veniamus, audiamus quæ reſtant.

Etwas umbreden/beſchreiben.

Unum in plura ſpargere & diducere, circumloqui rem, per circuitum quædam declarare,

Beſchreibung/Umbredung.

Periphraſis, circumlocutio, circuitio, circuitus, deſcriptio, Diffuſa, ſapiens, ſolers, ſubtilis deſcriptio,

Einerley Ding wiederholen.

Cantilenam, cantionem eandem canere, repetere, reiterare, Eandem tundere incudem, eadem de iiſdem dicere, eâdem oberrare chordâ.

Von Anfang widerholen.

Repetere rem, renovare rem commemorando, reperere paulo longiùs exordium rei, repetere principia, ortum rei à fronte, à capitè, à principio, ſtirpem rei, altè repetere, paulò altiùs rationem conſiliorum ſuorum, repetere rem ab incunabilis, refricare præterita facta.

In die Rede fallen.

Interfari, interpellare, interturbare loquentem, Interrumpere colloquia, ſermonem, obturbare loquentem, Obloqui, obſtrepere alicui. Non ſinis me pervenire quo volo, Incidere alicujus ſermonem, interloqui.

Auß einer Rede verſtehen.

Ex ſermone alicujus aliquid intelligere, perſpicere, cognoſcere, intelligere orationem.

Eine Rede etwas gelten laſſen.

Valet apud eum mea oratio, Locum dare voci, aſſentiri orationi, accipere ſermonem, audientem eſſe dicto, Parere dicto, voci alicujus.

Auffhören zu reden.

Finem facere, exitum invenire orationis, peroratur, terminatur oratio, Deſinere, concludere ora-

re orationem, conticescere.

Nicht mehr reden können / verstummen.

Obmutescere, conticescere, vox faucibus hæret, fari nequeo verba me destituunt, lingua obmutescit mihi, vox hæret metu, vox excidit mihi, deficit me, Vires deficiunt, latera deficiunt, oratio deest.

De Colloquio.

Gespräch/Unterredung.

Colloquium, collocutio, sermocinatio, communicatio, sermo.

Epith. Sermo benè longus, multus, plurimum sermonis, Pro re nata non incommodum colloquium, clandestina colloquia. Collocutiones familiarissimæ, familiares sermones, suavissima sermocinatio.

Ansprechung.

Compellatio, appellatio, Crebræ quotidianæ cōpellationes.

Einen ansprechen/ anreden.

Alloqui, affari, compellare, appellare aliquē, congredi cum aliquo, convenire aliquem, adire ad aliquem, venire ad aliquē, prodire in conspectum alicujus, convenire aliquem, Est qui te conventum cupit, Leniter, blando sermone, hilari vultu, blandissimè appellare, Venire, pervenire in collocutionem, in congressum, colloquium alicujus.

Anfahren/anschnautzen.

Asperius, superbius, graviore verbo, acerbissimis verbis aliquem appellare.

Gerne mit einem reden wollen.

Egere colloquio alicujus, sermonem alicujus captare, aucupari, lacessere, Cupio rem seriam tecum agere, velim de re seria te convenire, paucis te volo, paucis est, quod te velim, paucis tecum agere velim, libet paucis tecum agere.

Einen für sich lassen.

Admittere aliquem in colloquium, non cuivis sui conveniendi potestatem facit, excludere aliquem colloquio, non ferre compellationes.

Ich mag nicht mit jhm reden.

Ut illum adeam, ad illum accedam, ad illum me conferram, illum alloquar, sermonem cum illo habeam, illius vultum subeam, adduci nunquam possum, impetrare à me non possum, Nihil mihi difficilius, laboriosius, molestius, nihil majoris negocii, quàm ut cum illo sermonem jūgam, Fugere, effugere alicujus conspectum, alicujus colloquiū, non illum dignor alloquio, non judico illum dignum, quem alloquar.

Gespräch halten/ mit einander reden.

Conferre, sociare sermonem, Habere, conferre cum aliquo sermonem, colloqui, sermocinari, confabulari, frui conspectu & collocutione alicujus, suavissimis sermonibus horas

cum aliquo tranſigere, ſuaviſſimè vivimus; venatu, piſcatu, & quod caput eſt bonis ſermonibꝰ, Diſſerere inter ſe de rebus præſtantiſſimis, communicare ſermonẽ cum aliquo de aliqua re, miſcere colloquia cum aliquo. Nullus mihi omnino cum illo de hac re ſermo fuit, Multũ colloqui, cõmunicare, coram, conferre ſæpè, quotidiè colloqui, Loqui de rebus cum alique,col·loqui unà cum aliquo, ſimul colloqui, prodire ad colloquiũ, coire cum aliquo, congredi, accedere ad aliquem fabulatum, Producere ſermonem cum aliquo in multam noctem, conferre inter ſe ſermonem, ſollicitudines ſuas agere inter ſe, cum aliquo coràm cædere ſermones, ſermocinari cum aliquo, dare tempora ſermoni, dare ſe in ſermonem, Verſari cum aliquo in ſermonibus, conſumere horas ſuaviſſimo ſermone, dicare alicui totum diem, communicare aliquid cum aliquo, Deponere in ſermone & ſuavitate alicujus omnes curas, doloresque, delectari alicujus ſermone, frui alicujus lepore, philoſophari cum aliquo, inſtituere ſermonẽ cum aliquo, res geruntur in colloquio, danda eſt opera, ne captivis cõſilium inter ſe, neve communicatio conſilii ſit.

Ich habe mit deinem Bruder davon geredt.

Hac de re cum tuo fratre multa verba feci, ſatis prolixè ſum locutus, longum habui ſermonem, multis verbis egi, longam habui orationem, oratio mihi cum fratre tuo fuit uberrima.

In Gaſtereyen gut Geſpräch halten.

Epulæ illius nullâ re magis, quàm graviſſimis & honeſtiſſimis virorum doctrinâ præſtantium ſermonibus condiuntur, Adhibere condimentum ſermonis ad epulas.

Bey einem Geſpräche ſeyn.

Intereſſe colloquio, ſermoni.

Ich wils dir allein ſagen/ ich wil heimlich mit dir reden.

Clàm, ſecretò, remotis arbitris, ſeorſim ab aliis tecum colloquar, ſeorſim tibi meas conjecturas aperiam, clandeſtina colloquia, clandeſtini congreſſus, taciti congreſſus.

Er pfleget mir zu ſagen.

Solet mihi in ſermonibus dicere, Dicere, injicere aliquid in ſermonibus, nec quiſpiam mihi illud occinat.

Nicht miteinander reden.

Carere colloquio, deeſt ſermonis communicatio, nunquam colloqui, non eſt ipſi communicatio conſilii cum aliis.

Ein Geſpräch zerſtören.

Interrumpere, turbrae, interturbare colloquium.

De Latina Lingua.

Lateiniſch reden.

Loqui latinè, uti linguâ latinâ, ſuas cogitationes, animi cogitata,

gitata, animi sensa latinâ oratione expromere.

Gut Latein reden.

Bene & disertè loqui, latiniùs loqui, Solus ex omnibus latinâ oratione peritè & scienter utitur, in ejus sermone & scriptis imaginem, antiquæ illius Romanæ eruditionis agnoscas.

Gut Latein.

Latinæ orationis nativa, minimeq; quasi pigmentis infuscata germanitas, integritas incorrupta sermonis Romani, sum̃a orationis elegantia & proprietas sermonis nitor & elegantia & nativa quædam pulchritudo nullo artificio exculta, nullis pigmentis colorata, germana & illibata linguæ latinæ puritas.

Gut Latein nimpt man aus den Büchern.

Latini sermonis puritas ex bonorum autorum scriptis hauritur, Ex Apulejo quædam petenda esse dico ad usum latini sermonis, Terentius est optimus latinitatis autor.

Nicht gut Latein reden/den *Priscianum* schlagen.

Multa inepta & ne in pueris quidem ferẽda effundere, ruere in oratione, impurè, impropriè, barbarè loqui, Contaminare res impuritate sermonis, Violare latinitatem, utitur dictione inquinatissimâ, Agrestis & inconcinna, effœminata locutio, verborum portenta evomere.

Das alte Latein herfür suchen.

Hodie si quis latinè scribere vult à Pacuvio usq; & Ennio demortua verba accersuntur, saltitant Periodi, macra & jejuna fit oratio, omni succo destituta & copiâ, punctulis quibusdam & allusiunculis, aut præcisis colis & interrogatiunculis abrupta, nauseam potiùs & fastidium parit, quàm quod delectet, Voces cascas atq; ab omni usu remotas curiosè & industria sectãtur, deliramenta & quisquilias intermortuæ & opicæ antiquitatis, Priscas & ignotissimas voces expromere, vividis, & floridis latinæ linguæ vocabulis intermortua & à Saturni lemis, ut sic dicam, fœtida com̃iscere, ab ultimis & obliteratis repetita tẽporibus verba expromere, Cacozeli & antiquinarii exoleta & olim deposita verba aucupãtur, delectari horrore priscæ vetustatis.

Vbung im Schreiben.

Stylus, scriptio, scriptura, stylus multisudoris, assidua, diligens scriptura, in hoc scripto est idem stylus orationis, Stylus est effector, perfector, magister, opifex dicendi.

Sich vben im schreiben.

Urgere, exercere, persequi stylum, quotidie scribere, stylus hæc limabit, ornabit.

Vbung im reden.

Declaratio, declamatio vulgaris, pervagata, domestica & umbratilis exercitatio.

Der sich vbet im reden.

Declamator. declamitans.

Sich vben/ befleissigen zu reden.

Declamare, declamitare, multos dies, multos annos declamare, applicare se ad eloquentiam, dare se ad dicendũ, laborare, exercere se, elaborare in dicendo, Versari, tempus consumere in exercitatione dicendi, operam dare dictioni, exercere se in dictionibus, colere orationem.

De Eloquentia.

Beredtsamkeit.

Eloquentia, dicendi facultas, vis, ratio, doctrina, disciplina, ars, artificium dicendi, Literæ elegantiores, lautiores, elegantia, doctrina, facultas ad dicendum.

EPITH. Eloquentia summa, nobilis, magna, maxima, præclara, præstabilis, plena dignitatis, excellens, incredibilis, divina, vera, absoluta, perfecta, artificiosa, mediocris, cõtracta, astricta, varietate rerum aspersa, distincta. Maxima dicendi vis, copia, facultas, Egregia vis. admirabilis copia dicendi, Elegantia dicendi, splendida, minimeq; veteraria, magnifica, generosa, illustrior ratio dicendi, Suavitas, lepos, delectatio dicẽdi, aureum flumen orationis, Laus dicendi, studium eloquentiæ, studium dicendi acerrimum, genus dicendi ornatiùs, ratio dicendi copiosè, Varietas dicendi & elegantia, ornamenta verborum, ornamenta dicendi, Ornatus, honor, lux pondera verborum, nitor orationis, lepos sermonis, elegantia loquendi, laus dicendi summa, vis eloquendi professio benè dicendi, Rhetorica, ubertas in dicendo, Ubertas, copia flumen gravissimorum, optimorumque verborum, suadela, volubilitas linguæ.

Grandius, illustrius, magnificentius, forte genus dicendi, virilis dignitas in dicendo.

Acutum, subtile, accuratius, limatius, compositum, acre, expeditum, placidum, aptum ad docendum, delectandum, permovendum genus dicendi, Facilius, liberius, suavius dicendi genus, Mediocritas, Levitas, æquabilitas, remissum genus dicendi.

Beredt machen/ einen lehren wie man reden sol.

Dare aliqui eloquentiam, vim, facultatem dicendi, suppeditare, largiri copiam dicendi, acuere, adjuvare ad dicendum, facere disertum, comparare lautam orationis suppellectilem, Præcepta tradere, ornatè & copiosè loquendi, Veteres dicendi magistri.

Beredt werden.

Consequi, assequi eloquentiã, copiam, facultatem dicendi, Assumere, percipere dicendi copiam, armare se eloquentiâ, fieri oratorem, copiosiorem.

Beredt/ beschwatzt/ ein guter Orator.

Orator magnus, summus, excellens.

cellens, admirabilis, perfectus, perpolitus in dicendo; paratus, meditatus, instructus ad dicendum, Eloquens, disertus, ornatè dicens, non indisertus, non inops admodum verborum, magnus & copiosus, ornatus in dicendo & gravis, paratus ad dicendum omnibus vel naturæ vel doctrinæ præsidiis, Summâ eloquentiâ exercitus, Locuples, acerrimus & copiosissimus in dicendo, perfectus in dicendo & perpolitus, unus â natura ad dicendum instructissimus, gravissimus longè omnium in dicendo, vir in dicendo summus, homo disertus, disertissimus, homo copiosus, incredibili eloquentiâ, natus ad dicendi singularem quandam facultatē, divinus in dicendo, princeps eloquentiæ, Summa in eo extitit dicendi vis & copia, nemo Platonē dicendi facultate superavit, Aristoteles eâ dicendi copiâ fuit, ut eum Cicero aurifluentem nominet. In Periclis labris persuadendi Deam sessitavisse dictum est, Xenophontis ore Musæ locutæ sunt, Est divina hominis in dicendo suavitas, Ex ejus ore, tanquam ex perenni quodam fonte, nunquā intermittente, nunquam insistente fluxu, novarum usq; & admirabilium rerum copia incredibilis proflit.

Beredt seyn/ein guter Orator seyn.

Habere eloquentiam, facultatem dicendi, vim dicendi, Tenere rationem dicendi, est in eo eloquentia, vis & facultas dicendi, Est magnâ eloquentiâ, Est magnâ facultate dicendi, valet eloquentiâ, dicēdi gravitate, posse aliquid dicendo, Florere, præstare, antecellere cæteris eloquentiâ, Eminere dicendi genere aliquo, Gloriam & laudem habere dicendi, vincere, superare aliquos eloquētiâ, Loqui ornatè, eloqui compositè, ornatè, dicere dispertè, dicere de re eloquentissimè, dicere de re adhibitis ornamentis oratoriis, Esse magnum in dicendo, Esse in numero disertorum, præstare dicendi gloriâ, habere divitas orationis, vincere dicendi artificio, variare orationem, & distinguere verborum quibusdam sententiarumq; luminibus, natura largita est ipsi summam copiam, facultatemq; dicendi.

Ein beredter Mann kan viel außrichten.

Admirabilis & propè divina vis est hominis eloquentis, nihil est, quod ferro, quod idem oratione confici non possit, flectit in quālibet partem arbitratu suo audientium animos, eosque pulchritudinis suæ splendore eloquentia obstupefactos, quibusdam velut habenis numerosæ orationis regit, Consolatur mœstos, afflictos excitat, jacentes erigit, sceleratis exitio est, innocentibus præsidio, improbis terrori, probis ornamento, majus omnibus tyrannis imperium in homines obtinet, Oratores clamatorem faciūt, animos insatiabili oblectatione sibi devinciunt, auditores admiratione percussos silere cogunt. Mali copiamdicendi ad circumveniendos cives suos, ad perturbandam

bandam rempubl. ad omnia denique ſacratum profana permiſcenda & evertẽda convertunt.

Der viel Wort machet/iſt darumb nicht beredt.

Si cujus eſt prolixior, longior, uberior oratio, Si quid diutiꝰ loquitur, qui longiorem ſermonẽ habet, qui plura verba facit, is eloquentiã nõ poſſidet, tu omniũ qui vivunt eloquentiſſimus es, omnes mortales eloquentiâ anteis. Qui verboſior eſt, qui plura effundit verba, ei laus eloquentiæ propterea non dabitur.

Emendiren/verbeſſern/beſſern.

Emendare, corrigere, caſtigare, recudere, reficere, limam adhibere, incudi reddere, caſtigare librum, Recognoſcere librum. Vocare, revocare ſub incudem, corrigere mendas libri.

Beſſerung.

Caſtigatio, correctio.

Vngeſchicklichkeit im reden / vnberedt.

Infacundia, infamia, Inopia, jejunitas in dicendo, incredibilis infantia, jejuna & nuda dicẽdi facultas, Tacita & inops ſapientia dicendi.

Vnberedt.

Infacundus, indiſertus, infans, elinguis, mutus, jejunus, ſtrigoſus, nihil infantius, toto genere dicendi ſtrigoſior, nimis infans, exiſtimatur infantiſſimus, reperitur, habetur elinguis, infantiſſimus, caput ſine lingua, caret lepore & feſtivitate dicendi. Eloquentiæ guſtum non habet, indiſertè & inornatè dicere.

De Dialectica.

Dialectica, Diſputirkunſt.

Dialectica, dialectice, Logice, logica, diſſerendi ratio, ſcientia, facultas, ſapientia, acumen dialecticorum.

Dialecticus, Logicus, Remotus à dialecticis.

Dialecticam lernen.

Elaborare in ratione diſſerendi, perſequi rationem diſſerendi, diſcere dialecticam, exerceri in dialectica, imbui, inſtrui dialecticis, Occupari in diſſerendi ſubtilitate. A dialecticis certa quædam veri falſique in rebus omnibus cognoſcendi ratio traditur, iidem quid cuiq; conſentaneum, quid repugnans, quid ex quoq; efficiatur, quæ ſit dividendi, quæ finiendi ratio, ſe tenere & alios docere poſſe, præ ſe ferunt.

Subjectum, davon man handelt.

Rhetores multò longiùs quàm par erat, fines oratoriæ facultati protulerunt, & eandem multò breviore, multoq; anguſtiore quàm ipſius natura fert ambitu, quaſiq; gyro concludere & conſtringere voluerunt. Latè patere officium oratoris tradiderunt, Ariſtoteles non omnia, quæ in rerum natura ſunt oratori ad dicendum ſubjecta eſſe voluit. Veniamus ad ea, quæ inſtituto noſtro adjunctiora ſunt. Non omnes

mnes orationes Ciceronis ad tria illa pervulgata genera revocari poſſunt, ſub nullum genus hæc oratio concludi poteſt.

De Signis.

Zeichen/Gemerck/Merckmal/ Anzeygung Spure.

Signum, inſigne, nota, indicium, veſtigium, argumentum, character.

Epith. Magnum, maximum, non minimum ſignum, Multa, permulta, recentia, conſequentia, propria, æterna ſigna, veſtigia. melior, optima, interior nota.

Gewiß/unfehlbar Zeichen.

Certum, certiſſimum ſignum, indicium, nota, Inſigne indiciũ, Signa nunquam ementientia, expreſſa, non leviter preſſa, impreſſa, ſolida, non fucata. Clariora, clariſſima indicia, ſigna, inſignia, plurima, manifeſtiſſima ſigna, indicia, expreſſæ notæ.

Ungewiß Zeichen.

Diſcoloria, ſimilia, patria, adũbrata, obſcura ſigna, notæ, Obſcura, inaniſſima, inſignia, communia ſigna, falſa ſigna, notæ.

Gezeichnet.

Signatus, conſignatus, obſignatus, notatus, denotatus, expreſſus.

Zeichnen/Merckmahl machen.

Signare, notare, denotare, apponere notam, imprimere veſtigium, inſculpere, relinquere notas, relinquere veſtigia, altiùs imprimere veſtigia, minùs multis ſignis obſignare, ſeparatim notare, publicè, publico ſigno notare.

Anzeygung geben.

Dare ſignum amoris, Dare documentum fidei, facere alicujus rei ſignificationem, conficere, dare, præbere ſignificationem.

Merckmahl weiſen/Zeichen.

Proferre, oſtendere, commonſtrare, monſtrare ſigna, veſtigia, notas, Signum toliere vel oſtendere. Significare, indicare.

Auff die Spur kommen/Zeichen finden/Merckmahl antreffen/am Zeichen erkennen.

Quærere, perſequi, indagare veſtigia, odorari rem veſtigiis, Incurrere in veſtigia, ſtare in veſtigiis, reperire notas, ſigna, veſtigia, Obſervare, notare, cernere, perſpicere, cognoſcere ſigna, veſtigia, notas, animadvertere notas, pervenire ad rẽ veſtigiis, cognoſcere rem manifeſtiſſimis indiciis, Cognoſcitur, internoſcitur, percipitur, diſtinguitur, indìcatur res hiſce ſignis vel veſtigiis.

Es seynd Zeichen verhanden / man ſihet Zeichen.

Extant, apparent, manifeſta ſunt ſigna, indica, veſtigia, notæ manent, remanent ſigna, ſignificatio elucet, apparet.

Das Zeichen außkratzen.

Notas, ſigna delere, eradere, mutare, ſigna conturbare.

De Exordio.

Vorrede/Eingang/Anfang/der Rede.

Exordium, principium, præfatio, procœmium, veſtibulum, prologus.

Epith. Exordium, principium, procœmium longum, connexum, cohærens pugnax, vehemens, difficilimum, exile, nugatorium vulga-

vulgare, commune, vitiosum procœmium, mercenarium, novum, Principia, acuta, verecunda, tarda, suspiciosa, honesta vestibula, & illustres aditus.

Verdeckter Eingang.

Insinuatio, exordium obliquũ, insinuare se, penitùs insinuare se in causam.

Eine Vorrede machen/Anfang machen der Oration.

Exordiri, præfari, proloqui aliquid, præfari, initium facere orationis, Constituere principium, facere vestibulum & aditum, Ponere, præponere, principia, uti principio aliquo, ordiri, petere a licunde exordium, ingredi dicere de rebus.

Lange Vorrede machen.

Longinquum petere exordium, longè repetere sermonis initium, Longinquâ repetere, altius repetere rationem consiliorum.

Sich fürchten im Anfang der Rede.

Timidè ad dicendum accedere, Perturbari in exordienda oratione, exalbescere in principiis.

De Narratione.

Erzehlung.

Narratio, commemoratio, expositio, expressio alicujus rei, & quasi professio, narratiuncula.

Epith. Narratio longa, brevis, brevior, dilucidior, cognitu facilior, aperta, perspicua, falsa, suavis, jucunda, jucundissima, ad persuadendum accommodata. probabilis. verisimilis, credibilis. obscura, ficta. Planæ, breves, evidentes narrationes cum dignitate. Longitudo, festivitas, suavitas virtus narrationis. Commemoratio multa assidua, honesta, splendidior, illustrior, lætitiam afferens, necessaria, supervacanea, verecundiam impediens, præsens, consequens.

Ein Erzehler.

Narrator, narrans, facetus narrator, probitas narrentis.

Die Sache an einem Ort erzehlen.

Narrationem interponere, collocare narrationẽ in aliqua parte orationis.

Erzehlen/sagen/berichten.

Narrare, enarrare, commemorare, recensere, exponere longius narrando procedere, pluribus verbis exponere, Versari in narratione, in commemoratione, Breviter narrare, exponere, sumatim exponere, Particulatim, articulatim, membratim narrare, exponere, benè, diligenter enodare, Animo fidelissimo, verè, apertè, dilucidè, probabiliter narrare, planiùs exponere, ornatè, venustè, secretò narrare, ab initio exponere, memorare, referre, Narrabo rem ordine, quo pacto se habeat, rem omnem memoriter à principio referre, effari rem, narrando complecti, oratione consequi, complecti, narratione exponere, explicare dicendo, exequi verbis, exponere oratione aliquid, exponere rem gestam oratione, quomodo gesta sit, nõ uti circuitione, multis versibus persequi & percensere, explicare disertè & luculenter, persequi aliquid pluribus, ne cætera persequendo sim longior, molli & ad inanem oblectationem cõposito sermonis genere differere.

Anzeigen/eröffnen/vermelden/berichten/melden/kundt thun.

Indicare, proferre in lucem, perferre aliquem sermonem, referre, annunciare, dicere, comemorare, demonstrare, ostendere, denunciare, expromere, nunciare, patefacere, renunciare, aperire, significare, edocere, docere, prædicare, eloqui, edictare, detegere, manifestum facere, haud occultum habere, proponere aliquid, strictim aperire, quæ sibi venerunt in mentem, aliquot illustria exempla aperiam, habebant literæ egregiam significationem amoris tui, indicare se alicui omni ex parte, tuarum literarum sermo declarat.

Etwas außrichten mit der Erzehlung.

Lenire, mitigare, commovere aliquem commemoratione rei, tenere auditorem narratione, Delectare, traducere, ad spem rapere narratione, renovare dolorem commemorando.

Nicht erzehlen wollen.

Supersedere narratione. Intermittere, dimittere commemorationem, Amputare, relinquere narrationes, quæ lædunt aut molestæ sunt, Abhorrere à commemoratione.

Et cætera, **vnd dergleichen.**

Et si quid est ejusmodi, & si quæ sunt alia hujus rei signa, & quæ ejus generis sunt, & similia, cæteraque.

De Propositione.

Häuptpunct/Innhalt/Summa.

Caput, summa, argumentum, Thema, status, causa, materia.

Eine materia.

Materia, materies, argumentũ, Infinita, bella, probabilis, comunis materia.

Einem eine materiam geben.

Subjicere materiam, Dare, præbere alicui argumentum, materiam, afferre argumentum.

Eine materiam haben oder bekommen.

Habere, arripere, accipere argumentum, nancisci materiam, nascitur mihi materia, argumentum, Est mihi materia.

Proponiren/die Summa sagen.

Proponere argumentum, summam facere rerum, Dicere, exponere, explicari summam rei.

Diß ist die Summa/darauff stehet der Handel.

In eo vertitur res, in hac re summa judicii causaque tota consistit, virtus in actione consistit, Dignitas in virtute posita est, in hac re nititur salus civitatis, honestas sita est in officio colendo, Locata hæc res est in tua fide, Ex ejus vita pendet, dependet omnium. In hac re vertitur, volvitur cardo totius causæ.

De Affirmatione.

Ja Sagung.

Affirmatio, asseveratio, assertio, religiosa affirmatio.

Ja sager.

Affirmans, ajens, dicens, assertor.

Ja sagen/bejahen/gewiß sagen/bekräfftigen.

Affirmare, confirmare, asserere, asseverare, ajo, dicere, affirmare aliquid omni asseveratione, approbare assertione, recipere alicui rẽ affirmatione, Omni ratione confirmare, valdè affirmare, tantopere asseverare, firmissimè asseverare, sine ulla dubitatione confirmare, valdè asseveranter dicere, pro certo & comperto affirmare, sine ulla vanitate affirmare. Non auderem hoc dicere, nisi mihi conscius essem, vera loqui, Confitentur hoc uno consensu, id non ausim affirmare, instare factum.

Ja/auch/freylich/fürwar.

Etiam, certè, profectò, sanè, næ, nimirum, quippe, scilicet, videlicet, maximè, omninò, planè, quid ni;

Mit Jawort.

Affirmatè, asseveranter, valdè asseveranter, multò asseverantius.

De Negatione.

Nein Sagung.

Negatio, inficiatio, negantia, reclamatio.

Einer der da Nein saget.

Negans, renuens, inficiator.

Nein sagen / verneinen / leugnen.

Inficiari, negare, ire inficias, Ponere negationes, addere negantiam, defendere aliquid inficiatione, omnia valdè negare, pernegare, probè subnegare, unâ mente, unâ voce negare, præcisè, liquidó negare, Reclamare, sententiæ huic ad omnibus reclamatur, Constanter negare, negare factũ, abnuere factum, acerbissimum est negare non posse, quod est turpissimũ confiteri, diffiteri, Sacramento contendit verum non esse.

Nein.

Non, haud, ne, nec, neque.

Mit nichten.

Nequaquam, haud quaquam, nullâ ratione, minimè, minimè omnium, nullo modo, nullo pacto, nunquam ullo modo, nusquam gentium.

De Confirmatione.

Ein Argument / Schlußrede / Vrsach.

Argumentum, ratio, conclusio, ratiuncula, conclusiuncula, gladius, pugio, telum, copia, numerus, varietas argumentorum.

EPITH. Agumentum grave, gravissimum, magnum, majus, maximum. Probabile, mediocre, non inutile, necessarium, satis argumenti, Argumenta plurima, multa, innumerabilia, vera, certa, certissima, firma, firmissima, exquisita, propria, Conclusio brevis, acuta, acutula, varia, innumerabiles, ratæ. Conclusio vera, certa, certissima, firmissima, facilis, Rationes multæ, plurimæ, veræ, certissimæ, firmæ, exquisitæ, propriæ, Ratio subtilior, probabilis, facilima.

Nichtig Argument.

Vitiosum, nugatorium genus argumentationis, parvum, pertenue argumentum, vitiosa confirmatio, infirma argumentatio, leves ratiunculæ, Conclusiones minutæ, fallaces, plumbeus pugio, gladius, infirma ratio, fallaces conclusiunculæ.

Argument suchen.

Quærere, requirere, conquirere, exquirere argumẽta, rationes.

Argumenta woher nehmen / Argument außdencken.

Petere alicundè argumenta. Excogitare, reperire argumenta, rationes. Nascitur, sumitur, depromitur, colligitur hinc argumentū. Ex Philosophorum libris causæ firmamenta desumere. Hinc incredibilis argumentorum copia emanat, promanat. Capere argumēta alicujus rei ex aliqua re.

Argument einem geben.

Dare, reddere, suggerere rationes, ratiunculas.

Argumenta haben.

Habere argumenta, rationes, Est mihi hoc argumento.

Argumenta, Schlußreden machen.

Facere argumentationem, componere conclusionem, ratiocinationes contexere.

Argumentiren / schliessen.

Argumentari, arguere, Afferre, inferre argumentationem, uti argumentatione, argumento, ratione, conclusionibus, acutâ circūscriptum conclusione aliquid conficere, concludere argumentum, rationem, Efficere rem conclusione, collocare, proponere, interponere, tractare ornatè argumentationem, dilatare, constringere, premere argumentum, adhibitis rationibus exponere, Rectissimè, acutè concludere, jacere, conjicere in aliquem tela, argumēta, Pugnare, contēdere rationibus, defendere rem rationibus, coarguere rem rationibus, argumentis, rationibus, argumētis, rationem exponere, explicare, afferre, ostendere, probare alicui, argumentum premere, urgere, pressiùs urgere.

Es ist ein gut Argument.

Satis signi est, magnum est argumentum ita esse, satis eviens argumentum est, rem sic esse, Satis argumenti est, valet, vim habet hoc argumentum, conclusio.

Beweissung / Bekräfftigung.

Confirmatio, approbatio, argumentatio, raciocinatio.

Epith. Confirmatio, accurata, gravior, habens multum momenti & autoritatis.

Argumentatio longa, perfecta, plena, absolutissima, amplissima, brevis, brevissima, artificiosa, probabilis, idonea, aptissima, conjecturalis, mediocris, non inutilis, necessaria recens.

Es bedarff Beweis.

Eget, indiget confirmationis, approbationis, rationis, opus est ratione, argumentis, difficile est probatu.

Beweisen / bewehren / probiren / confirmiren / darthun / erweisen.

Confirmare, probare, comprobare, approbare, demōstrare, docere ostendere, evincere, maximè probare, indicio probare, satis cōfirmare, docere, certioribus argumentis, exquisitis rationibus confirmare, coarguere, Re, verbis facilè docere, probare, Argumentis, rationibus, conclusionibus aliquid probare, firmare, corroborare, planum facere, fulcire & corroborare aliquid testimoniis, autoritatibus, fidem orationis suæ facere, fidem orationi facere, Hoc affert orationi fidem & au-

toritatem, Probationibus ostendere, facere fidem verbis, alia veniunt mihi in mentem, quæ apertiùs hæc confirmant, testatum relinquere, evidẽte & apertissimâ demonstratione fidem faciam. Autoritas rationib⁹ suffulcienda est, sine confirmatione aliquid ponere.

Vrsach eines Dinges sagen.

Reddere rationem alicui, reddere rationem rei, afferre rationem, & rationes, causas, argumenta, edere rationem alicui, docere rationibus, docere aliquem causâm, comprobare aliquid exponẽdis rationibus, Cõcludere rationem, enumerare causas, rationes, Explicare causas, cur aliquid factum sit, Exponere consilium suum, copia rationum mihi non deest, Causæ subsunt magnæ.

Ich wil beweisen / daß ich recht gethan habe.

Decrevi meum factum purgare, probare, rationibus tueri, reddam rationem consilii mei, volo agere, probare, tueri, defendere causam meam, Argumentis minimè dubiis ostendere, rationibus persuadere, non me temerè vel nullâ satis firmâ causâ impulsum. Quod feci ostendam jure factum, consilio factum, optimis de causis, ratione suadẽte, ratione duce, certo judicio, rectè & considerate factum.

Den Beweiß annehmen / glauben.

Credere argumentis, assentiri rationibus, probare, approbare rationem, conclusionem.

De Confutatione.

Gegenwurff / Fürwurff.

Objectio, antilogia.

Fürwerffen.

Objicere, opponere, obloqui, contradicere, afferre aliquid cõtrà, occurre alicui.

Widerlegung / Ablehnung.

Confutatio, refutatio, infirmatio, luctatio, difficilis luctatio.

Widerlegen / umbstossen / ablehnen / widerfechten / widerreden.

Confutare, refutare, refellere, reprehendere, redarguere, diluere, infirmare, frangere, dissolvere argumenta, facilè, dilucidè diluere, disserere adversus aliquẽ, Refutare, retundere sermonem, opprimere orationem, excipere depellere tela, refellere crimina, orationem alicujus, diluere & docere esse falsa, diluere crimẽ, dicere contra aliquem, dicere aliquid refellendi causâ, disputare contrà, comovere cornua disputationis alicujus, exorquere aliquid alicui è manibus, obsistere sermoni alicujus, invehi in rationem aliquam, redarguere, obterere & contundere calumniam, evertere rem, dejicere propugnaculum ex defensione alicujus, jugulare aliquam rationem, convincere falsa, Refellere aliquid argumentatione, rationibus, convellere, labefactare, dilue-

diluere, coarguere, infirmare aliquid argumentis, rationib⁹, obsistere rationi, labefactare argumentationes, ostendere falsum quod dictum est, Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati simus, diluere objecta, falsa vel elevamus lepore, vel frangimus contentione, imminuere alicujus opinionem, eripere alicui errorem, Discutere caliginem, & impostoribus personam detrahere, disjicere temeritatem falsarum opinionū, subtiliter dissolvere, impugnandum aliquid suscipere & evertere, venire contra aliquem, vel contra rem alicujus, Captiosa argumenta, contorta, aculeata, sophismata solvere, sophismata veritatis larvâ abscondita detegere, nodos dissolvere, Argumēta, præsidia adversariorum subvertere, infirmare, Sententia adversariorum facilè hac ratione tanquam à stirpe revellitur, Indigna hæc sunt in quibus ponatur opera ad contradicendum, ab radicibus elidere argumentorum fibras, vel nervos.

Diß ist wider dich.

Hoc testimonium adversum te stat, contra te stat.

Ihm selbst zu wider seyn.

Sibi ipsi refragari, repugnare, reclamare, reluctari, obluctari. contradicere, sibi ipsi contrarium, adversarium esse.

De Conclusione.

Beschluß der Rede.

Peroratio, conclusio, epilogus, extrema, ultima pars orationis, clausula orationis, Disertus, miserabilis epilogus.

Beschliessen/außreden/die Oration enden.

Perorare, concludere, Breviter, ornatè, graviter, ornatè perorare, ad arbitrium alicujus perorare, facere finem dicendi, colophonem addere orationi, finē imponere sermoni, Absolvere, finire orationem, Exitum expedire institutæ orationis, finem imponere orationi institutæ, Nescio quo fine institutam orationem claudere, absolvere, perficere possim. Vela orationis contrahere, & portum respicere. Ea de quibus actum est, breviter in unam summam colligere, quo ea in audientium animis posita altiùs infigantur, non tenebo vos pluribus.

Zuletzt/endlich.

Quod reliquum est, quod superest, tandem, de reliquo, illud extremum est, restat, reliquū est.

Hieher gehöret.

His accedit, huc pertinet, spectat, facit, accedit. Huc referendum est, huc referatur oportet, eodem accedit, accedit ad hæc.

De Proverbio.

Sprichwort.

Proverbium, sermone tritum, decantatum adagium, parœmia, diverbium, dictum vulgi, proverbialis locutio, vulgò jactata sententia, proverbium comune.

Es ist ein Sprichwort.

Proverbii locum obtinet, in proverbii consuetudinem venit, In proverbium cessit, in rusticum proverbium abiit, proverbii loco dicitur, in proverbio comuni versatur, In proverbio est hominibus, quod dictum in ore omnium versatur.

Wie man saget.

Ut dici solet, ut vulgò dici solet, ut populi sermo est, ut est in proverbio, ut scribitur, ut scriptum videmus, ut in fabulis est, quod vulgò dici solet, quod olim est auditum, ut à parentibus accepimus, quod proverbii loco dicitur, ut vetus proverbium usurpem, ut ajunt, dicunt, quod dicitur.

Ein Sententz/Spruch.

Sententia, sententiola, vox nobilissima, oraculum sapientissimum, sententia bona, idonea, aptè, verbis comprehensa, Platonis omnia dicta & cogitata sunt sapientissima, ô divine Plato, tua sunt omnia & dicta & cogitata præclara, tuum hoc sapientissimũ oraculum perpetuâ mille annorum felicitate respublica comprobavit, Plato nobilissimam vocem tanquam ex oraculo edidit, Oracula, quæ præceptum aliquod utile, ad instituẽdam vitam continent. Insignes & eximiæ sapientissimorum hominum sententiæ, Protulit Plato divinam illam & nunquam ex animis hominum delendam sententiam. Videmus lumine mentis principia disciplinarum & communes illas sententias.

Seltzamer Spruch.

Paradoxum, insolita sententia & opinio, ab opinione vulgi remota.

Rätzlein/vertunckelte Rede.

Ænigma, ænigmata, gryphus, logogryphi, quæstiones perplexæ, obscuræ, nodosæ, implicitæ, scrupi, nebulæ, tenebræ, numeris Platonicis obscuriores, Labyrinthi.

Fabel/Gedichte/Märlein.

Fabula, fabella, apologus, figmenta, nugæ, Fabula verisimilis, ficta, inanis, commentitia, anilis, vetus, obscœna, impia, recõditior ad pueriles animos exhilarandos, composita, Fabulæ Poëtarum non sunt levia quædã & frugis expertia otiosorum hominum commenta, imò sub eis velut involucris atque integumentis omnis doctrina elegans, omnis ingenuo homine digna cognitio, omnis deniq; sapientia continetur.

Eine Fabel erzehlen.

Narrare, recitare fabulam, fabulari, proferre, afferre fabulam, decantare fabulam, in omnium ore est hæc fabula, fabulis inanibus animum ducere.

Fabeln gläuben.

Credere fabulis, Fidem, autoritatem adjungere fabulis, rebus commentitiis, duci auditione fabularum.

Erdicht/Fabulosus,fictus.
Mährlein sager/ Fabulator.

De Poetica.

Poeterey / Kunst Verß zu schreiben.

Poëtica,poëtice.

Verß/Gedichte/Reime.

Poësis,poëma,carmen,versus, versiculus , Musarum cantus, rithmus.

Vexierschrifft/Satyra.

Hirtengesang/ Carmen Bucolicum.

Sententz/Mimi.

Ein solcher Sententzschreiber / Mimographus,

Epith. Poëma bonum,multæ artis , varium , elegans , festivum,concinnum,argutum,electum,egregium,tenerum,moratum,reconditum,morale,molle, recens, reconditum, Tragicum, Comicum, Epicum,Melicum, Dithyrambicum,Græcum,Latinum.

Versus boni,numerosi,longi, longiusculi, plurimi, graves, optimi,luculenti,ornati,ornatissimi,elaborati,faceti,delicatissimi præclari, minùs boni, inaffectata jucũditas versuũ, Hexametri, Jambici , anapestici , vulgares,Versus Græcus,Latinus,immânis,obscœnus.

Carmen , præclarum , grave, plenum,grande,aptum,mollissimum,absurdum,pertriste.

Epigramma vetus,pernobilè, Græcum.

Ein Poet/Verßschreiber.

Poëtta,Vates,Musarum sacerdos.

Verßschreiberin/Poëtria.

Epith. Poëta bonus,optimus, mirificus,sapientissimus,sum̃us, ingeniosus,prudens,sapiens,doctus, disertissimus, egregius, excellens,nobilis,divinus,sanctus, verus, probatus, probatissimus, dulcis , suavis , facetissimus , veterrimus,tragicus,comicus, antiquus , Græcus , Latinus , antiquissimus , Poëta , præstans in pangendis versibus,natura eum finxit ad Poësin , defertur ipsi principatus elegiæ scribendæ, Sapientiæ parentes,duces,Deorum interpretes , Deorum filii vocanturPoëtę apud Platonem, Poëtarum præcipua laus sita est in simplici ac recta imitatione naturæ. Summa in eo est eruditionis poëticæ copia & varietas, mollior , delicatior , nervosior,accuratior Poëta.

Böser Poet.

Poëtaster, poëta inutilis, malus,durissimus,obscurus,inept⁹, iners , pertenue & perexiguum est in eo poëticæ facultatis,non aptus est ad Poëticas hilaritates.

Das Maß der Verse.

Numerus , pes, modus , certa moderatio numerorum.

Epith. Numerus procerior, grandior,adstrictus, solutus,cõclusus,brevitate pedũ incitatior Jambicus , Dactylicus, Poëticus numeri dispares, Pes optimus,aptior, aptissimus , minutus , hebetior,

betior,tardior, proximus, ſuperior,poſtremus,extremus,Pedes plures continuati, liberiores,faceti,Modi varii,preſſi,flebiles.

Einen Verß ſcandiren.

Metiri,dimetiri verſus,dimenſionem verſuum indicare, explicare, oſtendere, metiri pedes ſyllabis.

Zur Poeterey gehörig.

Poëticus.

Poetiſch/ Poëticê, numeroſè, aptè,compoſitè.

Sich auff Poeterey legen.

Attingere Poëticam, colere poëticam, claudere, concludere numeros, ſervare pedes, numeros, inflare verſum, perſiſtere in via rectè ſcribendorum carminum.

Verß ſchreiben/ Gedicht machen.

Inſtituere, componere, condere,facere,ſcribere,perficere, abſolvere poëma,tẽtare aliquod poëmatis genus,Facere,conficere,efficere,componere, texere, contexere, ſcribere carmen, verſus,verſibus aliquid ſcribere,Edere, tradere aliquid carminib9, Fundere carmen,verſus, canere, canitare carmen, includere verba verſu,exprimere rem verſib9, exornare aliquid carminibus,incidere carmen, epigramma alicui rei, uti numeris, adjungere verbis numeros,ſequi numeros, redigere ſententias in numeros, accommodare,adhibere numeros, complecti ſententiam numero,aſtringere,concludere aliquid numeris, Jungere numeros, explere verſus, fundere carmen ſine ullo labore, propẽſione naturæ,relaxare aliquid à neceſſitate numerorum,Poëtæ fingunt,edunt, fundunt,ſerunt, ſeminant,ludunt carmina, repente exortus eſt Poëta.

Es ſind Verß.

Sunt verſus, apparent numeri, notari poſſunt numeri, ineſt numerus huic ſententiæ, cadit præclarè numerus.

Auff einen ein Carmen ſchreiben.

Lædere, violare, vulnerare aliquem verſu.

Poeten leſen/ſich erluſtigen in den Poeten.

Legere,ediſcere,evolvere poëtas,petere allevationem graviorum cogitationum ex Muſarum cantibus,graviorum ſtudiorum aſperitatem condimento amœnitatis poëticæ mitigare.

Poeterey hinlegen/vergeſſen.

Deſiſtere facere verſus, Juvenilis alacritas, qua ſtudia poëtica foventur,in me deferbuit,abduxerunt me graviora ſtudia ab amœnitate poëtarum, exaruit vel effluxit facultas ea poëtica, quæ in me fuit.

De Comœdia.

Eine Comœdia.

Comœdia, tractatio ſcenicorum artificiorum,Comœdia vetus,antiqua,Fabula optimè ſcripta,commodata.

Der

Der Comedien agiret / Actor Comœdiæ optimus, industrius, summus actor, malus Actor.

Der Comedien spielet / Histrio, Qui factitat artem scenicam victûs causâ, qui coquis & laniis risum excitat, distorquet ora, insulsa dicta dictitat, pugnis sese contundit & horum causâ viles mercedulas à plebe exigit, is histrio meritò nominatur, inepti gestus histrionis, pessimus, inexercitatus histrio.

Ein Ort da die Personen sind / Scena.

Schawplatz / Proscenium.

Der die Musicam hält / Choragus.

Eine *Tragœdia*, Tragœdia, Tragœdia plena sceleratorum, exemplis.

Eine *Comœdiam* **oder** *Tragœdiam* **schreiben.**

Facere, efficere, absolvere, scribere Comœdiam, Tragœdiam, Conficere fabulam.

Der eine *Comœdiam* **oder** *Tragœdiam* **schreibet.**

Comicus, Tragicus.

Eine Comœdien spielen.

Agere, peragere fabulam, Tragœdiam, Comœdiam agitare, actitare comœdiam, edere, dare fabulam, factitare artem scenicam.

Ein Spiel außlachen / außrauschen.

Fabulam exigere, explodere, exsibilare.

Einem eine Person geben.

Partes alicujus personæ alicui mandare, imponere, introducere personam.

Eine Person auff sich nemen.

Capere, suscipere, sumere, induere personam.

Eine Person agiren.

Præbere, tenere, sustinere, agitare, gerere, tueri personam aliquam, actorem esse personæ.

De Physicis.

Natürlicher Ding Erforschung.

Physiologia, physica, Naturæ ratio, explicatio, explanatio, investigatio, cognitio, consideratio, contemplatio, aspectus.

Naturkündiger.

Physicus, Speculator, venator naturæ, intelligens earum rerũ, quæ sunt in naturæ obscuritate positæ, occupatus in pervestigandis rerum naturalium causis, qui novit rerum naturalium principia, Studiosus naturalium rerum.

Natürliche Dinge studiren.

Quærere, disserere de natura, naturæ obscuritate, investigare naturam, intueri, perspicere, evolvere naturam, gustare physiologiam, nosse rerum naturalium principa, disserere de abditis rerum causis, versari in rerum naturalium inquisitione & contemplatione, Physici rerũ principia causasque tractant, quomodo quidque gignatur, quoq; modo intereat edisserunt, item physici animantium omnium ortus, victus, figuras, stirpium,

omnium rerum quæ gignuntur è terra naturas ita persequuntur, ut nulla pars ab eis, cœlo, terrâ, mari prætermissa videatur, admirabilium rerum, quæ in terris mundoq; fiunt, causas aperiunt, qui herbarum, stirpium, animãtium, ortus, progressus, naturas, vires, utilitates persequuntur, Indagare & odorari principia & causas rerum, videre animo res occultas & pene abditas, perspicere rerum naturam, naturam mundi, pulchritudinem siderũ contemplari, cœlestia, omnium rerum atque artium rationem & naturam.

Ethica von den Sitten.

Ea philosophiæ pars, in qua de rebus expetendis, fugiendisque disseritur: quæ ad confirmandos mores instituendæq; vitæ rationem pertinet, quę in vitę ac morum emendatione versatur, Præceptiones ethicæ docent quis sit finis, quid extremum, quid ultimum bonorum omnium, quod unum intueri, quò omnes actiones, omnes cogitationes, omnia consilia referri oportet, Quot sint virtutum quotq; vitiorum genera, quibus modis illas assequi, ab his declinare possimus, quomodo exultanti, jactantiq; se & detrectanti rationis imperiũ, frenos injicere oporteat cupiditati, tum quomodo quisque in re familiari gubernanda se gerere debeat, tandem quibus moribus, institutis, legibus temperandæ sint civitates, quibus illæ modis fundari atq; institui, quibus augeri atq; amplificari, quibus denique copiosissimæ, locupletissimæ, beatissimæque effici possint. Eine Facultet.

Severioris, ut ita dicam, supercilii ars, graviores, & virili ætate digniores artes, graviora studia, studia majoris operæ, non levioris operæ, graviores disciplinæ, à graviorum artium doctoribus neque ornata neq; elegans oratio postulatur.

Theologia, Theologia, Domina ac regina artium Theologia.

Theologus, Priester/Theologus, sacrarum literarum consultus.

De Juris prudentia.

Juristerey/Kunst im Rechten.

Jurisprudentia, juris scientia, studium juris civilis, Disciplina, cognitio juris, perfecta ars juris, juris legumq; cognitio. Ars juris latè patens, difficilis, obscura, utilis, necessaria. Dignitas, utilitas, gloria, honor cognitionis juris.

Ein Jurist/Rechtsprecher.

Jurisconsultus, jureconsultus, jurisperitus, Legum orator, cõditor, Juris interpres, sacerdos, conditor, Arbiter æquitatis, prudentiæ consultus, Prudens in jure, interpres juris civilis, eruditissimus omnium juris civilis, antistes juris, divinarum humanarumque legum scientissimus, Nemo peritior juris, Prudentissimus & peritissim⁹ in jure, valde

de vel magis jure cōsultus, Acutus, cautus jurisconsultus. Legulejus, verâ ac solidâ jurisprudētiâ instructissimus, verus, gravis, veterumq; illorum simillimus, acer in foro, prudentia, autoritas, sapientia, consilium juris peritorum, Justinianus novus vel vetus.

Zungendrescher.

Rabula forensis, legulejus, circumforaneus, clamator, legulejus veterator, callidus.

Sich auff das *Studium Juris* begeben.

Applicare se ad jus civile, appetere jus civile, desiderare scientiam juris, Studere juri civili, incumbere in juris civilis studia, Exercere, discere, perdiscere, cognoscere, haurire, percipere jus vel jura.

Gelehrt im Rechten seyn.

Nosse, tenere, callere jus, vel jura, præstare, excellere, principē esse in jure, habere intelligentiam juris, peritum, peritissimū esse juris, prudentem putari in jure, eruditissimum omnium esse disciplinâ juris civilis, Esse cū magna scientia juris civilis.

Jurisprudentiam profitiren.

Docere, profiteri jus civile, erudire aliquos in jure, tradere, tractare jus civile, interpretari jus civile.

Vrtheils Frage an die Juristē stellen/sich des Rechten belernen.

Referre ad jurisconsultos, cōfugere ad prudentiā juris consultorū, rogare eos, qui aliis cōsulere possunt, cōsulere jurisperitos.

Vrthel sprechen/das Recht sprechen auff die Frage.

Consulere, respondere, cavere consulentibus, satisfacere cōsultoribus, consulētibus, respōdere de jure, reddere, prodere, dare jus.

Des Rechten vnerfaren seyn.

Ignorare jus, ignarum, rudem, imperitum, expertum esse juris, litigiosa ignorantia juris.

Das alte Gesetz/Pandectæ, digestum.

Der Keyser Gesetz/Codex, liber rescriptorum.

Newe Satzungen/Novella constitutio.

De Medicina.

Artzney/Medicina, ars medica.

Medicina, medicamentū, medicamē, remedium, pharmacū. Medicina in honore est, quæ habere levationem morborum, quibus tentatur corpus, bonæq; valetudinis ac firmitatis tum effectrix, tū conservatrix creditur.

Heilung.

Medicatio, curatio, sanatio.

Bewerte Artzney.

Medicamentum præsens, præsentaneum, efficax, validum, potens, fortiter morbum oppugnans, singulare.

Artzt.

Medicus, morborum curandorum peritus, qui medicamenta præscribit & suâ manu conficit & concinnat, miram expertus sum ipsius in curanda valetudi-

ne mea ſolicitudinem, ſedulitatem, aſſiduitatem, Princeps medicorum Hippocrates.

Ein gelehrter Artzt.

Eſt Medicus benè doctus, eruditus, inſtructus medicâ ſciẽtiâ, medendi arte. Medicis literis ſciens eſt. Peritus, intelligens, gnarus eſt medicinæ, Novit penitus medicinam, tenet, poſſidet, callet. Medicinæ ſcientiam ita aſſecutus eſt, ut pauci. Medicinæ ſcientiâ valet, floret, præſtat, excellit, Medicinæ ſcientiâ, doctrinâ, peritiâ cognitione, intelligẽtiâ, eruditione cum paucis conferendus eſt, inferior nemini eſt. Nota ipſi eſt medicina, patent ei, quæ multos latent in medica ſcientia, in medendi arte. Multum hauſit ex iis libris, unde emanat medicinæ cognitio, Medicinæ ſcientiam planè complexus eſt mente atque animo, aperuit ſibi, comparavit medicinæ ſcientiam multo ſtudio & exercitatione.

Dem Artzt eine Verehrung geben/ Honorem habere Medico.

Practiciren/zu den Krancken gehen.

Medicinam facere, factitare, exercere, Polliceri, profiteri, Afferre, adhibere ægris medicinam.

Landfährer/ Medicus circumforaneus, Seplaſiarius, Empiricus.

Zanbrecher/Dentifrangibulus,

Pferde Artzt/ Veterinarius.

Roßartzney/ Veterinaria medicina.

Artzney wider Gifft/ Antidotum, alexipharmacum.

Purgier Artzney/ Medicamẽtum catharticum, ventrifluum, purgans, quod alvum dejicit.

Artzney die den Harn treibet/ Medicamentum diureticum, urinale.

Davon man ſpeyet/ Medicamentum vomitorium.

Die da lindert/ Anodynon, medicamentum emolliens.

Die da außzeucht / Medicamentum attrahens.

Davon man außwirfft/ Expectorans.

Die da nieſen machet / Sternutationem movens, ſternutamẽtum.

Die da ſchlaffen machet/ Stupefaciens, ſoporiferum.

Die da zertreibet / Medicamentum diſcutiens, relaxans, rarefaciens.

Die da ſtopffet/ Medicamentum aſtringens, obſtipantia, obſtruentia medicamenta.

Die da erweichet/ Medicamẽtum emolliens.

Die da ſtärcket / Medicamentum corroborans.

Die da wärmet/Calefaciens.

Die da kältet/Refrigerans.

Die da außtrucknet/Exiccans.

Die da feuchtet/Humectans.

Die zuſammen treibet/Aſtringẽs.

Die hinderſich treibet/Reprimens, repellens.

Die da eröffnet / Anastomaticum.
Die da für einer Kranckheit bewaret / Medicamentum præservans.
Artzney für die Wassersucht / Medicamentnm hydragogon.
Die das Blut stillet / Sanguinem sistens.
Das ein Geschwür erweichet / Medicamentum suppuratorium.
Das die Wunden schleust / Cicatricem ducens.
Warm Band / Fomentum.
Linderung / Mitigatio, delinitio, allevatio, allevamentum.
Lindern / Mitigare, lenire, delinire, mitigare fomentis, lenire mitigationibus.
Artzney zubereiten / Medicamenta præparare, concinnare, componere.
Eingemachte Specerey / Conditanea, species conditæ.
Eingemachte Blumen / Conservæ.
Violenzucker / Conserva violarum.
Rosenzucker / Conserva rosarum.
Rosenhonig / Rhodomeli.
Syrup / Syrupus.
Safft / Succi.
Johannesbeersafft / Succi ribes.
Brombeersaft / Succus mororum.
Wolrichender Knopff / Pila odorata.
Büschlein / daß man darvon trincket / Nodulus, sacculus.
Vberschlag / Epithema.
Zum Vberschlag des Hertzens / Pulvis, emplastrum, unguentum, &c. ad epithema cordis.
Latwergen / Ecligma, electarium.
Pillulen / Catapotia, pilulæ.
Pflaster / Cataplasma, emplastrū.
Weichpflaster / Malagma.
Zugpflaster / Ceratum, cerotum.
Braun Pflaster / Cataplasma Apostolicum.
Gelb Pflaster / Oxycrotium.
Salbe / Vnguentum.
Wapensalbe / Vnguentum Martium.
Salbe die da Fleisch machet / Vnguentum incarnans.
Wundpflaster / Vnguentum vulnerarium.
Augensalbe / Collyrium.
Salbbüchßlein / Vasa unguentaria.
Pulver / Pulvis.
Zehnepulver / Dentifricium.
Tranck / Potio, haustus.
Tranck aus der Apoteck / Potio medicata.
Küchlein / Pastilli, trochisci, rotulæ.
Gurgelwasser / Gargarismus, gargarisatus.
Das gurgeln / Gargarisatio.
Julep / Julepium.
Trisenet / Tragema, tragea.
Artzney die man zur Nase hinein nimpt / Medicamentum errhinum.
Artzney welche auff der Zunge zergehet / Linctus, linctorium, arteriacum.
Bereucherung / Vaporatio.
Auffziehung schgrffer Materien / Sinapismus.
Cliestier / Enema, clister.
Stuelzäpfflein / Glans, balanus, Suppositorium.
Theriack / Theriaca, theriace.
Artzney die man anhängt / Amuletum.

Artzney für alle Kranckheit / Panchrestum.

Apotheck / Pharmacopolium, officina medica.

Apothecker / Pharmacopola, medicamentarius.

Salbenkrämer / Myropola, seplasiarius.

Gärtner / Simplicist / Hortulanus, Botanicus, Herbarius.

Büchse / Pyxis, pyxidula, narthecium.

Silberne Büchse / Pyxis argentea.

Zinnerne Büchse / Pyxis stannea.

Glaß / Vitreum vas.

Gebrandte Wasser / Aquæ distillatæ.

Salbenkaste / Myrothecium.

Geschirr / Vas.

Duppel Geschirr / Vas duplex, diploma.

Kessel / Ahenum, caldarium.

Pfanne / Sartago.

Distillierglaß / Alembicum, balneum Mariæ.

Kolben am Glase, Bombylius.

Brennofen / Caminus, testus, vẽtestum.

Rürleffel / Rudes, rudicula.

Mörsel / Mortarium, mortariolum.

Stössel / Pistillum.

Sieb / Cribrum.

Seige / Colum.

Trichter / Infundibulum.

